A. O. Patrizzi

R. P. HENRICI KILBER, S. J.

# ANALYSIS BIBLICA

SEU

UNIVERSÆ SCRIPTURÆ SACRÆ

## ANALYTICA EXPOSITIO

EDITIO ALTERA

ANNOTATIONIBUS AUCTA

TOMUS PRIMUS

LUTETIÆ PARISIORUM

SUMPTIBUS JULIEN, LANIER ET SOCIORUM, BIBLIOPOLARUM

4, VIA DICTA DE BUCI, 4

1856

# ANALYSIS BIBLICA

EXCUDEBANT JULIEN, LANIER ET SOCII, CENOMANI.

R. P. HENRICI KILBER, S. J.

# ANALYSIS BIBLICA

SEU

UNIVERSÆ SCRIPTURÆ SACRÆ

## ANALYTICA EXPOSITIO

**EDITIO ALTERA**

ANNOTATIONIBUS AUCTA

TOMUS PRIMUS

LUTETIÆ PARISIORUM

IMPENSIS JULIEN, LANIER ET SOCIORUM, BIBLIOPOLARUM

4, VIA DICTA DE BUCI, 4

1856

# PRÆFATIO EDITORIS.

Quod hanc *biblicam* P. Henrici Kilber *Analysim* iterum recudam, non est cur mireris, lector catholice, si duplicem velis advertere rationem, qua pulsus id faciendum censui : summam nimirum hujus operis præstantiam, nec minorem ejus apud bibliopolas infrequentiam.

De præstantia quidem id unum dixisse sufficiat, auctorem, quum in operis procemio se daturum promiserit *sacrarum Scripturarum compendium, ad verbi divini scripti uberiorem notitiam, faciliorem intelligentiam, firmiorem memoriam accommodatum*, non verbis fallacibus allexisse lectorem, sed promissis stetisse, fidemque suam omni ex parte liberasse. Nec inficias ibit quicumque Bibliorum hanc expositionem non attente solum, sed debito etiam modo leget; si nempe nunquam ad eam evolvendam accedat, quin codices sacros simul habeat præ manibus, eosque perpetuo cum analysi conferat.

Qui vero causam inquireret, cur eximium hoc opus, tenebris obrutum atque sepultum, omnium fere notitiam huc usque effugerit, eam e rerum temporumque adjunctis, in quibus prælo datum est, videtur deprehendere posse. Etenim analysis

hujus pars prior publici juris fiebat eo ipsomet anno præteriti sæculi septuagesimo tertio, quo in universo orbe Societas Jesu fuit extincta; reliquæ vero tres partes in lucem prodiere annis ejusdem sæculi sexto, septimo et nono supra septuagesimum, quando in illis Germaniæ partibus, quemadmodum et in Gallia, Ecclesiæ Christi osores, sacra omnia turbare, sanamque doctrinam omni quo poterant modo pervertere satagebant. Quocirca, sparsis undequaque libris fere innumeris, in quibus impietatis suæ virus evomuerant, quotquot aliunde in erroris impugnationem et veritatis patrocinium edi videbant, vel silentio premere, vel, si possent, vi aut dolo abolere conabantur. Si tandem advertat prudens lector analysim nostram tunc temporis in gratiam unius congregationis electoralis majoris Heidelbergensis, ejusque sumptibus fuisse typis commissam, non mirum ei videbitur quod pauca admodum numero exemplaria in vulgus prodierint. Et sane, licet magnam in ejus inquisitione adhibuerim tum propriam tum amicorum diligentiam, nonnisi post decennium, in quodam Belgii angulo, integrum operis exemplar nactus sum.

Quid vero operæ huic editioni novæ contulerim, paucis accipe. Primum quidem nihil in analysi Kilberiana mutandum censui, præter signa, quibus varia cujusque paragraphi membra inter se distinguuntur. Quas enim ad hunc scopum auctor adhibuerat litterarum notas, eædem interdum ad diversa significanda usurpabantur; quum earum species, licet multipliciter variatæ, partitionum tamen numero æque non responderent. Hinc oriebatur quædam confusio, in hujusmodi opere, si

usquam, vitanda. Cui incommodo satis occurrisse videor, notis numericis litterarum loco ita suffectis, ut membris aliis alia semper signa affigantur.

Deinde, ad confirmandam vaticiniorum Veteris Testamenti expositionem, quam P. Kilber, juxta venerandæ antiquitatis placita et Ecclesiæ catholicæ sensum, ad Salvatorem Nostrum Jesum Christum plerumque refert, non paucas attexui annotationes, in quibus veterum Patrum testimonia, qui has prophetias eodem modo sunt interpretati, recensentur. Hærere tamen intra primordia volui, nec ultra sextum sæculum processi, tum ne in immensam molem opus excresceret, tum quia sequioris ævi Theologi, in scriptis suis hermeneuticis, antiquiorum Patrum expositiones unice fere repræsentant.

Tandem indicem duplicem, analyticum alterum, alterum biblicum, ad voluminis calcem apposui. His fruere et vale.

J. Tailhan, S. J.

# PROOEMIUM AUCTORIS.

Non istud hic agimus, ut ostendamus, *primo* illo a *principio*, quod Deum dicimus, quod *a se* existit, et a quo uno ut existant reliqua habent omnia, per homines a se inspiratos, tanquam per organa Spiritus sui, modum aliquem, quo ab homine coli velit, id est, *religionem aliquam* revelatam esse, eamque in libris *canonicis* sacrarum Scripturarum contineri. Post tot præclarissima doctorum volumina, hac super re in lucem edita, in tanta testium omni exceptione majorum nube, in hac luce prodigiorum et vaticiniorum, omnem humanam tum operandi tum confingendi facultatem longe excedentium, merito videremur actum agere.

Piget porro veritatem stilo sive confirmare, sive illustrare, quam nemo non videt, qui oculos mentis habet nulla lippitudine, malo *voluntario et quæsito* affectos. Quotquot enim, libertinorum nostræ ætatis cavillationibus, in sensum adeo *reprobum* abrepti sunt, ut vel negent religionem a Deo aliquam revelatam esse, vel dubitent certe quænam ex multis, iisque diversissimis, ea unica sit, cui absque salutis dispendio refragari non liceat, suo aliquo *vitio*, non duce certa *ratione*, abrepti sunt. Omnium enim animos pravis affectionibus purga, et omnium

continuo rationem habebis *in obsequium fidei* flexibilem, pronam, inclinatam.

Neque immemores esse debuimus, quibus potissimum lucubrationem istam dicandam suscepissemus: iis nimirum, qui, si *parvuli* adhuc essent, quales Apostolus describit (1), *fluctuantes, et circumferrentur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, in astutia ad circumventionem erroris*, nunquam congregationi nomen dedissent, quæ non capit nisi viros heroas, *fortes in fide*.

Illud proinde hac nostra opella maxime spectavimus, ut *quid* demum Deus revelasset compendio traderemus. Quicumque in altum Scripturarum provehuntur, oceanum navigant et spatio immensum, et altitudine tremendum, et non uno audaculorum naufragio notatum. Placet illud Apostoli (2): *Quæcumque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt: ut per patientiam et consolationem Scripturarum spem habeamus.* Placet illud ejusdem (3): *Omnis scriptura divinitus inspirata utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in justitia: ut perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus.* Sed terret illud Apostolorum principis (4): *Hoc primum intelligentes, quod omnis prophetia Scripturæ propria interpretatione non fit. Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia: sed Spiritu Sancto inspirati, locuti sunt sancti Dei homines.* Terret illud ejusdem (5): *In quibus* (Pauli epistolis)

(1) Eph. IV, 14. (2) Rom. XV, 4. (3) II Tim. III, 16, 17. (4) II Petri, I, 20, 21. (5) II Petri III, 16. 17.

*sunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti et instabiles depravant, sicut et cæteras Scripturas, ad suam ipsorum perditionem. Vos igitur fratres præscientes custodite, ne insipientium errore traducti excidatis a propria firmitate.*

Triplex inde incommodum enasci comperimus : multi vel negotiis profanis occupati, vel suæ tenuitatis conscientia absterriti, verbum Dei *non legunt*, plures quæ legunt *non intelligunt*, plurimi quæ legerunt et intellexerunt *non tenent*, fructu ex omni parte, modo *nullo*, modo *defluo*, non raro *pœnitendo*. Triplici huic incommodo mederi fortasse possit præsens opusculum, ad verbi divini scripti *uberiorem notitiam*, *faciliorem intelligentiam*, *firmiorem memoriam* parandam accommodatum.

Recte quidem illud Domini ad Pharisæos et legis doctores, *scrutamini Scripturas* (1), non esse dictum sibi arbitrantur, qui in cathedra Moysis non sedent, nec docent *ex officio:* tamen ut et ipsi *per patientiam et consolationem Scripturarum spem habeant, ut perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum instructus*, non omnino nullam Scripturarum cognitionem sibi parandam existiment ; discant saltem compendio, quod longa mora et operoso per omnes columnas circuitu nequeunt addiscere.

Quam jucundum, quam suave est homini catholico, illius religionis, cui ab infantia sacramentum dixit, quam unam pro *vera* et ad æternam animæ salutem consequendam *necessaria*, ac proin hac misera vita merito chariorem habet, religionis

(1) Joann. v, 39.

inquam suæ *initia*, *media*, *fines*, ejusdem divinam *originem*, venerandam *antiquitatem*, continuam *propagationem*, admirabilem *connexionem*, prudentem *moderationem*, dignam denique auctore Deo *sanctitatem* uno quasi conspectu intueri! Hic *memoria* utiliter figitur, *intellectus* jucunde pascitur, *voluntas* pie inflammatur : hic tota mens de repente enthea, levat se supra se, et cum Apostolo (1) in ecstasin rapta, exclamat : *O altitudo divitiarum sapientiæ et scientiæ Dei!... Quoniam ex ipso, et per ipsum, et in ipso sunt omnia : ipsi gloria in secula. Amen.*

Hunc insignem solidæ eruditionis et pietatis fructum suis non debuit invidere Mariana congregatio. Facile mihi quidem persuadeo, quod dilectus Christi discipulus, præco charitatis Joannes (2), de suis persuasum habuit, Dominos Sodales, *vulnere* Cordis theandrici et *ubere* divinæ Matris, quotidianis nempe suis deliciis imbutos, *non necesse habere, ut aliquis doceat eos ;* tamen cum et ea quæ didicimus nos maxime delectent, quando alio et alio modo, eoque recenti et succincto, nobis quasi spectanda exhibentur; ut non tam ab alio nobis proposita, quam a nobis ipsis recens profecta esse videantur : futurum omnino confidimus, ut oblatum *Analyseos biblicæ* munusculum æqui bonique consulant, donec Deo dante, altero et tertio tomulo munus perfectum absolutumque demus.

(1) Rom. XI, 33, 36. (2) I Joann. II, 27.

# AUCTORIS VITA.

Henricus Kilber primam lucem vidit Moguntiæ, anno 1710, die octava Martii. Ibidem Societati Jesu nomen dedit, anno 1728, die undecima Julii. Positis vitæ religiosæ primordiis, litteras humaniores per quadriennium docuit Wirceburgi, rhetoricam Heidelbergæ. Scientia tum theologica tum historica eumdem imbuit Wirceburgum. Utramque vastissimi ingenii felicitate, qua pollebat, ita est animo complexus, ut, publica ex utraque disputatione, eximia eruditionis theologicæ ac historicæ prærogativa stadium theologicum coronaret. Jam tum celsissimi principis et Mæcenatis sui Friderici Caroli ex illustrissima prosapia comitum de Schœnborn gratiam et æstimationem meruit; cujus clementissimo annutu, professori historiæ in socium datus, hujus vices per biennium in lectionibus publicis sæpius supplevit. Philosophiæ placita primum explicuit Heidelbergæ, dein Moguntiæ: in utroque loco philosophus subtilis, solide eruditus (1). Moguntia Heidelbergum redux, cum ministerio collegii et præsidio sodalitatis Marianæ electoralis academicæ munus oratoris sacri conjunxit, et in diebus festis in ecclesia collegiata ad Sanctum Spiritum pro conciono dixit.

Laurea theologica subin insignitus, ad tradenda theologiæ dogmata est evocatus; in quo munere per annum Fuldæ, et duos supra viginti continuos in Julio-ducali Wirceburgensium academia inclaruit professor; a rerum divinarum profunda cognitione, librorum multiplici lectione, sacrarum litterarum solida interpretatione, ab omnibus plurimum laudatus. Notitia rei litterariæ non illius solum Germaniæ, sed quæ, etiam idiomate peregrino, per Italiam et Galliam in theologicis quotannis prodiit, apprime eruditus erat. Hæc ex ejus operibus theologicis, vera soliditate concinnatis, ac prælo datis, atque ex aliis ejus laboribus academicis cum luculenter enituit, ab eruditis ipse nomen theologi primi subsellii merito tulit.

Anno 1772 a præside provinciæ adlectus socius, cum per provinciam

(1) Philosophiam docuit quadriennio, videlicet a fine anni 1743, quo solemnem votorum professionem emiserat, ad finem anni 1747.

comitari jussus est; et anno mox insequente, primum collegio Heidelbergensi rector, dein (1) electorali seminario regens præfuit. Ex seminario Carolino denuo ad collegium translatus, RR. DD. Clericis a SS. confessionibus fuit: quo tempore (2), licet viribus jam fractus, *Analysim biblicam* composuit; opus in cujus œconomia adornanda ut vix antecessorem habuit, ita profundissima Scripturarum oracula et historiæ monumenta, perspicuitate admirabili analytice exponens, plenissima luce illustravit. Quod subin congregatio major academica sodalibus in strenam distribuit. Adhæc sacrarum Dei virginum conscientiæ arbiter, in excipiendis in ecclesia collegii confessionibus sedulus ac indefessus, aliisque charitatis obsequiis proximo impertiendis assiduo fuit intentus.

Arthritis vaga, qua ante annum morti proximum et aliquot menses tentari cepit, virum membrorum usu vix non destituit. A quo tempore, cubiculi perpetuus ferme incola, masculæ virtutis, religionis, resignationis ac patientiæ in primis exempla præbuit. Sacram hostiam, ubi per vires licuit, quotidie obtulit; illam tribus ante mortem diebus, ægro licet corpore, ad aram immolare visus. Piis meditationibus ad extremum usque constanter vacans, ad beatum obitum se a longo jam tempore paravit. Hinc instantem mortem non formidavit, sed inter vitæ melioris desideria exspectavit; dum 25ª Octobris, quadrante ante duodecimam, animo tranquillo, in auctorem fidei fide ac fiducia plenus, in comprecantium sacerdotum corona, animam Creatori reddidit, calore hectico absumptus, anno reparatæ salutis 1783.

(Ex *Nova Bibliotheca Ecclesiastica Friburgensi*, anno 1783.)

(1) Extincta jam a summo Pontifice Clemente XIV Societate Jesu.

(2) Late sumenda sunt hæc auctoris verba; nam P. Kilber, anno 1772, *Analysis biblicæ* tomum primum composuerat, quem initio anni sequentis, nondumque suppressa Societate, publica luce donavit.

## CATALOGUS LIBRORUM P. KILBER.

---

**I. Opera Philosophica.** — 1°. Dissertatio de Methodo, Moguntiæ, anno 1746, ex typographia Haffneriana, 1 in 4.

2°. Dissertatio de præcipuis Cartesianæ doctrinæ capitibus. Ibid. anno 1747, iisdem typis, 1 in 4.

3°. Honor philosophiæ in utramque rempublicam. Ibid. anno 1747, iisd. typis, 1 in 4 (1).

**II. Opera Theologica.** — 1°. Theologia dogmatico-polemico-scholastica, prælectionibus academicis accommodata a P. Henrico Kilber, S. J., S. Theologiæ doctore, ejusdemque et sacrarum Scripturarum professore publico et ordinario. Tractatus I. De Deo uno et trino. — Wirceburgi, Jac. Stahel, anno 1767, 1 in 8, pp. XVIII-590.

2°. Theologia dogmatico-polemico-scholastica... Tractatus IV. De Virtutibus Theologicis. Ibid., iisd. typis et eodem anno, 1 in 8, pp. XVI-368.

3°. Theologia dogmatico-polemico-scholastica... Tractatus III. De Peccatis, Gratia, Justificatione et Merito. Ibid., iisd. typis, anno 1770, 1 in 8, pp. XXIV-735.

4°. Principia Theologica ad usum candidatorum theologiæ Wirceburgi. Edidit P. Henricus Kilber, S. J., S. Theologiæ doctor... Ibid., iisdemque typis, anno 1771, 1 in 8, pp. XIV-735.

**III. Opera Exegetica.** — Analysis Biblica, offerens SS. Scripturarum compendium, ad verbi divini scripti uberiorem notitiam, faciliorem intelligentiam, firmiorem memoriam accommodatum a quodam Societatis Jesu sacerdote. — Almæ Congregationi electorali B. Mariæ Virginis ab Angelo salutatæ in strenam oblata, Heidelbergæ, anno 1773. — Tomus primus continens libros historicos Veteris Testamenti (Pentateuchum, librosque Josue, Judicum, Regum, Paralipomenon, Esdræ et Machabæorum), Typis Joannis Jac. Haemer, typogr. Aulico-Academ., 1 in 12, pp. X-334.

(1) Harum Dissertationum existentia mihi primum innotuit ex breviori P. Kilber elogio, quod P. A... Societatis nostræ mecum perhumaniter communicavit.

Analysis Biblica... accommodatum. — Almæ Congregationi... Heidelbergæ, anno 1776. — Tomus primus continens libros historicos Veteris Testamenti, additis membris residuis completus (Ruth, Tobias, Judith, Esther, Job, Proph. Maj. et Min.). Typis J. B. Wiesen, Universit. typogr., 1 in 12, pp. 239.

Analysis Biblica... in strenam oblata, Heidelbergæ, anno 1777. — Tomus secundus continens libros morales Veteris Testamenti. Iisd. typis, 1 in 12, pp. 240.

Analysis Biblica... Almæ Congregationi... inscripta et dedicata, Heidelbergæ, anno 1779. — Tomus tertius continens libros omnes Novi Testamenti. Iisd. typis, 1 in 12, pp. 308.

# LIBRI HISTORICI
# VETERIS TESTAMENTI.

## I.

## HISTORIA
## POPULI A DEO ELECTI
UNIVERSALIS ET CONTINUA.

# LIBER GENESIS.

## PRIMORDIA POPULI A DEO ELECTI.

## PARS I.

### PRIMÆVUM GENUS POPULI A DEO ELECTI.

#### § I. ORIGO UNIVERSI.

I°. *Creatio mundi*,

I. Proposita universim per terræ et cœli productionem; *cap.* I. *v.* 1.

II. Exposita speciatim per succedaneas actiones; enarrando

1°. Terræ imperfectionem; causæ præparationem et lucis productionem; 2-5.

2°. Firmamenti constitutionem; 6-8.

3°. Aquarum divisionem ac in maria collectionem; plantarum item et arborum eductionem; 9-13.

4°. Luminarium cœlestium ordinatam stationem; 14-19.

5°. Reptilium, volucrum ac piscium prolationem et benedictionem; 20-23.

6°. Animalium procreationem; 24, 25.

II°. *Formatio hominis*, qui, eodem die sexto,

I. Ex Dei consilio fit ad ejus imaginem et similitudinem; 26, 27.

II. Ex Dei benedictione accipit fœcunditatem et dominium in res creatas; 28.

III. Ex Dei providentia instruitur alimentis 29, 30.

III°. *Complementum operis* positum,

I. Repetita die sexto approbatione omnium operum; 31.

II. Asserta universi perfectione; *cap.* II. *v.* 1.

III. Secuta ab opere cessatione et quiete; 2.

IV. Adjecta diei septimo sanctificatione; 3.

IV°. *Anacephalæosis dictorum*, complexa

V. Universi a Deo creati demonstrationem; 4.
VI. Terræ primum statum et irrigationem; 5, 6.
VII. Hominis quoad corpus et animam formati conditionem. 7.

### § II. HISTORIA PRIMORUM PARENTUM.

I°. *Ante lapsum.*

I. Paradisus, seu hortus voluptatis

1°. Describitur,

1. Ab horti amœnitate; 8.
2. A copia et præstantia arborum omnis generis; 9.
3. Ab irrigatione aquarum in quatuor flumina se effundentium; 10-14.

2°. inhabitandus datur Adamo,

1. Cum mandato culturæ et custodiæ; 15.
2. Cum concessione usus; 16.
3. Cum exceptione arboris scientiæ. 17.

II. Adami et Evæ societas. Hanc declarant

1°. Occasio creandi Evam, quam dedit

1. Utilitas ex similis naturæ socia Adamo obventura; 18.
2. Inquisitio sociæ ejusmodi inter creatas animantes omnes irrita; 19, 20.

2°. Creatio ejusdem, peracta

1. Exemptione costæ ex Adami dormientis latere; 21.
2. Formatione mulieris ex hac costa; 22.

3°. Consociatio Evæ cum Adamo,

1. Facta a Deo illam huic adducente; 22.
2. Acceptata ab Adamo, illam ut sui partem agnoscente et legem conjugii prædicente; 23, 24.
3. Confirmata ab utroque, puram sine turpi pudore conversationem habente. 25.

II°. *Sub lapsum.*

I. Occasio lapsus fuit

1°. Serpentis calliditas et exploratoria quæstio; *cap.* III. *v.* 1.
2°. Evæ responsio, præcepti divini latitudinem insinuans. 2, 3.

II. Sollicitatio ad lapsum, facta a serpente

1°. Metum mortis diluente; 4.
2°. Esum vetitum, tanquam profuturum, maxime commendante. 5.

III. Lapsus ipse

1°. Evæ, ex sensuum cupiditate ortus; 6.
2°. Adami, ex mulieris persuasione secutus; 6.
3°. Utriusque, ex nuditatis agnitione et velaminis studio manifestatus. 7.

III°. *Post lapsum.*

I. Judicialis actio, qua Deus

1°. Evocat transgressores latere studentes; 8, 9.

2°. Inquirit in causam timoris et quæsitarum latebrarum; 10, 11.
3°. Audit et examinat effugia
1. Mariti, culpam in uxorem rejicientis; 12.
2. Uxoris, serpentis deceptionem causantis. 13.

II. Decretoria sententia, qua damnatur
1°. Serpens ad sortem intimam et cladem extremam, a mulieris semine olim inferendam; 14, 15.
2°. Eva ad partum cum doloribus, et subjectionem sub viro; 16.
3°. Adam ad multos ex terræ maledictæ cultura sudores ad mortem usque fundendos. 17-19.

III. Pœnalis executio,
1°. Acceptata ab Adamo, cum spe posteritatis indicata; 20.
2°. Instructa a Deo, datis pœnitentiæ notis; 21.
3°. Temperata ab eodem, appositis contra pœnæ perpetuitatem cautionibus; 22.
4°. Completa, imperato paradisi exilio, et reditu ad eumdem custodia Angeli intercluso. 23, 24.

## § III. PRIMA ADAMI POSTERITAS,

### 1°. *Historia Caini et Abelis.*

I. Nativitas utriusque.
1°. Partus Caini et nomenclatio exegetica; *cap.* IV. *v.* 1.
2°. Ortus Abelis posterior. 2.

II. Diversitas eorumdem
1°. In vitæ genere: Abele pastoritiam, Caino agriculturam amante; 2.
2°. In cultus divini exercitio, et acceptatione:
1. Caino fructus terræ offerente, et Deo negligente; 3-5.
2. Abele primitias gregis immolante, et Deo probante; 4.

III. Caini scelus
1°. Conceptum ex ira, ob acceptationis diversitatem orta; 5.
2°. Retardatum a Deo,
1. Inordinationem passionis reprehendente; 6.
2. Moderamen ejusdem, propositis effectibus, inculcante; 7.
3°. Perpetratum a Caino, Abelem in agros deductum occidente. 8.

IV. Judicium de hoc scelere agitatum
1°. Per divinam in scelus inquisitionem; 9.
2°. Per convictionem rei, et postulationem vindictæ a sanguine effuso factam; 10.
3°. Per denuntiationem pœnæ, quæ
1. Complectitur maledictionem personæ, sterilitatem operæ, inquietem vitæ et conscientiæ; 11, 12.
2. Accipitur a Caino, cum desperationis indicio, acerbitatis querela et mortis violentæ metu; 13, 14.
3. Mitigatur, depulso amplioris mali inulti metu; 15.

4. Executioni datur, voluntario Caini exulantis digressu. 16.

II°. *Catalogus genealogico-historicus Cainitarum.*

I. Caino nascitur Henoch, a quo civitas primum ædificata vocatur Henochia. 17.

II. Ex Henoch gignitur Irad, ex Irad Maviael, ex Maviael Mathusael, ex Mathusael Lamech. 18.

III. Lamech bigamus 19.

1°. Gignit ex Ada Jabel pastoritiæ, et Jubal musicæ inventores; 20, 21.

2°. Habet ex Sella Tubalcain fabrilis operis auctorem, et filiam Noemam; 22.

3°. Facit utramque conjugem certam de sua ob fortuitam cædem impunitate, 23, 24.

III°. *Catalogus genealogico-chronologicus Sethitarum.*

I. Characteres hujus catalogi:

1°. Redintegratio virtutis per Sethum, substitutum Adamo in locum Abelis; 25.

2°. Dilatatio religionis per Enos Sethi filium, publici cultus institutorem; 26.

II. Series ejusdem (1):

1°. Caput generis humani Adam, multorum pater, anno ætatis 130 genuit Seth, anno ætatis 930 mortuus; *cap.* v. *v.* 1-5.

2°. Seth a. 105 genuit Enos, multorum pater, a. 912 mortuus; 6-8.

3°. Enos a. 90 genuit Cainan, multorum pater, a. 905 mortuus; 9-11.

4°. Cainan a. 70 genuit Malaleel, multorum pater, a. 910 mortuus; 12-14.

5°. Malaleel a. 65 genuit Jared, multorum pater, a. 895 mortuus; 15-17.

6°. Jared a. 62 genuit Henoch, multorum pater, a. 762 mortuus; 18-20.

7°. Henoch a. 65 genuit Mathusalem, multorum pater, ambulans coram Deo, a. 365 translatus; 21-24.

8°. Mathusalem a. 187 genuit Lamech, multorum pater, a. 969 mortuus; 25-27.

9°. Lamech a. 182 genuit Noe, emphatico nomine sic dictum, multorum pater, a. 777 mortuus; 28-31.

10°. Noe a. 500 genuit Sem, Cham, Japhet. 31.

## § IV. DILUVIUM UNIVERSALE.

I°. *Præcedentia.*

I. Causæ diluvii:

1°. Corruptio religionis et morum, ex promiscuo Sethitarum cum Cainitis conjugio; *cap.* VI, *v.* 1, 2.

2°. Neglectus divinæ monitionis, tolerantiam mali definito tempore includentis; 3.

3°. Incrementum corruptionis, petulantia et ferocia in posteris; 4.

(1) I. *Paralip.* I. 1-4.

4°. Malitia universim el in omnes diffusa ; 5, 11, 12.

II. Decretum ejusdem :

1°. Fundatum in aversione Dei ab hominum corruptione ; 6.

2°. Formatum ad deletionem generis humani cum extensione ad animantia; 7.

3°. Limitatum per exceptionem Noe,

1. Gratiam apud Deum consecuti; 8.

2. Cum familia recensita perfecti; 9, 10.

4°. Promulgatum Noe. 13.

III. Apparatus ad Noe conservationem.

1°. Mandatum de arca fabricanda divinitus datum; 14.

2°. Idea ejusdem designata; 15, 16.

3°. Promissio, Noe cum familia a communi naufragio eximendi facta; 17, 18.

4°. Eadem de certo animantium numero servando adjecta; 19, 20.

5°. Instructio de alimentis congerendis data; 21.

6°. Executio commendatorum a Noe suscepta. 22.

II°. *Concomitantia :*

I. Ingressus in arcam,

1°. Imperatus a Deo Noe laudante ; *cap.* VII, *v.* 1.

2°. Sociandus cum assumptis tum ad salvandum, tum ad immolandum animalibus ; 2, 3.

3°. Maturandus ob imminens jam diluvium; 4.

4°. Susceptus a Noe jam sexcentenario ; 5, 6.

5°. Completus, assumptis simul

1. Familia Noe enumerata ; 7, 13.

2. Animalibus, ad numerum imperatum, mundis et immundis; 8, 9, 14, 16.

II. Diluvii ratio ,

1°. Quoad tempus, ad ætatem Noe et dies mensis determinatum; 11.

2°. Quoad irruptionem aquarum, post septem dies ingressui datos terram inundantium , per quadraginta dies continuatam ; 10-12.

3°. Quoad incrementum aquarum, gradatim factum cum elevatione arcæ ; 17-20.

4°. Quoad effectum hominibus extra arcam relictis funestum; 21-23.

5°. Quoad durationem per 150 dies protractam. 24.

III°. *Subsequentia :*

I. Diluvii cessatio,

1°. Inducta a Deo, Noe memori,

1. Per immissionem venti ; *cap.* VIII, *v.* 1.

2. Per obstructionem fontium el cataractarum ; 2.

3. Per itum et reditum aquarum. 3.

2°. Descripta,

1. Per arcæ requiem in monte , posl decem dies notatam ; 4.

2. Per montium cacumina, post sexaginta trium dierum moram, apparentia ; 5.

3°. Explorata sensim,

1. Per corvum et columbam, post quadraginta dies ex arca emissos: Indicio per illius emansionem frustrato; inundationis duratione per velocem hujus reditum cognita; 6-9.

2. Per columbam, post septem dies rursus emissam, sub vesperum cum olivæ foliis reversam; 12.

4°. Usurpata oculis Noe, sublato tecto circumspicientis. 13.

5°. Consummata anno altero, mense secundo, die vigesimo septimo, terra penitus exsiccata. 14.

II. Egressus ex arca,

1°. Imperatus a Deo Noe cum familia et animalibus; 15-17.

2°. Peractus prompte et integre; 18-19.

3°. Celebratus oblatis supra altare erectum victimis; 20.

4°. Coronatus divinis promissis,

1. De simili pœna deinceps non iteranda; 21.

2. De conservandæ in posterum naturæ ordine; 22.

## § V. RESTAURATIO GENERIS HUMANI.

I°. *Constituta divinis favoribus*, quos exhibet

I. Benedictio

1°. Repetita fœcunditatis ad propagationem generis; *cap.* IX, *v.* 1-7.

2°. Innovata dominii in animantia; 2, 3.

3°. Limitata facultatis in alimenta, excepto sanguine; 3, 4.

4°. Amplificata securitatis, per legem latam de homicidio nec ferendo, nec faciendo. 5, 6.

II. Promissio

1°. Data Noe et omni hominum posteritati; 8, 9.

2°. Extensa ad omnia animantia; 10.

3°. Complexa immunitatem perpetuam a diluvio universali; 11.

4°. Confirmata iride assumpta in signum

1. Confirmans fœderis initi a Deo cum homine; 12, 13.

2. Memorans promissionis factæ. 14, 15.

3. Indicans utriusque facti. 16, 17.

II°. *Cœpta humanis officiis*, scilicet.

I. Generatione per tres Noe filios propagata; 18, 19.

II. Agricultura per Noe resumpta, et vinea plantata; 20.

III. Affectibus filiorum diversis manifestatis, dum ad patris ex vino ebrii nuditatem, 21.

1°. Cham irrisione malignitatem prodit; 22.

2°. Sem et Japhet, nuditatem pudice obvelantes, reverentiam servant, 23.

IV. Apprecationibus paternis, secundum merita factis, dum Noe rem gestam edoctus, 24.

1°. Cham in Chanaan serviturо maledicit; 25.
2°. Sem et Japhet eminentiam et amplitudinem prædicit. 26, 27.
* Obitus Noe 950 anno ætatis. 28, 29.

III°. *Propagata continuatis generationibus* (1),

I. Generationum stirpes, Sem, Cham et Japhet; *cap.* x. *v.* 1,

II. In familia Japhet
1°. Filii septem; 2.
2°. Nepotes ex Gomor tres, ex Javan quatuor; 3, 4.
3°. Sedes postremorum insulæ his cognomines. 5.

III. In familia Cham universim sumpta. 20.
1°. Filii quatuor; 6.
2°. Nepotes ex Chus sex, adnotatis ex Regma duobus pronepotibus, 7. inter nepotes celebratur Nemrod
1. A potentia et robore; 8, 9.
2. A fundatis urbibus in Sennaar; 10.
3. A prolatis ulterius per Assur fundationibus aliis. 11, 12.
3°. Nepotes ex Mesraim sex; 13, 14.
4°. Nepotes ex Chanaan undecim; 15-18.
5°. Sedes postremorum secundum terminos descripta. 19.

IV. In familia Sem generatim descripta, 31.
1°. Filii quinque; 21, 22.
2°. Nepotes ex Aram quatuor; 23.
3°. Nepotes ex Arphaxad, unus proprius, alter pronepos, duo abnepotes, 24, 25. Horum celebris est
1. Alter a nomine ex terræ divisione indito; 25.
2. Alter a numero filiorum tredecim. 26-29.
4°. Sedes omnium per viam determinata; 30.

V. Ortus gentium omnium per universam terram ex his generationibus assertus; 32.

I°. *Dilatata per orbem, profectionibus*

I. Susceptis sponte,
1°. Concordi linguarum usu et sententiarum consensu; *cap.* XI, *v.* 1.
2°. Facili ex montibus in campos commodos descensu; 2.
3°. Opportuno ad habitationem stabiliendam consilio; 3.
4°. Converso demum ad vanam ostentationem studio; 4.

II. Inductis necessario,
1°. Ab opposito vanis molitionibus divino decreto; 5, 6.
2°. A linguarum confusione et notionum perturbatione; 7.
3°. A divisione discedentium hinc consequente. 8.
* Mnemnosynon hujus eventus turris Babel. 9.

(1) I. *Paralip.* I. 5-23.

# PARS II.

## PATRIARCHÆ POPULI A DEO ELECTI.

—

## SECTIO I.

### HISTORIA ABRAHÆ.

I°. *Catalogus majorum Abrahæ* :

I. Sem anno ætatis 100, biennio post diluvium, generat Arphaxad, multorum pater, anno ætatis 600 moritur; *cap.* XI. *v.* 10, 11.

II. Arphaxad anno ætatis 35 generat Sale, multorum pater, anno ætatis 338 moritur; 12, 13.

III. Sale anno ætatis 30 generat Heber, multorum pater, anno ætatis 433 moritur; 14, 15.

IV. Heber anno ætatis 34 generat Phaleg, multorum pater, anno ætatis 464 moritur; 16, 17.

V. Phaleg anno ætatis 30 generat Reu, multorum pater, anno ætatis 239 moritur; 18, 19.

VI. Reu anno ætatis 32 generat Sarug, multorum pater, anno ætatis 239 moritur; 20, 21.

VII. Sarug anno ætatis 30 generat Nachor, multorum pater, anno ætatis 230 moritur; 22, 23.

VIII. Nachor anno ætatis 29 generat Thare, multorum pater, anno ætatis 148 moritur; 24, 25.

II°. *Familia paterna Abrahæ* :

I. Pater Thare anno ætatis 70 cœpit generare Abram, Nachor et Aran; 26, 27.

II. Frater Aran generat Loth, Melcham et Ischam; moritur ante patrem in Ur Chaldæorum; 27, 28.

III. Uxor Abrahæ, Sarai sterilis; 29, 30.

IV. Neptis ex Aran et uxor Nachoris Melcha; 29.

III°. *Biographia patris Abrahæ* :

I. Thare, assumptis secum Loth, Sarai et Abraham,
Profectus ex Chaldæa, tendens in Chanaan, subsistit et sedem figit in Haran; 31.

II. Ibidem anno ætatis 205 moritur. 32.

## § II. INITIA FACTORUM ABRAHÆ.

### I°. *Auspicata profectionibus* :

I. Altera in Chanaan,

1°. Demandata a Deo, additis amplissimis promissis; *cap.* XII, *v.* 1-3.
2°. Suscepta ab Abraham, notato tempore et comitatu; 4, 5.
3°. Promota in Sichem,
  1. Vicinia loci et incolis distinctam; 6.
  2. Dei apparitione et Abrahæ sacrificio celebrem; 7.
4°. Translata ad montem, Bethel et Hay vicinum, et rursus exstructo altari notatum; 8.
5°. Directa versus meridionalem plagam; 9.

II. Altera in Ægyptum, cujus ingressum

1°. Imperat fames in terra prævalens; 10.
2°. Comitatur sollicitudo Abrahæ,
  1. Sibi ob uxoris pulchritudinem timentis, 11, 12.
  2. Consilium declinandi periculi periculosum deligentis; 13.
3°. Sequitur raptus Saræ,
  1. Secundum formidatam conjecturam eveniens; 14, 15.
  2. Beneficia votis majora referens; 16.
4°. Excipit
  1. Pharaonis plaga et querela; 17, 18.
  2. Saræ restitutio et dimissio; 19, 20.
  3. Abrahæ cum aucta familia reditus ad stationem pristinam inter Bethel et Hay. *cap.* XIII, *v.* 1-4.

### II°. *Discriminata stationibus* :

I. Altera per optionem alienam relicta; cujus

1°. Occasionem præbuit
  1. Loth et Abrahæ grex numerosior, cui una pascendo non sufficiebat regio; 5, 6.
  2. Pastorum utrique servientium discordia et incolarum vicinorum frequentia; 7.
2°. Opportunitatem dedit
  1. Studium colendæ pacis ab Abraham propositum; 8.
  2. Optio ab eodem facta Loth ad deligendam sibi pro lubitu stationem; 9.
3°. Determinationem facit
  1. Optio Loth fertilissimum agrum circa Jordanem eligentis; 10, 11.
  2. Remansio Abrahæ in statione pristina; 12.
  3. Secessio Loth in Sodomam a scelestissimis civibus habitatam. 12, 13.

II. Altera sponte delecta, ad quam Abraham

1°. Excitatur promissione divina de Chanaanitide in hæreditatem numerosissimæ posteritati concedenda; 14-16.
2°. Disponitur perlustratione universæ regionis divinitus imperata; 17.

3°. Inclinatur positis juxta convallem Mambre tentoriis et ædificato altari. 18.

III°. *Celebrata actionibus* :

I. Altera fortitudinis bellicæ, cui

1°. Materiam obtulit bellum Sodomiticum,

1. Adornatum a quatuor Regibus orientis, contra quinque Reges inferioris Chanaanitidis arma et seditionem moventes ; *cap.* XIV, *v.* 1-4.
2. Inchoatum gravi sex populis intermediis illata clade ; 5-7.
3. Decertatum prælio Regibus Chananæis funesto ; 8-10.
4. Confectum direptione urbium et Loth abductione in captivitatem. 11, 12.

2°. Formam addidit expeditio Abrahæ,

1. Concitata a nuntio captivitatem Loth referente ; 13.
2. Instructa sociorum auxilio ac hominum propriorum delectu ; 14.
3. Facta militari stratagemate nocturnæ ac divisæ irruptionis in hostes ; 15.
4. Consummata per hostium stragem et Loth liberationem. 15, 16.

II. Altera virtutis politicæ, cujus

1°. Opportunitatem obtulit

1. Occursus, postulatio et cessio Regis Sodomæ ; 17, 21.
2. Oblatio, benedictio et gratiarum actio Melchisedech, Regis Salem. 18-20.

2°. Documenta edidit Abraham, et quidem

1. Religionis, per decimas Sacerdoti Altissimi delatas ; 20.
2. Abstinentiæ, per juramentum contestatæ ; 22, 23.
3. Prudentiæ, contra dicteria sibi prospicientis ; 23.
4. Justitiæ, pro jure militibus et sociis tuendo sollicitæ. 24.

## § III. INCREMENTA MERITORUM ABRAHÆ.

I°. *Fides promissis confirmata* :

I. Promissio generalis, afferens Abrahæ promissionem et mercedem a Deo. *cap.* XV. *v.* 1.

II. Promissio de hærede,

1°. Excitata per Abrahæ improlis querelas ; 2, 3.

2°. Data a Deo tum verbis apertis, tum comparatione numerosæ posteritatis cum stellis cœli ; 4, 5.

3°. Acceptata ab Abraham per fidem justificantem. 6.

III. Promissio de terra Chanaan,

1°. Deducta a Deo ex fine translationis de Chaldæa in hanc regionem ; 7.

2°. Vocata in quæstionem ab Abraham petente signum. 8.

IV. Promissio de utroque

1°. Confirmata fœdere interposito, cujus

1. Symbola, scilicet animalia dissecta et aves indivisæ, jussu Dei collocantur serie opposita ; 9, 10.

2. Retardatio diurnâ exercet Abraham in servandis a volucrum incursu expositis; 11.
3. Approbatio a Deo palam fit transitu symbolico inter segmenta exposita. 17.

2°. Illustrata per visionem dormienti Abrahæ factam 12, qua proponitur
1. Abrahæ senectus et mors quieta; 15.
2. Posteritatis peregrinatio et servitus per quadringentos annos; 13.
3. Ejusdem liberatio futura, cum ultione de oppressoribus; 14.
4. Reditus in Chanaan, dehinc et post mensuram peccatorum ab incolis completam secuturus. 16.

3°. Declarata per repetitionem, qua
1. Describuntur limites Chanaanitidis; 18.
2. Enumerantur, secundum nomina gentilitia, omnes ejusdem incolæ. 19-21.

II°. *Expectatio interposito Ismaele sustentata.*

I. Connubium Abrahæ novum
1°. Cum Agar ancilla Ægyptiaca, ob Saræ sterilitatem, destinatum; *cap.* XVI, *v.* 1.
2°. Ab Ipsa Sara, posteritatis cupida, conciliatum; 2.
3°. Ab Abraham, decimo post adventum in Chanaan anno, initum; 3.
4°. Conceptu prolis fœcundum. 4.

II. Agar Ismaele gravida
1°. Insolescens, Saram ad querelas contra Abraham movet; 4, 5.
3°. Relicta ab hoc illius potestati, affligitur; 6.
3°. Elapsa in desertum, redire ac dominæ obedire jubetur ab Angelo. 7-9.

III. Angeli Oraculum,
1°. Prædicit Agaris semen numerosissime multiplicandum; 10.
2°. Enuntiat conceptum et nasciturum filium, Ismaelis nomine, fatis suis accommodo, compellandum; 11.
3°. Describit Ismaelis indolem, mores et habitationem futura. 12.

IV. Apparitionis Angelicæ sequela:
1°. Ex parte matris, quæ
1. Agnoscit et confitetur divinum beneficium; 13.
2. Perpetuat ejus memoriam, imposita loco appellatione; 14.
2°. Ex parte filii, cujus
1. Nativitas et nomen refertur; 15.
2. Paternæ ætatis epocha notatur. 16.

III°. *Fiducia novis beneficiis stabilita:*

I. Promissio amplior,
1°. Prænotata ætatis anno, apparitione divina et adhortatione ad perfectionem; *cap.* XVII, *v.* 1.
2°. Inchoata sponsione Dei et adoratione Abrahæ; 2, 3.
3°. Continuata mutatione nominis Abram in Abraham, et constitutione ejusdem in patrem gentium; 4, 5.
4°. Amplificata prædictione posteritatis numero et dignitate maximæ; 6.

5°. Confirmata pacto, Deo singularem populum et Abrahæ posteris possessionem Chananitidis asserente. 7, 8.

II. Obsignatio promissionis pactitiæ per circumcisionem : de hac

1°. Datur præceptum; 9, 10.
2°. Exponitur modus et finis; 11.
2°. Designatur subjectum; 12.
4°. Extenditur duratio; 13.
5°. Statuitur pœna in negligentes. 14.

III. Additio promittens familiam legitimam, qua

1°. Sara, mutato nomine, constituitur mater filii celeberrimi; 15, 16.
2°. Abraham, ob beneficii magnitudinem raptus in admirationem, solum precatur pro gratia Ismaeli servanda; 17, 18.
3°. Deus, ante apparitionis finem, 22.
1. Repetit prædictionem de nascituro ex Sara Isaac, ac fœdere cum eo ineundo; 19.
2. Defert Abrahæ precibus, declaratque, Ismaelem opibus, familia et posteris insigniter augendum; 20.
3. Decernit Isaaci nativitatem, altero mox anno futuram. 21.

IV. Præstatio pactæ conditionis; ubi notantur circumcisorum

1°. Personæ: Ismael scilicet omnesque mares vernaculi et emptitii servi Abrahæ; 23.
2°. Ætas: Abrahæ quidem nonaginta novem, Ismaelis autem tredecim annorum; 24, 25.
3°. Tempus: eadem nempe dies præcepti, et dati et in omnibus consummati. 26, 27.

IV°. *Alacritas virtutum divinis favoribus donata* :

I. Alacritas officiosæ hospitalitatis, qua Abraham, apparente sub trium virorum schemate Domino,

1°. Occurrit e tabernaculo suo obvius; *cap.* XVIII, *v.* 1, 2.
2°. Invitat et sollicitat ad diversandum; 3-5.
3°. Parari jubet, et ipse parat prandium; 6, 7.
4°. Apponit et ministrat. 8.

II. Favor huic officio redditus

1°. Per familiare Domini colloquium: in quo habentur
1. Amica de Sara percunctatio; 9.
2. Fixa de filio Saræ nascituro assertio; 10.
3. Saræ de prædictionis veritate cum risu dubitatio; 11, 12.
4. Correptio ridenti data, et prædictionis confirmatio. 13-15.
2°. Per amicam consilii divini communicationem; cujus
1. Occasionem dat honorifica discedentium hospitum per Abraham comitantem deductio; 16.
2. Causam exhibet vaticinium de futura stirpis celebritate et pietate Abrahæ; 17-19.
3. Argumentum facit iniquitas Sodomæ et decreta in illam, præmisso examine, pœna. 20, 21.

III. Alacritas humanitatis obtestantis, qua Abraham discessurum ad Sodomæ excisionem Dominum

1°. Interpellat pro servandis justis, ibidem forsan morantibus; 21-23.
2°. Sollicitat pro venia urbi danda, si inter habitatores justi quinquaginta fuerint; 24, 25.
3°. Idem rogat, si quadraginta quinque, aut quadraginta duntaxat inveniantur; 27, 29.
4°. Rogat id ipsum, per vices instando, ubi triginta, mox viginti, demum decem tantum justi adfuerint; 30-32.
5°. Relinquit abeuntem silens, sed bene adhuc sperans. 33.

IV. Favor his precibus respondens

1°. Per promissam Sodomæ ab excidio servandæ indulgentiam conditioni annexam:
   1. Si in ea reperti fuerint quinquaginta justi; 26.
   2. Etiam, ubi quadraginta quinque, vel quadraginta ibidem inveniantur; 28, 29.
   3. Quin, ubi triginta, vel viginti solum extiterint; 30, 31.
   4. Imo, si decem tantummodo adfuerint. 32.
2°. Per concessam, intuitu Abrahæ, salutem Loth, ex subversis urbibus postea educto. *cap.* XIX, *v.* 29.

V°. *Favoris postremi uberior expositio*, qua narratur

I. Occasio data

1°. A Loth, Angelos, sub humana specie Sodomam ingressos,
   1. Humanissime ad divertendum apud se invitante, *cap.* XIX, *v.* 1. 2.
   2. Lautissima cœna excipiente. 3.
2°. A Sodomitis,
   1. Hospites istos ad infamem usum deposcentibus; 4, 5.
   2. Loth, dehortari eosdem et imprudenti filiarum oblatione placare conatum, contumelia et vi urgentibus. 6-9.
3°. Ab Angelis,
   1. Vim a Loth prohibentibus; 10.
   2. Cæcitatem furenti turbæ incutientibus. 11.

II. Dispositio facta,

1°. Monito ab Angelis dato ad colligendam Loth familiam, ob instans excidium; 12, 13.
2°. Studio Loth isthuc adhibito, sed a generis ejus neglecto; 14.
3°. Opera ab Angelis impensa,
   1. Per præceptum egrediendi repetitum; 15.
   2. Per egressum arrepta manu festinatum; 16.
   3. Per cautiones præscriptas. 17.

III. Executio secuta,

1°. Respectu Loth, qui Segor pro loco refugii
   1. Concedi ab Angelis postulat; 18-20.
   2. Concessam ab iisdem audit; 21, 22.
   3. Obtentam summo mane intrat. 23.
2°. Respectu aliorum huc pertinentium, ex quibus

1. Sodoma et Gomorrha, cum incolis et vicinia, ignibus cœlo deplnentibus, conflagrat; 24, 25.
2. Uxor Loth respiciens vertitur in statuam salis; 26.
3. Abraham, regressus ad stationem priorem, incendium urbium conspicit. 27, 28.

* Appendix historica de reliquis ad Loth spectantibus :

I. Habitatio translata ex Segor in montis vicini speluncam. 30.

II. Incestus,

1°. A filiabus imprudenti consilio et perverso modo quæsitus; 31, 32.
2°. A patre inebriato et ignorante commissus; 32-35.

III. Posteritas,

1°. Incestus utriusque filiæ conceptus; 36.
2°. Filius primogenitæ Moab, pater Moabitarum; 37.
3°. Filius alterius Ammon, pater Ammonitarum. 38.

## § IV. Complementa promissorum Abrahæ.

### 1°. *Hæres promissionis legitimus datur.*

I. Gnisiotis Hæredis

1°. Periclitata,
1. Occasione transmigrationis ex Hebron in Gerara; *cap.* xx, *v.* 1.
2. Facto Abimelech Saram rapientis. 2.

2°. Divinitus curata,
1. Per objurgationem Abimelech in somnio factam; 3.
2. Per deprecationem ejusdem cum excusatione conjunctam; 4, 5.
3. Per mandatum de restituenda Sara datum, cum dissimulatione præteriti et cautione futuri. 6, 7.

3°. Ab hominibus testimonio firmata :
1. Ab Abimelecho, cum aula sua conterrito et expostulante cum Abraham; 8-10.
2. Ab Abraham, causas dissimulationis et veritatem dictorum exponente. 11-13.

4°. Officiis roborata:
1. Respectu Abrahæ, cui præter dona facultas habitandi concessa; 14, 15.
2. Respectu Saræ, cui præter libertatem summa pecuniæ tradita; 16.
3. Respectu Abimelech, cui Abrahæ precibus cessatio malorum obtenta; 17, 18.

II. Primordia Hæredis :

1°. Conceptus ex Dei beneficio et promisso factus; *cap.* xxi, *v.* 1.
2°. Partus ad prædictum tempus et annum Abrahæ centesimum secutus; 2-5.
3°. Nomen Isaac impositum; 3.
4°. Circumcisio die octavo addita; 4.
5°. Beneficium divinum a Sara gaudente agnitum et celebratum. 6, 7.
6°. Ablactatio infantis, convivio festiva. 8.

**II°. *Hæreditas promissa, hæredi legitimo præparata*,**

I. Per separationem Ismaelis a familia Abrahæ: hujus

1°. Causa,

1. Ismaelis lusus cum Isaac; 9.
2. Indignatio Saræ, Agarem cum Ismaele ejici postulantis. 10.

2°. Executio,

1. Injuncta a Deo Abrahæ, primum offenso, dein mitigato ob additam promissionem; 11-13.
2. Præstita ab Abraham, Agarem cum filio et commeatu dimittente. 14.

3°. Successus,

1. Primum tristis, ob aberrationem dimissorum in deserto, defectum aquæ et periculum mortis; 15, 16.
2. Dein lenitus per consolationem Angeli apparentis, et aquam in puteo demonstrato oblatam; 17-19.
3. Demum notatus Dei præsidio, et Ismaelis occupatione, statione, ac matrimonio prænuntiatis. 20, 21.

II. Per fœdus cum Gerarenis

1°. Oblatum ab Abimelech, suis posteris pacatam sedem ab Abraham, in concessi hospitii vicem, stipulante; 22, 23.

2°. Interpolatum querelis de intercepto putei usu ab Abraham motis, ab Abimelech excusatione et promissione sublatis; 24-26.

3°. Sancitum datis ab Abraham pecoribus et edito utriusqueassensu; 27.

4°. Auctum adjecto, de putei controversi dominio, contractu et jurejurando; 28-32.

5°. Confirmatum tum pacifico Abimelech recessu; tum Abrahæ habitatione et usu pristinæ stationis ad religionem et culturam. 33, 34.

III. Per emptionem agri apud Hethæos. Hujus

1°. Occasio:

1. Mors Saræ, anno ætatis 127, in Hebron defunctæ, a marito deploratæ; XXIII, 1. 2.
2. Postulatio Abrahæ pro obtinendo ab Hethæis jure sepulturæ; 3, 4.
3. Facilitas Hethæorum in offerendo sepulchro. 5, 6.

2°. Tractatio:

1. Petitio Abrahæ deprecantis interventum Hethæorum pro obtinenda ab Ephrone venditione speluncæ duplicis; 7-9.
2. Liberalitas Ephronis, agrum cum spelunca Abrahæ gratis dare parati. 10, 11.

3°. Transactio:

1. Deprecatio Abrahæ, donum recusantis et pretium offerentis; 12, 13.
2. Obsequium Ephronis, designantis pretium 400 siclos argenteos;
3. Solutio pretii, traditio agri cum spelunca et limitibus, capta possessio. 16 18.

4°. Confirmatio venditionis, factæ

1. Per usum in sepulturam Saræ; 19.
2. Per attestationem Hethæorum. 20.

**III°. *Posteritatis ex legitimo hærede spes curata*,**

I. Per obedientiam Abrahæ,

1°. In mandato Dei Isaaci immolationem jubentis acceptando heroicam; XXII, 1, 2.

2°. In apparatu faciendo et itinere suscipiendo promptam; 3.

3°. In sejungendo servorum comitatu circumspectam; 4, 5.

4°. In adornando sacrificio, et consilio filium inquirentem celando prudentem; 6-8.

5°. In perficiendo mandato fidelem et constantem. 9, 10.

II. Per favorem Dei,

1°. Immolationem Isaaci jam conficiendam inhibentis; 11, 12.

2°. Succedaneum sacrificium arietis, et mnemnosynon probantis; 13, 14.

3°. Oblectationem in hoc facto suam jurejurando contestantis; 15, 16.

4°. Multiplicationem posteritatis, victoriam de hostibus et benedictionem gentium in præmium promittentis. 17, 18.

III. Per matrimonium Isaaci, cujus gratia

1°. Prænotatur familia Nachoris, ex Melcha octo, ex Roma quatuor filiorum patris; 19-24.

2°. Describitur integra conjugalis negotii pertractatio toto *Cap.* XXIV.

* Præcipua hujus descriptionis capita :

I. Institutio interpretis pro sponsalibus contrahendis, facta ab Abraham jam sene et favores divinos experto; a quo

1°. Deligitur et obstringitur Eliezer tanquam proxeneta sponsalitius; 1, 2.

2°. Commendatur sponsæ delectus faciendus ex cognata familia, non ex gente Chananæa; 3, 4.

3°. Prohibetur reductio Isaaci in Mesopotamiam; 5-7.

4°. Obligatur jurejurando executio, sub conditione tamen adjuncta. 8, 9.

II. Apparatus ad hoc negotium :

1°. Iter Eliezeris et appulsus in Mesopotamiam; 10, 11.

2°. Votum cum precibus, signum characteristicum virginis in sponsam petendæ postulantibus; 12-14.

3°. Eventus voto respondens in Rebecca, cujus exponitur

1. Genus et conditio; 15, 16.
2. Actio officiosa, pro signo electa; 17, 18.
3. Adjectio officii exspectationem superantis. 19, 20.

4°. Dijudicatio Eliezeris proveniens

1. Ex seria facti consideratione; 21.
2. Ex intellecta Rebeccæ cum Abraham cognatione; 23, 24.
3. Ex invitatione ad diversorium. 25.

5°. Gratus Eliezeris animus

1. Erga Rebeccam muneribus exhibitus; 22.
2. Erga Deum pia divinæ providentiæ agnitione probatus. 26, 27.

6°. Hospitalitas Labanis

1. Excitata Rebeccæ occursu et muneribus ab ea ostensis; 28-30.
2. Præstita Eliezeri cum omni humanitatis officio; 31, 32.

III. Tractatus negotii:

1°. Eliezere ante prandii sumptionem 33
Exponente
1. Mandatum, sibi velut interpreti datum; 34-41.
2. Votum suum paulo ante factum; 42-44.
3. Eventum ad illud secutum; 45-48.
4. Petitionem Rebeccæ in uxorem Isaaci. 49.

2°. Fratribus Rebeccæ
1. Agnoscentibus hic divinam providentiam; 50.
2. Annuentibus matrimonio postulato. 51.

3°. Sponsione confirmata
1. Præstitis Deo gratiis; 52.
2. Datis Rebeccæ et familiæ donis; 53.
3. Celebrato nuptiali convivio. 54.

IV. Consummatio ejusdem:

1°. Deductio sponsæ ad sponsum
1. Postulata altero mox die ab Eliezer; 54, 56.
2. Suspensa primum a familia, dein permissa arbitrio Rebeccæ; 55, 57.
3. Acceptata a Rebecca; 58.
4. Adornata datis comitibus, annexisque faustis apprecationibus; 59, 60.
5. Suscepta et continuata magnis profectionibus. 61.

2°. Occursus sponsorum notatus
1. A sponsi commoratione, occupatione et visu advenientium; 62, 63.
2. A sponsæ demissione et verecundia ad sponsi conspectum. 64, 65.

3°. Conjugium amborum
1. Celebratum post factam Eliezeris narrationem; 66.
2. Fortunatum eximio Isaaci erga Rebeccam amore. 67.

IV°. *Extrema Abrahæ benedictionibus plena.*

I. Matrimonium Abrahæ cum Cetura,

1°. Initum post Saræ mortem; *cap.* xxv, *v.* 1.
2°. Fœcundum sex filiis, nepotibus etiam et pronepotibus quibusdam hic recensitis. 2-4.

II. Testamentum, quo

1°. Isaac hæres universalis constituitur; 5.
2°. Reliqui ex Agar et Cetura filii, jam ante mortem in orientem dimissi; legatis muneribus donantur. 6.

III. Obitus

1°. Ad annum vitæ 175 dilatus; 7.
2°. Placidus ac beatus. 8.

IV. Sepultura

1°. Curata ab Isaaco et Ismaele; 9.

2°. Facta in spelunca Saræ sepulchrali. 10.

V°. *Adjecta de Isaaco et Ismaele notitia*, quæ exhibet

I. De illo quidem fortunam et habitationem; 11.

II. De hoc autem

1°. Parentes; 12.

2°. Nomina, numerum et dignitatem filiorum; 13-16.

3°. Annos vitæ et mortem; 17.

4°. Regionem inhabitatam; 18.

## SECTIO II.

### HISTORIA ISAACI.

#### § I. ISAACI DOMESTICA.

I°. *Conditio ipsius*

I. Secundum genus, erat filius Abrahæ; *cap.* XXV. *v.* 19.

II. Secundum statum, ab anno ætatis quadragesimo conjugatus cum Rebecca; 20.

III. Secundum familiam, ad annum sexagesimum usque improlis; 21, 26.

II°. *Rebecca uxor*

I. Ad Isaaci preces, Dei beneficio, ex sterili fit gravida; 21;

II. De parvulorum collisione in utero, plena tædio et cura, consulit Dominum; 22.

III. Dei oraculo edocetur, quod gemellos conceperit duarum gentium futuros patres, quorum major serviturus sit minori; 23.

III°. *Filii gemelli*

I. Nascentes, ex corporum habitudine jam distincti et luctantes; unde alter Esau, alter Jacob compellati; 24, 25.

II. Adolescentes, moribus inter se diversi, ideoque parentum amorem inter se partiti; 27, 28.

III. Adulti, paciscuntur de jure primogeniti, dum

1°. Esau esuriens desiderat coctum a Jacobo pulmentum lentium; 29, 30.

2°. Jacob sibi pro cibo postulat cedi jus primogeniti; 31-33.

3°. Esau, partim urgente fame, partim jure natu maximi vilipenso, cedit jure et capit cibum. 32-34.

## § III. ISAACI PUBLICA.

I°. *Digressio ex pristina habitatione inter Cades et Barad.*
Itineris hujus suscepti assignatur
I. Causa, fames altera post illam Abrahæ temporibus grassatam; *cap.* XXVI, *v.* 1.
II. Terminus, non in Ægypto, sed alia in regione a Deo designanda constitutus; 2.
III. Comitatus a Deo promissus, repetitis ob Abrahæ merita divinis oraculis, 5.
1°. De terra hæreditatis; 3.
2°. De multiplicatione seminis, et gentium per illud benedictione. 4.
IV. Statio in Geraris fixa. 6.

II°. *Commoratio Gerarena,*
I. Ad urbem Geraræ;
1°. Examinata a civibus, in Isaaci uxorem inquirentibus, sed responso ambiguo dimissis; 7.
2°. Observata a Rege, ex liberiore Isaaci cum Rebecca joco, utriusque conjugium conjiciente; 8.
3°. Deducta in quæstionem, Rege periculum, ex dissimulatione conjugii facile oriturum, improbante, Isaaco factum per metum excusante; 9, 10.
4°. Asserta per edictum regium ab omni assultu et molestia; 11.
5°. Locupletata frugum, animalium et familiæ copia, a Deo immensum aucta. 12-14.
II. Ad torrentem Geraræ
1°. Translata;
1. Invidia omnium, prosperitatem Isaaci ægre ferentium, malum machinante; 14.
2. Injuria pastorum, puteos Abrahæ obturantium, damnum inferente; 15.
3. Mandato Regis, potentiam alienam timentis, discessum imperante. 16.
2°. Instructa
1. Tentoriis fixis; 17.
2. Puteis paternis refossis; 18.
3. Aqua viva in torrente reperta. 19.
3°. Variata
1. Infestatione pastorum Geraræ, primum et alterum Isaaci puteum sibi vindicantium; 20, 21.
2. Quiete eorumdem, tertium puteum Isaaco permittentium; 22.
3. Cessione hujus putei voluntaria, Isaaco in Bersabeam abeunte. 23.

III°. *Secessus in Bersabeam,*

I. Auspicatus
 1°. Deo apparente et repetitas promissiones confirmante; 24.
 2°. Isaaco altare erigente, Deum invocante et stationem parante; 25.
 3°. Abimelech jam aliter comparato, et Isaacum hinc expostulantem invisente. 26, 27.
II. Celebratus fœdere, quod
 1°. Abimelech adductis rationibus proponit Isaaco; 28, 29.
 2°. Isaac dato convivio ostendit acceptandum; 30.
 3°. Uterque jurejurando edito pangit. 31.
III. Commendatus
 1°. Ex nuntio aquæ in puteo repertæ; 32.
 2°. Ex nomine hinc urbi imposito. 33.

§ III. ISAACI GENTILITIA.

I°. *Characteres et dispositio personarum hic intervenientium*:
 I. Esau matrimonium cum duabus Chananæis initum,
 1°. Signum aberrationis a Deo et paterno ritu; 34.
 2°. Causa offensi utriusque parentis. 35.
 II. Isaaci jam senis et caligantis
 1°. Conceptum de hærede suo benedicendo propositum; *cap.*XXVII, *v.* 1, 2.
 2°. Imperatum Esau pro impetranda benedictione officium. 3, 4.
 III. Rebeccæ pro Jacobo studium,
 1°. Ex audito Isaaci proposito et designato modo excitatum; 5-7.
 2°. Ad obtinendam pro Jacobo benedictionem, usu simulationis intentum. 8-10.
 IV. Jacobi animus,
 1°. Prudenter et reverenter timidus; 11, 12.
 2°. Maternæ asseverationi fidens et voluntati obediens. 13, 14.
II°. *Benedictio primaria artificio in Jacobum derivata*:
 I. Artificium
 1°. Adornatum,
 1. Vestibus Esau Jacobo injectis; 15.
 2. Collo hujus manibusque, ad illius morem, per appositas pelliculas asperatis; 16.
 3. Hœdinis carnibus, instar ferinæ, coctis et paratis. 17.
 2°. Tentatum
 1. A Jacobo, patrem ad comedendum invitante et se Esau simulante; 18, 19.
 2. Ab Isaaco, de accelerata cibi oblatione inquirente, et corporis habitudinem tactu explorante. 20, 21.
 3°. Succedens, Isaaco scilicet
 1. Tactui potius, quam auditui credente; 22.
 2. Simulationis artificium ignorante. 23.
 II. Benedictio

1°. Præparata per acceptatos cibos et potum, velut ab Esau oblatos; 24, 25.

2°. Excitata per vestimentorum fragrantiam, inter oscula, odoratu perceptam; 26, 27.

3°. Collata per apprecationem abundantiæ in frugibus, dominii in fratres et æstimationis apud omnes. 28, 29.

III°. *Benedictio secundaria ægre ab Esau obtenta :*

I. Evolutio strophæ,

1°. Inducta per adventum Esau, cibos ex venatione paratos ad patrem deferentis; 30, 31.

2°. Cœpta per stuporem Isaaci, Esau dignoscentis, sed benedictionem ab alio jam præreptam significantis; 32, 33.

3°. Explicata per colloquium utriusque :

1. Isaaci quidem, Jacobum benedictionem suffuratum edicentis; 35.

2. Esau autem dolentis, et conquerentis de altera jam deceptione, sibi per Jacobum facta. 34, 36.

II. Benedictio

1°. Postulata ab Esau instanter, instantius, Instantissime; 34, 36, 38.

2°. Dissimulata primum ab Isaaco, dein velut minus utilis declarata; 35, 37.

3°. Impertita tandem ad fruges, quantum satis, habendas, et futuram a servitute liberationem. 39, 40.

IV°. *Diversa priorum studia, benedictionem excipientia :*

I. Odium Esau in fratrem, et decreta ultio post mortem patris; 41.

II. Sollicitudo Rebeccæ pro tuendo a fratris insidiis Jacobo, 42.

1°. Suadentis Jacobo discessum in Haran; donec temporis mora furor Esau resederit; 43-45.

2°. Persuadentis Isaaco hoc filii iter, obtentu matrimonii cum Hethæis declinandi. 46.

III. Facilitas Isaaci

1°. Jubentis peregrinationem in Haran, et conjugium cum cognata ibidem familia; *cap.* XXVIII, *v.* 1, 2.

2°. Confirmantis benedictionem primariam. 3, 4.

IV. Promptitudo Jacobi, ex voluntate parentum proficiscentis; 5.

V. Mutatio Esau,

1°. Orta ex consideratione sortis, status et indolis Jacobi a sua discrepantis; 6, 7.

2°. Promota ab experimento offensæ parentum, ob suum cum Chananæis matrimonium; 8.

3°. Declarata, ad placandos parentes, per conjugium cum filia Ismaelis additum. 9.

## SECTIO III.

### HISTORIA JACOBI.

#### § I. RES JACOBI IN MESOPOTAMIA.

I°. *Sub accessum ad eamdem :*

I. Profectio suscepta,

1°. Discreta adjunctis : scilicet

1. Termino, a quo, et ad quem ibat; 10.
2. Via longinqua, regione inhospita, somno incommodo. 11.

2°. Signata portentis : nempe

1. Visione scalæ cœlum tangentis, Angelorum descensum et ascensum exhibentis, Deum superius innixum ferentis; 12, 13.
2. Oraculo Dei, terræ possessionem, posteritatis amplitudinem, benedictionis magnitudinem, et protectionis certitudinem spondentis. 13-15.

3°. Initiata religiosis actibus Jacobi,

1. Venerantis præsentiam Dei; 16, 17.
2. Consecrantis memoriam facti; 18, 19.
3. Voventis sub duplici conditione venerationem Dei perpetuam et gratam beneficii memoriam. 20-22.

II. Adventus in Haran,

1°. Auspicatus prospere,

1. Ob loci, personarum et temporis opportunitatem; *cap.* XXIX, *v.* 1-3.
2. Ob jucundam de rebus cognatis notitiam; 4-6.
3. Ob tempestivum Rachelis occursum; 7-9.

2°. Exceptus benevole

1. A Rachele, signa amicitiæ et amoris a Jacobo experta; 10-12.
2. A Labane, ad filiæ nuntium omnia cognatæ humanitatis officia contestato. 13, 14.

II°. *Sub commorationem in illa :*

I. Matrimonium cum Labanis filiabus

1°. Præparatum,

1. Data occasione a Labane, gratuitum Jacobi famulatum renuente; 15.
2. Oblato Jacobi servitio pro Rachele formosiore et gratiore, quam esset Lia; 16-18.
3. Secuta a Labane confirmatione; 19.
4. Præstita a Jacobo servitii septennis conditione, et postulata stipulationis præstatione. 20, 21.

2°. Initum et consummatum,

1. Cum Lia, fraudulenter a Labane substituta; 22-24.

2. Cum Rachele, post expostulationem Jacobi et novam Labanis pactionem tandem tradita. 25-29.

## II. Fœcunditas conjugalis,

1°. Ex Lia,

1. A Jacobo infra Rachelem amata; 30.
2. A Deo supra Rachelem fœcundata; 31.
3. Sequentibus per annos partubus, Ruben, Simeonis, Levi et Judæ felici matre. 32-35.

2°. Ex Bala,

1. Marito in uxorem substituta a Rachele, sterilitatem suam non amplius ferente; *cap.* XXX, *v.* 1. 3.
2. Acceptata tandem a Jacobo, post datam Racheli reprehensionem. 2, 4.
3. Enixa Dan et Nephtali, filios a Rachele adoptatos. 5-8.

3°. Ex Zelpha,

1. Ancilla, loco Liæ jam parere desinentis, ab ipsamet surrogata; 9.
2. Parente duorum filiorum Gad et Aser, a Lia compellatorum. 10-13.

4°. Ex Lia iterum,

1. Pacta pro mandragoris a Rachele usum matrimonii proximum; 14-16.
2. Adepta hinc et fœcunditatem pristinam et filium Issachar; 17, 18.
3. Aucta ulterius filio Zabulon et filia Dina. 19-21.

5°. Ex Rachele

1. Fœcunditatem divino munere tandem consecuta; 22.
2. Filium Joseph enixa; 23.
3. Pro alio adhuc obtinendo precata. 24.

## III. Amplificatio peculii,

1°. Sancita pacto, cui

1. Occasionem præbuit propositum Jacobi, cum familia in patriam abeundi; 25, 26.
2. Initium dedit propositio Labanis, pro illo retinendo mercedem offerentis; 27, 28.
3. Remoram fecit tergiversatio Jacobi, et operam Labani impensam et curam suis impendendam exaggerantis; 29, 30.
4. Complementum addidit stipulatio.
   - α. Jacobi, variatum pecus sibi postulantis; 31-33.
   - β. Labanis, postulatum ratum habentis, et gregem maculosum ab unicolore dividentis. 34-36.

2°. Obtenta artificio, cujus

1. Ratio stabat in virgis detractione corticum varie coloratis; 37.
2. Applicatio fiebat in loco aquationi, et tempore prægnationi propriis; 38-40.
3. Vicissitudo solerter instituta reddebat Jacobo pecus præstantius; 41, 42.
4. Frequentatio augebat copiam et numerum. 43.

III°. ***Sub discessum ex eadem*** :

I. Discedendi consilium,
1°. Subornatum
1. Ab invidis cognatorum sermonibus; *cap.* XXXI, *v.* 1.
2. A mutatis Labanis affectibus; 2.
3. A divinis monitis reditum imperantibus. 3.
2°. Propositum uxoribus a Jacobo, recensente
1. Præsentem soceri aversionem; 4, 5.
2. Præteritam ejusdem iniquitatem; 6-10.
3. Iteratum Dei, profectionem urgentis, mandatum, 11-13.
3°. Acceptum ab uxoribus,
1. Nulla utilitatis specie retentis; 14.
2. Patris duritie offensis; 15.
3. Dei voluntati obedientibus. 16.

II. Discessus adjuncta:
1°. Suscipitur iter cum universa familia; 17.
2°. Assumuntur facultates omnes, et a Rachele etiam idola patris. 18, 19.
3°. Celatur abitus Labani; 20.
4°. Acceleratur profectio; 21.
5°. Innotescit Labani, non ante diem tertium. 22.

III. Remora injecta:
1°. Ab insectatione, quæ
1. Fit a Labane, armata manu et magnis itineribus persequente; 23.
2. Temperatur a Deo, asperitatem prohibente; 24.
3. Expectatur a Jacobo, in montibus Galaad quiescente. 25.
2°. Ab expostulatione, quam
1. Laban urget a discessus adjunctis, sibi et familiæ indecoris; 26-28.
2. Idem mitigat ob divinam prohibitionem, mox exasperat ob furtum sibi illatum; 29, 30.
3. Jacob diluit, dando rationem prioris, negando objectationem posterioris. 31, 32.
3°. Ab inquisitione, quam
1. Jacob pro libitu faciendam offert; 32.
2. Laban sollicite aggreditur; 33.
3. Rachel simulatione eludit. 34, 35.

IV. Continuatio itineris procurata,
1°. Retorsione, qua Jacob
1. Exprobrat Labani violentam rerum suarum excussionem, 36, 37.
2. Commemorat servitium fidele et utile illi a se præstitum; 38-40.
3. Objicit iniquam illius secum agendi rationem. 41, 42.
2°. Reconciliatione, qua Laban jam mitigatus
1. Soceri et patris affectum testatur; 43.
2. Amicitiam, fœdere etiam stabiliendam, offert. 44.
2°. Fœdere, quod
1. Paratur collecto lapidum cumulo, et impositis eidem ad memoriam nominibus; 45-48.
2. Tractatur Labanis postulato, pro indemnitate et matrimonii

(exclusis aliis uxoribus) constantia filiabus suis obtinenda. 49, 50.

3. Sancitur mutua sponsione de non lædendo aut invadendo utrinque 51, 52.
4. Confirmatur jurejurando, sacrificio et convivio; 53, 54.
5. Absolvitur datis a discedente Labane animi conciliati et amici signis. 55.

## § II. RES JACOBI IN CHANANÆA.

### 1°. *Ingressus in hanc regionem*

#### I. Varie ominosus :

1°. Bene quidem,
 1. Ex obvia Angelorum apparitione; *cap.* XXXII, *v.* 1.
 2. Ex eorumdem, per imaginem castrorum, præsignata tutela. 2.

2°. Dubie autem, ob ancipitem successum legationis
 1. Ad Esau missæ, 3.
 2. Reditum et fortunam nuntiantis; 4.
 4. Gratiam et benevolentiam petentis. 5.

3°. Male tandem,
 1. Ob armatum Esau occursum nuntiatum; 6.
 2. Ob timorem Jacobi inde enatum. 7.

#### II. Sollicite adornatus,

1°. Facta divisione suorum in duas turmas, cum spe unam saltem servandi; 7, 8.

2°. Fusa ad Deum precatione
 1. Provocante ad Dei jussa et promissa; 9, 12.
 2. Agente gratias pro beneficiis acceptis; 10.
 3. Postulante liberationem a periculo. 11.

3°. Habito delectu
 1. Munerum fratri offerendorum; 13-15.
 2. Servorum munera oblaturorum. 16.

4°. Præscripto sermone a servis dicendo, et exponente
 1. Donationem munerum missorum; 17-19.
 2. Intentionem mittentis munera. 20.

5°. Disposito itineris ordine, scilicet
 1. Præmissis statim muneribus; 21.
 2. Submissis die altera uxoribus et prolibus; 22.
 3. Trajectis, superato vado, præter se suis omnibus. 23.

#### III. Lucta interruptus, qua Jacob

1°. Congressus cum Angelo, luxatur nervo femoris; 24, 25.

2°. Nec victus, nec cedens, nomen Jacobi in Israel mutatum accipit; 26-28.

3°. Instans pro luctatore agnoscendo, benedicitur; 29.

4°. Defunctus lucta, in memoriam rei, loco nomen Phanuel imponit. 30.

5°. Discedens, se claudum sentit, ducta hinc posteræ consuetudinis occasione. 31, 32.

IV. Reconciliatione fortunatus, quam

1°. Jacob prudenti familiæ ordinatione et occursu reverentia pleno sollicitat; *cap.* XXXIII, *v.* 1-3.

2°. Esau editis amicitiæ indiciis prænuntiat; 4.

3°. Familia Jacobi, ex ordine secuta, exhibitis venerationis officiis promovet; 5-7.

4°. Munera, a Jacob cum precibus oblata, ab Esau tandem admissa, eliciunt; 8-11.

5°. Comitatus, ab Esau officiose delatus, a Jacob modeste recusatus sancit stabilemque reddit. 12-15.

V. Habitatione consummatus, quam

1°. Esau, in Seir recedens, liberam et pro libitu eligendam relinquit; 20.

2°. Jacob, fixa in Soccoth sede, capessit. 17.

II°. *Commorationes ibidem, locis et casibus variatæ.*

I. Commoratio et casus nefandi in Sichimis.

1°. Statio

1. Juxta Salem Sichimorum urbem posita; 18.
2. Empto agro ad longiorem habitationem destinata; 19.
3. Erecto altari ad religionem instructa. 20.

2°. Familiæ infamia, cujus

1. Occasionem dedit curiositas; *cap.* XXXIV, *v.* 1.
2. Malum intuiit raptus et stuprum Dinæ a Sichemo factum; 2.
3. Nuntium accepit Jacob cum tristi silentio, fratres cum fremitu. 5, 7.

3°. Reparatio tentata,

1. Raptore raptam placante, et patrem Hemor ad conciliandum matrimonium excitante; 3, 4.
2. Raptoris patre, a Jacobo Dinam pro filio uxorem postulante, et mutua connubia offerente. 6, 8-10.

4°. Tractatio hac super re habita,

1. Sichemo, præter dotem et munera, quaslibet conditiones spondente; 11, 12.
2. Fratribus Dinæ, circumcisionem Sichimitarum velut præcipuam conditionem exigentibus; 13-16.
3. Hemor et Sichem conditionem acceptantibus; 17.
4. Sichimitis ad Sichemi orationem persuasis et circumcisionem subeuntibus. 18-24.

5°. Tetrum facinus secutum,

1. Contra datam fidem, Simeone ac Levi Sichimitas occidentibus; 25, 26.
2. Contra humanitatem et justitiam, reliquis Jacobi filiis urbem diripientibus; 27-29.
3. Contra justam patris increpationem, illis proterve respondentibus. 30, 31.

II. Commoratio et casus jucundi in Bethel.

1°. Migratio ex Sichimis suscepta,

1. Deo mutationem loci et solutionem voti in Bethel imperante; *cap.* XXXV, *v.* 1.
2. Jacobo obediente et familiam ab idolis purgante; 2-4.
3. Civitatibus vicinis, ne abeuntem læderent, a Deo prohibitis. 5.

2°. Statio in Bethel
1. A Jacob, adducto secum populo, fixa; 6.
2. Altari erecto et nomine imposito consecrata; 7.
3. Quercu, Deboræ hic mortuæ, sepulchrali, grati animi ergo, insignita. 8,

3°. Favor præstitus a Deo,
1. Apparente hic et benedicente; 9.
2. Nomen Jacobi in Israel mutante; 10.
3. Amplitudinem posteritati addicente; 11.
4. Terram Chanaan utrique promittente. 12.

4°. Honor redditus a Jacobo,
1. Recessum Dei observante; 13.
2. Monumentum solemnius erigente et dedicante; 14.
3. Appellationem loci renovante; 15.

## III. Commoratio et casus tristis in Bethlehem et Mambre.

1°. Iter in Bethlehem,
1. Susceptum verno tempore; 16.
2. Retardatum partu Benjamini difficili; 17.
3. Funestatum morte Rachelis; 18, 19.
4. Notatum monumento ejusdem funebri. 20.

2°. Habitatio ibidem
1. Posita ad turrim gregis; 21.
2. Fœdata incestu Rubeni cum Bala. 22.

3°. Translatio sedis in Mambre,
1. Ad Isaaci adhuc viventis solatium; 27.
2. Ad senis, ultra patrem grandævi, levamentum. 28.
3. Ad mortui placidissime, Esau adjutore, celebrandas exequias. 29.

### * Catalogus filiorum Jacob. 23-26.

### * Catalogus familiæ Esau et imperantium in Idumæa.

1°. Familia Esau,
1. Complexa uxores tres et filios quinque natos in Chanaan; *cap.* XXXVI, *v.* 1-5.
2. Translata in Idumæam, fratris et commodæ stationis causa; 6-8.
3. Aucta ibidem nepotibus decem. 9-14.

2°. Dignitas Imperantium in Idumæa.
1. Patriarchalis penes filios tres et nepotes decem ex familia Esau; 15-19.
2. Principalis penes filios septem Seir Horræi, cujus filia, nepotes et neptes una recensentur; 20-30.
3. Regia penes octo viros, stirpe diversos, notis distinctos, antecessoribus mortuis succedentes; 31-39.
4. Ducalis penes undecim Esau posteros, per provinciam divisos. 40-43.

**IV. Commoratio in Hebron et casus detestabiles Odollæ.**

1°. Statio Jacobi Chananæa in Hebron. *cap.* XXXVII, *v.* 1, 14.

2°. Matrimonium Judæ,

1. Initum cum Chananæa; *cap.* XXXVIII, *v.* 1, 2.
2. Fœcundum trium filiorum. 3-5.

3°. Facta filiorum Judæ :

1. Her primogeniti conjugium cum Thamar, mores pessimi, mors divinitus illata; 6, 7.
2. Onan secundo geniti cum eadem ex jussu paterno matrimonium, opus detestabile, ultio hinc a Deo secuta; 8-10.
3. Selæ tertio genito conjux eadem a patre viduo promissa simulato, non data. 11, 12.

4°. Incestus nurus :

1. Meditatio sceleris a Thamar, speciem meretricis induta; 13, 14.
2. Postulatio fornicaria Judæ, postulatione mercedis retardata; 15, 16.
3. Pactum de mercede constitutum, arrhabo datus, facinus patratum. 17. 18.

5°. Conceptus incestus,

1. A Thamar dissimulatus; 19.
2. A Juda, mercede missa, incassum indagatus; 20-23.
3. Quasi fornicarius in Thamar proditus, et hinc vindictæ a Juda destinatus; 24.
4. Prolato arrhabone detectus, et Judæ confesso imputatus. 25, 26.

2°. Partus geminorum,

1. In enixu, quoad prærogativam, variantium; 27, 28.
2. Alterius, a nativitatis ordine, vocati Phares; 29.
3. Alterius, a nativitatis molimine, appellati Zara. 30.

## SECTIO IV.

### HISTORIA JOSEPHI SOLA.

### § I. CASUS VITÆ PRIVATÆ.

**I°. *Vexatio a fratribus :***

**I. Odium fratrum adversus Josephum,**

1°. Excitatum singillatim ex facinore aliquorum fratrum delato ad patrem. *cap.* XXXVII, *v.* 2.

2°. Natum universim ex præcipuo Jacobi erga Josephum amore; 3. 4.

3°. Auctum ex somnio Josephi de manipulis narrato, ægerrime a fratribus audito; 5-8.

4°. Exacerbatum ex altera somnii de cœli luminaribus narratione, cum patris offensa et fratrum livore accepta. 9-11.

**II. Machinatio mortis contra eumdem, cujus**

1°. Occasionem offert adventus Josephi,

1. Ad fratres a Jacobo suorum sollicito missi ; 12-14.
2. Post errorem in agro et perquisitionem appulsi. 15-17.
2°. Consilium ineunt fratres, somniorum memores et illusores ; 18-20.
3°. Executionem suspendit Rubeni molliora suadentis oratio ; 21-22.
4°. Genus mutat immersio Josephi nudati in cisternam, 23, 24.

III. Mors ejusdem in servitutem mutata,

1°. Juda, ad fortuitum Ismaelitarum transitum, consilium mitius Josephum vendendi proponente ; 25-27.
2°. Fratribus, ex consilio dato, viginti argenteis Josephum vendentibus ; 28.
3°. Rubeno, facti nescio, et hinc Josephum velut mortuum lugente ; 29, 30.
4°. Jacobo per filiorum commentum de morte Josephi persuaso, et gravissime contristato ; 31-35.
5°. Negotiatoribus, Josephum in Ægyptum traductum Putiphari vendentibus. 36.

II°. *Probatio ab Heris :*

I. Benevola a Putiphare,

1°. Agnoscente Josephi virtutem et agendi felicitatem ; *cap.* XXXIX, *v.* 1-3.
2°. Præficiente eumdem universæ domui ; 4.
3°. Experto rerum suarum prosperitatem et illius abstinentiam. 5, 6.

II. Maligna a Putipharis uxore,

1°. Sollicitante ad libidinem Josephum, opposito hominum Deique timore recusantem ; 7-9.
2°. Repetente sæpius eamdem tentationem, sed incassum ; 10.
3°. Inferente vim, sed frustratam ; 11, 12.
4°. Malitiose hinc criminante Josephum,
1. Apud domesticos ; 13-15.
2. Apud maritum. 16-18.

III. Pœnalis a Putiphare,

1°. Uxori nimis credulo ; 19.
2°. Josephum carceri regio includente. 20.

IV. Mitigata a præfecto carceris,

1°. Divinitus in Josephi favorem conciliato ; 21.
2°. Curam omnium, etiam captivorum, eidem committente. 12, 23.

III°. *Æstimatio a vinculorum sociis.*

I. Socii vinculorum, pincerna et pistor Regis Ægypti,

1°. Lapsi in aliquem muneris defectum ; *cap.* XL, *v.* 1.
2°. Damnati a Rege ad carcerem ; 2, 3.
3°. Custoditi a Josepho. 4.

II. Æstimationis occasio,

1°. Somnium a sociis ambobus visum ; 5.
2°. Tristitia de ignorato somniorum sensu ; 6.
3°. Spes a Josepho facta de sensus expositione. 7, 8.

III. Æstimationis meritum,

1°. Somnium pincernæ, exhibens vitis racemos, uvas et usum; 9-11.
2°. Interpretatio, restitutionem post triduum prædicens, data a Josepho, 12, 13.
1. Memoriam sui et pro se intercessionem postulante; 14.
2. Originem suam et innocentiam exponente. 15.
3°. Somnium pistoris, exhibens canistros farinæ et panis, cum avibus voracibus; 16, 17.
4°. Solutio ejusdem, suspendium eventurum prænuntians. 18, 19.

IV. Æstimationis conciliatio ex eventu post triduum secuto, 20.
1°. Pincernæ fausto; 21.
2°. Pistori funesto; 22.
3°. Josepho non utili, ob pincernæ oblivionem. 23.

## § II. PHÆNOMENA VITÆ PUBLICÆ.

I°. *Ingressus Josephi in aulam regiam* :

I. Præparatus
1°. Per Regis somnium;
1. Alterum de vaccis bis septem; *cap.* XLI, *v.* 1-4.
2. Alterum de spicis totidem. 5-7.
2°. Per interpretationem, frustra a suis exspectatam. 8.

II. Procuratus per orationem pincernæ referentis
1°. Somnium olim a se et pistore habitum; 9-11.
2°. Utrumque a Josepho expositum; 12, 13.
3°. Idem eventu probatum. 13.

III. Imperatus a Rege, et a servis effectui datus. 14.

II°. *Aditus ad Regis gratiam*,

I. Stratus utrinque :
1°. Rege conceptam de Josepho æstimationem declarante; 15.
2°. Josepho modestam honoris significationem reddente. 16.

II. Apertus a Rege, candida enarratione
1°. Somni prioris; 17-21.
2°. Somni posterioris. 22-24.

III. Captatus a Josepho, data somniorum expositione,
1°. Circa unam amborum significationem; 25-27.
2°. Circa eventuum ordinem et successionem; 28-31.
3°. Circa geminationis rationem. 32.

IV. Ampliatus, adjecta consilii suggestione,
1°. De constituendo provisore; 33, 34.
2°. De reservanda abundantiæ portione; 34-36.

III°. *Ascensus ad Proregis gloriam*,

I. Probatus Pharaoni et ministrorum concilio; 37, 38.
II. Oblatus cum sapientiæ eminentis elogio; 39, 40.
III. Collatus assignato loco et cultu splendido; 41, 42.

IV. Promulgatus coram universo populo ; 43.
V. Confirmatus dato imperio, et mutato nominis titulo. 44, 45.

IV°. *Profectus ad multorum commodum*,
I. Curatus prævie,
1°. Contractis cum Aseneth nuptiis; 45.
2°. Constitutis per Ægyptum lustratam granariis. 46.
II. Usurpatus provide,
1°. Reposito in horreis superfluo; 47, 48.
2°. Abunde concesso per septem annos necessario. 49.
III. Memoratus prospere,
1°. Natis Josepho duobus filiis ad familiæ gaudium; 50.
2°. Impositis utrique nominibus, ad felicitatis indicium. 51, 52.
IV. Ordinatus sobrie,
1°. Sub sterilitatis initium, Ægyptiis viventibus de residuo; 53, 54.
2°. Sub progressum, remissis ad curam Josephi; 55.
3°. Sub incrementum, iisdem panem ementibus, exteris quoque ad emendum admissis. 56, 57.

## SECTIO V.

### HISTORIA JOSEPHI ET JACOBI CONJUNCTA.

#### § I. ACTIO DRAMATICA JOSEPHI CUM FRATRIBUS.

I°. *Protasis.*
I. Profectio fratrum in Ægyptum,
1°. Imperata a Jacobo; *cap.* XLII, *v.* 1, 2.
2°. Suscepta ab omnibus, Benjamino excepto; 3, 4.
3°. Directa ad emendas fruges, famis causa. 5.
II. Accessus ad Proregem,
1°. A fratribus cum reverentia captus; 6.
2°. A Prorege cum asperitate exceptus; 7.
3°. Hoc fratres agnoscente, illis fratrem haud noscentibus, varius et distinctus. 8.
III. Inquisitionis species,
1°. Objecta criminatione contra fratres, velut exploratores et proditores Ægypti; 9, 12, 14.
2°. Opposita ab his defensione et familiæ suæ recensione; 10, 11, 13.
3°. Postulata defensionis probatione, per adducendum Benjaminum facienda; 15, 16.
4°. Triduana omnium retentione in carcere. 17.
IV. Dimissio
1°. Sub conditionibus præscriptis :

1. Ut uno obside manente, ceteri cum frumento domum pergant; 18, 19.
2. Ut reduces, adducto secum Benjamino, veridicos se probent. 20.

2°. Sub variis affectibus secutis :

1. Fratrum quidem, criminis contra Josephum patrati reminiscentium, et has angustias facinoris illius ultrices agnoscentium; 21, 22.
2. Josephi autem, illos inter se collocutos intelligentis, et præ teneritudine clam lacrymantis. 23, 24.

3°. Sub conditione primaria Simeonis retenti impleta; et præter cibos, pretio frugum saccis frumentariis clanculum incluso. 25.

V. Reditus

1°. Quiete susceptus; 26.
2°. Cum aliqua turbatione ob inventam in unius sacco pecuniam promotus; 27, 28.
3°. Feliciter per adventum ad patrem finitus. 29.

II°. *Diastrophe.*

I. Narratio reversorum, Jacobo exponens

1°. Causam tractatam cum Prorege; 30-32.
2°. Conditionem ab eodem postulatam. 33, 34.

II. Perturbatio eorumdem, orta

1°. Ex pecunia in omnium sarcinis reperta; 35.
2°. Ex dolore patris, ad auditam conditionem lamentantis; 36.
3°. Ex obfirmato Jacobi, etiam contra Rubeni vadimonium, animo Benjaminum non dimittendi. 37, 38.

III. Lucta filiorum cum patre :

1°. Jacobo, consumpta penu et durante fame, alteram profectionem imperante; *cap.* XLIII, *v.* 1, 2.
2°. Juda sociam Benjamini profectionem necessariam proponente; 3-5.
3°. Patre pactum id ad suam ægrimoniam factum regerente; 6.
4°. Filiis omnibus contra excipientibus; 7.
5°. Juda caput etiam suum oppignorante, et maturationem itineris urgente. 8-10.

IV. Sententia Jacobi,

1°. Decernens abitum, additis donis et relatis pretiis; 11, 12.
2°. Concedens Benjamini comitatum; 13.
3°. Adjiciens pium pro felici expeditione votum. 14.

III°. *Epitasis.*

I. Adventus Israelitarum in Ægypto alter, et honoratior, ad Josephi mandatum, exceptio; 15-17.

II. Sollicitudo eorumdem,

1°. Suspicionem mali ex hoc honore concipiens; 18.
2°. Excusationem de pecunia reperta, cum oblatione novi pretii, referens; 19-23.

3°. Cautionem optimam ab œconomo, et benevolum cum donis accessum a Josepho obtinens. 24-27.

III. Congressus Proregis cum iisdem

1°. Amicus,

1. Ex habito de rebus domesticis colloquio; 28.
2. Ex tenero amoris erga Benjaminum sensu. 29, 30.

2°. Munificus,

1. Parato in aula convivio; 31.
2. Cibis a Prorege convivante submissis. 32, 33.

3°. Distinctus favore præcipuo erga Benjaminum. 34.

IV. Stropha adornata,

1°. Prorege œconomum jubente

1. Ut, præter frumentum et pretium redituris omnibus redditum, sacco junioris includat scyphum suum argenteum; *cap.* XLIV, *v.* 1, 2.
2. Ut eos jam digressos insectetur, et de furto velut ingratos reprehendat. 3-5.

2°. Œconomo exequente, qui

1. Assecutus digressos jam et profectos criminatur; 6.
2. Negantibus facinus, et, ex ignorantiæ confidentia, reum reperiendum ad pœnam offerentibus, addicit; 7-10.
3. Excussis sarcinis et reperto apud Benjaminum scypho, omnes vehementer consternatos ac redeuntes comitatur. 11-13.

IV°. *Catastrophe.*

I. Deprecatio fratrum coram Prorege:

1°. Cœpta, omnium in terram abjectione; 14.
2°. Excepta a Prorege, vibrante sceleris exprobratione; 15.
3°. Proposita a Juda per confessionem culpæ, et oblatione sui suorumque ad pœnam servitute obeundam; 16.
4°. Rejecta a Prorege, pœnam a reo duntaxat exigente et admittente; 17.
5°. Tentata rursus a Juda, facultatem iterum et uberius loquendi postulante. 18.

II. Oratio Judæ ad Proregem intermedia:

1°. Revocans in memoriam

1. Inquisitionem a Prorege sub primum adventum de familia institutam; 19, 20.
2. Mandatum ab eodem de adducendo Benjamino datum. 21, 22.

2°. Enarrans

1. Obedientiam, mandato ad patrem delato, præstitam; 24-26.
2. Summam patris difficultatem in dimittendo Benjamino, ex priore fratris uterini amissione ortam. 27-29.

3°. Exponens

1. Mortem patris ex Benjamini dilectissimi absentia certo secuturam; 30, 31.
2. Vadimonium a se, pro reducendo Benjamino, patri præstitum. 32.

4°. Offerens se in mancipium,

1. Pro obtinenda Benjamino libertate redeundi; 33.
2. Pro avertenda patris calamitate. 34.

III. Agnitio :

1°. Apparatus
1. Egressu Ægyptiorum e convivali aula imperato; *cap.* XLV, *v.* 1.
2. Fletu, cum voce foris personante, elevato. 2.

2°. Manifestatio Josephi,
1. Nomen suum prodentis, cum stupore fratrum; 3.
2. Idem repetentis, et propius accedere jussis se fratrem olim venditum indicantis. 4.

3°. Solatium pavidis datum,
1. Venditione sua divinæ providentiæ adscripta; 5.
2. Dispositione adventus sui ad ipsorum salutem indicata; 6, 7.
3. Ascensu suo ad honores, ex eodem consilio et fine, constituto. 8.

4°. Nuntium ad patrem commendatum
1. De referenda sua dignitate; 9.
2. De accersendo Patre cum familia; 10.
3. De capiendo per reliquos famis annos subsidio; 11.
4. De urgenda invitationis, e sincero animo profectæ, executione. 12, 13.

5°. Amplexus cum fletu oblatus
1. Benjamino, mutuum reddenti; 14.
2. Reliquis fratribus, tum primum respondere ausis. 15.

IV. Consectaria :

1°. Interventus Pharaonis,
1. Cum aula accurrentis et gratulantis; 16.
2. Offerentis Jacobo ac familiæ habitationem cum alimentis; 17, 18.
3. Imperantis Josepho, ut advectionem patris acceleret. 19, 20.

2°. Discessus fratrum,
1. Paratus curribus regiis; 21.
2. Ornatus donis amplissimis; 22, 23.
3. Instructus monitis; 24.
4. Confectus lætis itineribus. 25.

3°. Affectus patris ad faustum de Josepho nuntium,
1. Primum quasi e somno evigilantis, nec adhuc credentis; 26.
2. Tum vitam velut colligentis et respirantis; 27.
3. Tandem solatio abundantis et jam nil, nisi filii aspectum exoptantis. 28.

## § II. PROVIDENTIA JOSEPHI PRO FAMILIA ET REGNO.

### 1°. *Transmigratio Jacobi in Ægyptum, adjunctis notis illustrata.*

I. Sub initium itineris notantur

1°. Sacrificium a Jacobo ad Bersabeæ puteum juramenti immolatum; *cap.* XLVI, *v.* 1.

2°. Visio eidem per somnium oblata; 2.

3°. Oraculum divinitus datum de sorte et morte ipsius quieta in Ægypto. 3, 4.

II. Sub progressum

1°. Describitur universim apparatus et comitatus. 5-8.

2°. Recensentur singulatim filii et nepotes :

1. Nati ex Lia triginta tres; 9-15.
2. Nati ex Zelpha sexdecim; 16-18.
3. Nati ex Rachele quatuordecim; 19-22.
4. Nati ex Bala septem. 23-25.

3°. Colliguntur summatim, pro vario computu, jam sexaginta sex, jam septuaginta. 26, 27.

III. Sub finem exhibetur Judas, missus ad Josephum nuntius de Jacobi adventu. 28.

II°. *Exceptio Jacobi et familiæ ibidem.*

I. Occursus Josephi,

1°. Patrem amplexantis, et mutuos patris amplexus cum voto accipientis; 29, 30.

2°. Fratres et familiam edocentis, quod Pharaoni adventum et conditionem nuntiaturus præcedat; 31, 32.

3°. Eosdem instituentis, quid loqui et petere debeant. 33, 34.

II. Colloquium Pharaonis,

1°. Josepho internuncio, concessum quinque fratribus; *cap.* XLVII, *v.* 1, 2.

2°. Institutum quæstione et responsione, circa vitæ conditionem et adventus rationem versantibus; 3, 4.

3°. Interpolatum mandato Regis, Josepho curam hujus familiæ optimam committentis; 5, 6.

4°. Introducente Josepho, resumptum cum Jacobo, de vitæ annis interrogato, respondente et fausta precante. 7-10.

III. Sustentatio familiæ curata,

1°. Sedibus in terra Gessen concessis; 11.

2°. Alimentis ibidem subministratis. 12.

III°. *Dispensatio rerum, sub necessitatis tempora, Josepho moderante,*

I. Fructuosa fisco :

1°. Derivatis in illum pecuniis; 14.

2°. Adjunctis anno altero pecoribus. 15-17.

II. Opportuna firmando Regis dominio, agris et hominibus in servitutem regiam datis. 18-21.

III. Honorifica sacerdotio, cui, præter immunitatem, regia liberalitas alimenta donavit. 22.

IV. Intenta populari commodo et regali stabilimento; dum quinta reddituum parte in canonem data, proventus reliquus cum agrorum proprietate colonis restabat. 23-26.

### § III. SUPREMA JACOBI.

I°. *Cura de sepulchro.*

I. Opportunitas ad curam,

1°. Otium vitæ et abundantia; 27.

2°. Ætas ad annos 147 provecta. 28.

II. Exercitium ejus,

1°. Edito Jacobi postulato, ut sepeliatur, non in Ægypto, sed in tumulo patrum; 29.

2°. Dato Josephi promisso de explendo postulato. 30.

III. Effectus ejusdem, Jacobi quietus animus, ex addito Josephi jurejurando natus. 31.

II°. *Gratitudo erga Josephum*

I. Exhibita per Ephraim et Manassis adoptionem in filios proprios. Hujus

1°. Occasio, ægrotatio Jacobi, et Josephi cum his filiis officiosus aditus; *cap.* XLVIII, *v.* 1, 2.

2°. Exordium, commemoratio oraculi in Bethel, possessionem Chananitidis polliciti; 3, 4.

3°. Actio, declaratio distinguens hos duos ab aliis forsan adhuc nascituris; 5, 6.

4°. Causa movens, memoria solatium datura de Rachelis obitu. 7.

II. Amplificata per benedictionem iisdem datam: cujus

1°. Ansa capta ex conspectu filiorum præsentium,

1. A Jacobo ob oculorum caliginem minus distinctorum; 8.

2. A Josepho pro suis declaratorum. 9.

2°. Præparatio facta

1. Per osculum et amplexum illis datum et gaudium patris; 10, 11.

2. Per dispositionem a Josepho ordinatam, applicato ad Jacobi sinistram Ephraimo, ad dextram Manasse; 12, 13.

3. Per decussatam manuum supra horum capita impositionem a Jacobo factam. 14.

4°. Precatio pronuntiata:

1. Repetita beneficiorum acceptorum memoria; 15.

2. Addito benedictionis et multiplicationis voto. 16.

III. Illustrata per adjectam prophetiam; cujus

1°. Materiam subministravit conatus Josephi, manus patris impositas aliter ordinare volentis; 17, 18.

2°. Instinctum divinum prodidit constantia patris, hoc ritu minorem majori præferendum edicentis; 19.

3°. Argumentum edidit benedictio, votum et ordo statutus a Jacobo. 20.

IV. Directe terminata ad Josephum,

1°. Per promissam Dei tutelam et Chananææ possessionem; 21.

2°. Per datam supra reliquos singularem possessionis portionem. 22.

III°. *Actio valedicentis.*

I. Convocatio filiorum ad suprema patris vaticinia. *cap.* XLIX, *v.* 1, 2.

II. Effata prophetica, quibus singuli ex ordine futuram sortem sibi propriam edocentur : et quidem

1°. Ruben,

1. Præcellentiam sibi a nativitate convenientem; 3.
2. Eamdem ob incestum cum Bala diminutam. 4.

2°. Simeon et Levi simul juncti,

1. Commissam in Sichimitas perfidiam et crudelitatem detestandam; 5, 6.
2. Pœnam facinori infligendam dispersione inter fratres. 7.

3°. Judas,

1. Laudem a fratribus, victoriam de hostibus, homagium ab omnibus ferendum; 8.
2. Victricem fortitudinem et formidandam; 9.
3. Dignitatem regiam et ducalem usque ad Christi adventum; 10 (1).
4. Fertilitatem terræ et abundantiam. 11, 12.

4°. Zabulon, felicem e commercio navali proventum. 13.

5°. Issachar, contentam suis et facile obnoxiam aliis quietem. 14, 15.

6°. Dan,

1. Æqualitatem cum aliis in imperio; 16.
2. Eminentiam in rebus astu gerendis; 17.
3. Participationem salutis a Christo. 18.

7°. Gad, bella pro fratribus et se gerenda. 19.

8°. Aser, fœcunditatem terræ et præstantiam. 20.

9°. Nephtali, libertatis curam et eloquentiæ suavitatem. 21.

1°. Joseph,

1. Fœcunditatem in duas tribus diffundendam; 22.

(1) Cf. *de illo celeberrimo Jacobi vaticinio*, S. JUSTIN. *Dial. cum Tryph.* n. 52 et 120. necnon *Apol.* 1ª. n. 32, S. IRENÆUM *contr. Hæres.* lib. IV, c. X, n. 2, S. HIPPOLYTUM *Episc. et Mart. de Christo et anti-Christo.* n. 8. et seqq. (Galland, tom. II, pag. 420), TERTULLIANUM *adv. Marcion.* lib. IV. c. XL. NOVATIANUM *de Trinit.* c. IX. (Galland, tom. III, pag. 293). ORIGENEM *de Principiis* lib. IV. n. 3 (opp. tom. I, pag. 159), *Contr Celsum* lib. I. n. 53. (*Ibid.* pag. 368), *in Genes.* hom. XVII. n. 5 et seqq. (opp. tom. II, pag. 107). *in Matth.* tom. X. n. 24 (opp. tom. III. pag. 469), S. CYPRIANUM *Epist.* LXIII. *ad Cæcil.* n. 6., ARCHELAUM *Disput. cum Manete.* n. 45. (Galland. tom. III, pag. 598), EUSEBIUM *Cæsariensem Demonstr. Evang.* lib. I, pag. 7, lib. III, pag. 95, et lib. VIII, pag. 560, 566 et seqq. S. VICTORINUM *Petavionensem Schol. in cap.* V. *Apocal.* (Galland, tom. IV, pag 56), S. ATHANASIUM *de Incarnat. Verbi Dei.* n. 40 (opp tom. I, part. 1ª. pag. 65, edit. Venetæ ann. 1777), *Serm. in Ramos Palmarum* (Galland, tom. V, pag. 236), TITUM *Bostrensem serm. in Ramos Palmarum* n. 6. (Galland, tom. V, pag. 354), S. BASILIUM *Epist.* CCXXXVI. n. 5 (opp. tom. III, pag. 365), S. EPHREM *in Gen.* c. XLIX (opp. Syr. Lat. tom. I, pag. 107, 108), S. CYRILLUM *Hierosol. Catech.* XII, n. 17. S. AMBROSIUM *de Benedict. XII. Patriarch.* c. IV (opp. tom. I, part. 1ª. pag. 518. seqq.), S. PAULINUM *Mediolan. de Benedict. Patriarch.* c. III (Galland, tom. IX, pag. 36), S. JOANNEM CHRYSOST. *Orat. contr. Judæos et Gentiles*, n. 3 (opp. tom. I, pag. 561, C.) *et in Genesim homil.* LXVII, n. 2 (opp tom IV, pag. 657), S. AUGUSTINUM *contr. Faustum*, lib. XII, c. XLII, *et de Civit. Dei.* lib. XVI. c. XLI, THEODORETUM *quæst.* 110 *in Genes.* (opp. tom. I, pag. 72), S. CYRILLUM *Alexand. Glaphyr. in Genes.* lib, VI (opp. tom. I, pag. 220) *et contra Julianum* lib. VIII (opp tom. VI, pag. 257), S. LEONEM *Serm. de Epiphan.* V, c. II. S. PETRUM CHRYSOLOGUM *Serm.* CLVI. etc., etc. (Edit.)

2. Fortunam et fortitudinem bellicam ; 23, 24.
3. Exuberantiam benedictionum. 25, 26.

11°. Benjamin, fortitudinem rapacem. 27.

III. Benedictio his vaticiniis adjecta. 28.

IV°. *Funebria.*

I. Præceptum de suo funere in speluncam duplicem inferendo repetitum. 29, 31.

II. Mors placida in lecto secuta. 32.

III. Justa mortualia :

1°. Luctus Josephi et imperata unctio cadaveris ; *cap.* L, *v.* 12.
2°. Planctus Ægyptiorum solemnis ;
3°. Venia deferendi funus in Chananitidem a Rege per Josephum impetrata ; 4-6.
4°. Pompa funeris, exequiæ et sepultura. 7-13.

## § IV. SUPREMA JOSEPHI.

I°. *Proxima post mortem patris.*

I. Reditus cum funeris comitibus in Ægyptum. 14.

II. Supplicatio pro remissione injuriarum

1°. Concepta a fratribus, ultionem commissi a se olim facinoris timentibus ; 15.
2°. Proposita per legatos, eamdem petitionem a Jacobo morituro commendatam referentes ; 16, 17.
3°. Repetita coram a fratribus, in servos se Josepho offerentibus. 18.

III. Indulgentia Josephi,

1°. Timorem fratrum abstergentis et Dei providentiam venerantis ; 19.
2°. Venditionem suam ad suum honorem et fratrum aliorumque salutem a Deo conversam prædicantis ; 20.
2°. Subsidia omnia addicentis et solatium præsens ac lenitatem præbentis. 21.

II°. *Reliqua ad finem usque.*

I. Ætas annorum vitæ centum ac decem, et familia ex utroque filio propagata ; 22.

II. Prædictio de reductione gentis Hebrææ in terram promissam divinitus præstanda ; 23.

III. Postulatio sub jurejurando obligata, de suis ossibus per reduces in eamdem deferendis ; 24.

IV. Obitus et temporaria uncti cadaveris depositio in Ægypto. 25.

# LIBER EXODI.

IMPERII FORMA PRO POPULO A DEO ELECTO CONSTITUTA.

## PARS I.

DESTINATIO POPULI A DEO ELECTI IN GENTEM A RELIQUIS DISCRETAM ET SINGULAREM.

### SECTIO I.

PRÆPARATIO AD DISCRETIONEM.

§ I. PRÆPARATIO NEGATIVA, QUÆ STAT IN POPULI OPPRESSIONE.

I°. *Exordium narrationis fit*, breviter repetendo

I. Historiam ingressus Jacobi cum filiis in Ægyptum; *cap.* I, *v.* 1-5.

II. Memoriam de morte Josephi ac fratrum. 6.

II°. *Adjectio historica* interseri hic potest ex *Lib.* I. *Paralip. cap.* VII. *v.* 21-23, ubi notatur

I. Clades Ephraimitarum, in Philistæam invectorum, a Gethæis accepta; 21.

II. Luctus Ephraim inde conceptus, et ad Beriæ nativitatem nomine imposito notatus. 22, 23.

III°. *Narratio ipsa describit oppressionem.* Hujus

I. Occasio

1°. Ex parte Hebræorum, multiplicatio gentis; 7.

2°. Ex parte Ægyptiorum, Rex novus et Josephi obliteratio. 8.

II. Consilium pseudopoliticum

1°. Ratione causæ moventis; 9.

2°. Ratione modi. 10.

III. Initium per impositam servitutem operum,

1°. Ad commodum Regis; 11.

2°. Ad malignitatem Ægyptiorum; 12, 13.

3°. Ad perditionem Hebræorum. 14.

**IV. Progressus per machinationem mortis, infantibus Hebræis opera obstetricum inferendæ. Ubi occurrit**

1°. Ex parte Regis,
  1. Mandati propositio; 15, 16.
  2. De ejusdem neglectu expostulatio. 18.
2°. Ex parte obstetricum,
  1. Justa mandati violatio; 17.
  2. Mendax facti excusatio. 19.
3°. Ex parte Dei,
  1. Data benedictio obstetricantium operi et parturientium fœcunditati; 20.
  2. Concessa obstetricibus amplificatio familiæ et fortunæ. 21.

**V. Extremum per imperatam masculorum Hebræorum nasciturorum projectionem in flumen. 22.**

## § II. PRÆPARATIO POSITIVA, QUÆ STAT IN MOYSIS CONSERVATIONE.

### I°. *Conservatio Moysis in infantia.*

I. Periculum Moysis dignoscitur
  1°. Ex nativitate, decretum a Rege editum secuta; *cap.* II, *v.* 1, 2.
  2°. Ex trimestri ejusdem occultatione; 2.
  3°. Ex necessaria demum in carecto Nili expositione. 3.

II. Conservationis adjumenta:
  1°. Soror Moysis ad observandum eventum subornata; 4.
  2°. Filia Pharaonis Moysen in fiscella fluctuantem intuita et miserta; 5, 6.
  3°. Mater Moysis a sorore sub nutricis titulo oblata. 7.

III. Conservationis ratio:
  1°. Cura nutriendi Moysis, a Pharaonis filia demandata, a matre suscepta; 8, 9.
  2°. Adoptio Moysis in filium filiæ Pharaonis, et nominis impositio. 10.

### II°. *Conservatio Moysis in juventute.*

I. Periculum
  1°. Formatum per Ægyptii occisionem a Moyse, ad suos transgresso, patratam. 11, 12.
  2°. Auctum per objectationem hujus facinoris ab Hebræo altercante factam; 13, 14.
  3°. Exasperatum per famam hujus rei ad Pharaonem delatam. 14, 15.

II. Conservatio per fugam a Moyse in Madian captam. 15.

### III°. *Conservatio Moysis in virili ætate.*

I. Conservationis occasio,
  1°. Ex parte Moysis, officium filiabus Raguelis contra pastores præstitum; 16, 17.
  2°. Ex parte harum filiarum, commendatio hujus officii apud patrem; 18, 19.

3°. Ex parte Raguelis, invitatio ad hospitium. 20.

II. Conservatio,

1°. Cœpta et stabilita per Moysis contubernium et matrimonium cum Sephora Raguelis filia; 21.

2°. Consignata per prolium generationem et appellationem. 22, 23.

§ III. PRÆPARATIO PROXIMA, QUÆ STAT IN MOYSIS LEGATIONE.

I°. *Introductio ad legationem conferendam.*

I. Occasio,

1°. Ex parte Hebræorum, afflictio ingravescens, et deprecatio instantior; 24.

2°. Ex parte Dei, memoria fœderis cum Abraham, et miserantis affectus; 25, 26.

3°. Ex parte Moysis, officium pastoris et loci solitudo; *cap.* III, *v.* 1.

II. Apparatus,

1°. Per mirum ostentum rubi ardentis, non consumpti; 2.

2°. Per studium Moysis hoc spectaculum inspiciendi propius; 3.

3°. Per alloquium Dei, Moysen compellantis, et pro reverentiæ signo depositionem calceorum jubentis; 4, 5.

4°. Per præsentiam Dei, tum se manifestantis, tum a Moyse cum veneratione agniti. 6.

III. Declaratio, qua Deus exponit

1°. Propositum liberandi populum ex servitute Ægyptiaca, et educendi in terram promissam; 7-9.

2°. Consilium et decretum de mittendo ad Pharaonem Moyse, pro liberatione populi promovenda. 10.

II°. *Transactio, de legatione suscipienda, per dialogos confecta.*

I. Dialogus primus, in quo

1°. Moyses causatur humilitatem suam et ineptitudinem; 11.

2°. Deus spondet auxilium, provocat ad signum, prædicit eventum. 12.

II. Dialogus secundus, in quo

1°. Moyses prætexit difficultatem fidei apud Hebræos obtinendæ, ob incognitum mittentis characterem; 13.

2°. Deus, data characteris sui notione et præscripta sermonis habendi formula initiali, 14, 15.

Instruit Moysen,

1. Quid dicendum et promittendum Hebræorum senioribus; 16, 17.
2. Quid significandum et postulandum a Pharaone; 18.
3. Quid eventurum Pharaoni, nonnisi per piagas ad libertatem concedendam adigendo; 19, 20.
4. Quid Hebræis sub abitum ab Ægyptiis tribuendum. 21, 22.

III. Dialogus tertius, in quo

1°. Moyses obtendit, Hebræos fidem sibi et apparitionem factam negaturos; *cap.* IV, *v.* 1.

2°. Deus ad diluendum dubium, Moysen, tanquam triplici divinæ missionis testimonio, confirmat triplici miraculo,

1. Baculi in serpentem mutati, rursusque in virgam restituti; 2-5.
2. Manus lepra infectæ, iterum integræ; 6-8.
3. Aquæ in sanguinem mutandæ. 9.

IV. Dialogus quartus, in quo

1°. Moyses tergiversatur, causatus defectum eloquentiæ et hæsitationem linguæ; 10.

2°. Deus reponit facultatis suæ potentiam et facundiæ promissionem. 11, 12.

V. Dialogus quintus, in quo

1°. Moyses deprecatur munus, nulla ratione adjecta. 13.

2°. Deus iratus

1. Assignat Aaronem legationis socium et sermonis interpretem; 14-16.
2. Jubet assumi baculum portentorum operatorem futurum. 17.

III°. *Compositio pro legatione obeunda.*

I. Sub discessum ex Madian, Moyses

1°. Dimissionem a Jethro rogat et impetrat; 18.

2°. Edocetur a Deo mortem omnium, sibi olim in Ægypto infensorum; 19,

3°. Assumptis in viæ comites uxore et filiis, munitus thaumaturgo baculo, ingreditur iter in Ægyptum. 20.

II. Sub iter cœptum, occurrit

1°. Dei oraculum, monens Moysen ad executionem faciendorum et dicendorum Pharaoni; 21-23.

2°. Angeli invadentis comminatio, nec nisi post circumcisionem filii a Sephora factam placatio; 24-26.

3°. Aaronis a Deo excitati occursus, et cum eo gestorum et gerendorum communicatio. 27, 28.

III. Sub adventum in Ægyptum, seniores Hebræorum

1°. Congregantur ad Moysis et Aaronis vocationem; 29.

2°. Instruuntur, Aarone loquente et Moyse operante, de Dei consilio; 30.

3°. Dant fidem legato et gratias Deo liberatori. 31.

## SECTIO II.

### LEGATIO MOYSIS PRO LIBERATIONE HEBRÆORUM.

### § I. LEGATIONIS INITIA.

I°. *Congressus Moysis cum Pharaone.*

I. Colloquium, in quo

1°. Moyses proponit postulatum, de populo ad sacrificandum dimittendo; *cap.* V, *v.* 1.

2°. Pharao, cum contemptu legantis, negat petitum ; 2.
3°. Moyses instat et urget prius; 3.
4°. Pharao reprehendit Moysen et Aaronem. 4.

II. Consilium Pharaonis,
1°. De continendis Hebræis agitatum, 5.
2°. De eorumdem oneribus aggravandis, et laboribus geminandis decretum; 6-9.
3°. A præfectis et exactoribus promulgatum. 10, 11.

III. Effectus hinc secuti:
1°. Exactorum severior instantia; 12-14.
2°. Hebræorum deprecationes ad Pharaonem delatæ, sed repudiatæ; 15-18.
3°. Eorum quiritationes in Moysen et Aaronem conjectæ. 19-21.

II°. *Collatio Moysis cum Deo.*

I. Prior, in qua
1°. Deferuntur a Moyse querelæ, ob successum legationis adversum; 22, 23.
2°. Redditur a Deo responsum, certam liberationem promittens, *cap.* VI, *v.* 1, 2.
1. Interposito Dei nomine, nunc primum manifestato; 3.
2. Memorato fœdere olim inito; 4.
3. Excitata ad populi clamorem misericordia et fidelitate; 5.
3°. Additur mandatum de eodem nuntio ad populum ferendo; 6-8.
4°. Subnectitur Moysis ad populum relatio, et negata ab hoc fides. 9.

II. Posterior, in qua
1°. Datur a Deo mandatum, ad Pharaonem deferendum; 10, 11.
2°. Reponitur a Moyse excusatio, refragationem Hebræorum et propriam impotentiam prætexens; 12.
3°. Urgetur a Deo denuntiatio, populo et Regi facienda; 13.
* Interpolatur narratio,
1. Inserta genealogia prima Rubeni et Simeonis, ac ulteriore Levi et Aaronis; 14-25.
2. Addita muneris Moysi et Aaroni commissi commemoratione; 26-28.
3. Repetita superiori Moysis excusatione, ad priorem Dei jussionem; 29, 30.

III. Subjicitur, a Deo declarata uberius,
1°. Ratio dignitatis ac muneris ab utroque fratre exercendi. *Cap.* VII, *v.* 2.
2°. Series successus, primo obduratione retardandi, tandem vi et plagis extorquendi; 3-5.

III°. *Regressus Moysis ad Pharaonem,*

I. Notatus a Moysis et Aaronis obedientia, et adscripta utriusque ætate; 6, 7.

II. Præmunitus divina monitione, de assumenda virga pro signo primo patrando; 8, 9.

III. Institutus, edito virgæ in colubrum mutatæ portento; 10.

IV. Frustratus,

1°. Obtento per magicam artem spectaculo quoad formam simili, quoad vires inferiori; 11, 12.

2°. Secuta Pharaonis obduratione et inobedientia. 13.

§ II. LEGATIONIS FREQUENTATIO CONJUNCTA CUM PLAGIS INFLICTIS.

I°. *Legatio conjuncta cum plaga aquarum in sanguinem conversarum.*

I. Mandatum : Deus Moysi

1°. Imperat, ob induratiomem Pharaonis, obvium se ei cum virga sistere ad ripam fluminis; 14, 15.

2°. Præscribit, repetere postulatum, et minari aquarum in sanguinem conversionem; 16-18.

3°. Designat modum exequendi has minas, Aaronis opera et virgæ usu. 19.

II. Executio facta ad Dei præscriptum. 20.

III. Eventus

1°. Secutus in piscium interitu, aquis putredine corruptis, et in sanguinem per totum Ægyptum versis; 21.

2°. Oppositus a magis simile tentantibus, et Pharaone animum obdurante; 22, 23.

3°. Laboriosus pro Ægyptiis, ad puteos fodiendos coactis, ob plagam septiduo durantem. 24, 25.

II°. *Legatio conjuncta cum plaga ranarum.*

I. Mandatum : Deus Moysi imperat,

1°. Repetere postulatum; *cap.* VIII, *v.* 1.

2°. Pharaoni renuenti minari et exponere ranarum plagam, secundum omnes circumstantias; 2-4.

3°. Aaroni præscribere extensionem virgæ, et prædicere effectum secuturum. 5.

II. Executio facta ab Aarone, et nacta effectum. 6.

III. Eventus variat

1°. In imitatione effectus a magis facta; 7.

2°. In aversione plagæ,

1. A Pharaone petita; 8.
2. A Moyse condicta in crastinum; 9-11.
3. Ab eodem precibus ad Deum fusis impetrata; 12-14.

3°. In reditu Pharaonis ad obdurationem; 15.

III°. *Legatio conjuncta cum plagis ciniphum.*

I. Mandatum a Deo Moysi datum, ab Aarone conficiendum. 16.

II. Executio facta, et successus e pulvere terræ ciniphes producens. 17.

III. Eventus :

1°. Magorum

1. Imitatio portenti incassum tentata ; 18.

2. Confessio potentiam Dei haud imitabilem agnosceus; 19.

2°. Pharaonis pervicax obstinatio ; 19.

IV°. *Legatio conjuncta cum plaga muscarum.*

I. Mandatum, quo Deus Moysen jubet

1°. Accedere Pharaonem, et repetere postulatum ; 20.

2°. Minari Ægyptiis muscas, parcituras Hebræis ; 21, 22.

3°. Denuntiare pro executionis tempore diem crastinum. 23.

II. Executio minarum a Deo omnimode posita. 24.

III. Eventus :

1°. Transactio tentata,

1. Pharaone sacrificium in Ægypto faciendum offerente ; 25.

2. Moyse, illud cum discessu in solitudinem faciendi, facultatem exigente; 26, 27.

3. Pharaone discessum non tamen longinquum permittente ; 28.

2°. Intercessio pro tollenda plaga

1. Rogata a Pharaone ; 28.

2. Promissa et interposita a Moyse; 29, 30.

3. Exaudita cum effectu a Deo ; 31.

3°. Perfidia Pharaonis ad ingenium redeuntis ; 32.

V°. *Legatio conjuncta cum plaga pestis pecorum.*

I. Mandatum, quo iterum jubetur Moyses

1°. Adire Pharaonem cum postulato iterato; *cap.* IX, *v.* 1.

2°. In casu inobedientiæ intentare pestem pecoribus Ægyptiorum, salvis Hebræorum armentis futuris; 2-4.

3°. Indicere diem crastinum pro executione; 5.

II. Executio sequitur secundum minas et exceptionem. 6.

III. Eventus, examine facto probatus, et tamen cum obstinatione exceptus; 7.

VI°. *Legatio conjuncta cum plaga ulcerum.*

I. Mandatum Moysen jubens, projecto in aera cinere, minari ulcerum eruptionem spargendam per homines et jumenta. 8, 9.

II. Executio mandati et effectus, etiam ipsos magos exulcerans. 10, 11.

III. Eventus, obduratio Pharaonis continuata. 12.

VII°. *Legatio conjuncta cum plaga grandinis.*

I. Mandatum, quo Deus Moysen jubet

1°. Repetere postulatum, minarique magnam plagam ; 13-15.

2°. Objurgare pertinaciam Pharaonis; 16, 17.
3°. Monere de grandine cras futura, consilioque de ea declinanda adjecto. 18, 19.

II. Executio
1°. Consilii ab aliis adhibiti, ab aliis neglecti; 20, 21.
2°. Mandati, a Moyse ad præscriptum modum facti, et effectu comprobati. 22-24.

III. Eventus
1°. Ex parte subditorum, damnum Ægyptiorum, immunitas Hebræorum; 25, 26.
2°. Ex parte Pharaonis, confessio peccati, rogatio precum interponendarum, promissa dimissio; 27, 28.
3°. Ex parte Moysis, promissio deprecationis, prædictio fructus haud exspectandi; 29, 30.
4°. Ex parte frugum, strages hordei et lini, indemnitas tritici et farris;
5°. Ex parte promissorum, a Moyse preces factæ et beneficium obtentum; a Pharaone omissa obedientia et auctum peccatum. 33-35.

VIII°. *Legatio conjuncta cum plaga locustarum.*

I. Præcedentia plagam :
1°. Mandatum de adeundo Pharaone datum Moysi, et expositio finis in regia obduratione considerandi adjecta. *Cap.* x. *v.* 1, 2.
2°. Oratio Moysis ad Pharaonem
1. Increpantis pertinaciam; 3.
2. Denuntiantis plagam, secundum tempus, modum et damnum propositum; 4, 5.
3. Recedentis, et otium ad deliberandum indulgentis. 6.
3°. Consultatio Pharaonis
1. Cœpta cum suis, dimissionem Hebræorum suadentibus; 7.
2. Producta cum Moyse et Aarone, iter pro omni populo cum pecude postulantibus; 8, 9.
3. Terminata cum rejectione postulati et expulsione postulantium. 10, 11.

II. Comitantia plagam :
1°. Jussio divina, præscribens modum evocandi locustas, ad absumendas fruges residuas; 12.
2°. Executio Moysis, et venti urentis accessus; 13.
3°. Locustarum appulsus, multitudo et voracitas. 14, 15.

III. Sequentia plagam :
1°. Deprecatio Pharaonis, peccatum confitentis, intercessionem rogantis, plagæ amolitionem exorantis; 16, 17,
2°. Supplicatio Moysis, a Deo ventum occidentalem, omnes ad unum locustas in mare deportantem, obtinentis; 18, 19.
3°. Obstinatio Pharaonis Hebræos nondum dimittentis. 20.

IX°. *Legatio conjuncta cum plaga tenebrarum.*

I. Mandatum Dei protensionem manus in cœlum Moysi præs-

scribentis, ad tenebras universæ Ægypto inducendas. 21.

II. Executio mandati et positio effectus, per triduum durantis, et, exceptis Hebræis, visum ac motum omnium prohibentis. 22, 23.

III. Eventus :

1°. Compositio frustra tentata, Pharaone abitum, sed sine pecoribus, concedente, Moyse eorumdem abductionem exigente; 24-26.

2°. Indignatio Pharaonis facultatem negantis, Moysi discessum ex aula imperantis, et reditum sub mortis pœna prohibentis; 27, 28.

3°. Addictio Moysis nunquam se videndum spondentis. 29.

§ III. LEGATIONUM FINIS POSTREMA PLAGA OBTENTUS.

I°. *Prosecutio prioris eventus.*

Post datum regi nuntium, Moyses

I. Abiturus accipit a Deo

1°. Oraculum de plaga postrema; *cap.* XI, *v.* 1.

2°. Mandatum Hebræis denuntiandum, de postulandis vasis pretiosis ab Ægyptiis; 2.

3°. Prænuntium de futuro hujus postulati successu. 3.

* Adnotatur auctoritas Moysis, tanquam ratio sive hujus successus, sive confidentioris sermonis sequentis. 3.

II. Restitans denuntiat

1°. Primogenitorum Ægyptiorum cædem, noctu divinitus cdendam; 4, 5.

2°. Oriturum hinc omnium luctum insolitum; 6.

3°. Futuram Hebræorum ab hac plaga indemnitatem; 7.

4°. Secuturam Ægyptiorum obtestationem, pro egressu Hebræorum accelerando. 8.

III. Discedens indignationem secum defert. 9.

* Observatur hic, fuisse

1°. Prædictam a Deo Pharaonis obdurationem et signorum multitudinem; 9.

2°. Impletam prædictionem opera Moysis et Aaronis, tum obstinatione Pharaonis. 10.

II°. *Apparatus ad immunitatem et liberationem Hebræorum*,

I. Designatus a Deo, Moysen et Aaronem instruente: *cap.* XII, *v.* 1.

1°. De mense, a quo anni initium posthac ducendum; 2.

2°. De ritu singularis solemnitatis observando

1. Per sufficientem convivarum numerum; 3, 4.

2. Per agnum, certo die delectum, certis dotibus ornatum, certa vespera mactatum; 3, 5, 6.

3. Per illius sanguinem postibus domorum illitum; 7.
4. Per modum in comestione agni definitum; 8-10.
5. Per habitum manducantium præscriptum. 11.

3°. De cæde primogenitorum Ægyptiorum, immunitate autem Hebræorum, sub hanc noctem divinitus facienda. 12, 13.

4°. De memoria hujus beneficii perpetuo conservanda,

1. Per solemnitatem annuam institutam; 14.
2. Per usum azymi integro septiduo, sub pœna exterminii, præceptam; 15.
3. Per diem primum et septimum hujus hebdomadis festum constitutum; 16.
4. Per initium hujus festi determinatum et legem de accuratissima azymi observantia repetitam. 17-20.

II. Promulgatus a Moyse, congregatis senioribus proponente

1°. Mandatum de agno immolando et postibus sanguine tingendis; 21, 22.

2°. Cautionem de mansione intra ædes ob Angeli percussoris transitum; 22, 23.

3°. Legem de iterando quotannis hoc ritu solemni; 23.

4°. Instructionem posteris, causam hujus ritus flagitantibus, dandam. 25-27.

III. Acceptatus et opere completus ab Hebræis. 26, 28.

III°. *Plaga postrema*,

I. Inflicta sub noctis medium ab Angelo, omnes omnino Ægyptiorum primogenitos interimente. 29.

II. Excepta cum luctu gravissimo universæ Ægypti. 30.

IV°. *Scopus et finis obtentus :*

I. Pharaone discessum cum omnibus divitiis et sacrificium largiente, sibi etiam benedictionem postulante. 31, 32.

II. Ægyptiis ex metu mortis, Hebræos ad properatum exitum urgentibus. 33.

III. Hebræis sub abitum

1°. Massam panis necdum fermentatam secum deferentibus; 34.

2°. Vasa pretiosa ab Ægyptiis, ex Dei præcepto, commodata postulantibus; 35.

3°. His, Dei favore obtentis, Ægyptum spoliantibus. 36.

# SECTIO III.

## SEPARATIO FACTA PER TRANSMIGRATIONEM LIBERAM HEBRÆORUM AD LOCUM PRÆSTITUTUM.

### § I. DISCESSUS DE ÆGYPTO.

I°. *Ingressus itineris,*

I. Descriptus ab adjunctis :

1°. Secundum viæ terminos, erat a Ramesses in Soccoth ; 37.

2°. Secundum proficiscentium numerum et comitatum, constabat 600,000 viris, præter innumeram fœminarum, parvulorum, peregrinorum et pecudum multitudinem ; 37, 38.

3°. Secundum annonam, definiebatur azymis panibus ; 39.

4°. Secundum tempus, computatur a præterito, et commendatur observandum pro futuro. 40-42.

II. Illustratus Dei apparitionibus :

1°. Altera innovante legem Paschatis,

1. Excludentem peregrinos, nisi circumcisos ; 43-45.

2. Definientem comestionis locum, cibi integritatem et comedentium universitatem ; 46, 47.

3. Admittentem sub certis conditionibus indigenas et colonos externos. 48, 49.

* Adjicitur per repetitionem

1. Contestata Moysi et Aaroni fides, et obedientia Hebræorum ad hanc legem ; 50.

2. Suscepta ab iisdem profectio. 51.

2°. Altera prædicente legem de sanctificandis Deo primogenitis ; *cap.* XIII, *v.* 1, 2.

III. Interpolatus Moysis allocutionibus :

1°. Altera, circa Paschatis legem,

1. Commendante memoriam beneficii, usum azymi, et notationem mensis ; 3, 4.

2. Præscribente celebrationem annuam, definitis loco, tempore et pane ; 5-7.

3. Addente expositionem posteris dandam, memoriam retinendam, et cultum observandum. 8-10.

2°. Altera, circa primogenitorum ritum,

1. Determinante observationis initium ; 11.

2. Discernente consecrationis ritum et modum ; 12, 13.

3. Suggerente instructionem, sciscitantibus de ritu dandam ; 14, 15.

4. Urgente perpetuam vivamque memoriam. 16.

II°. *Continuatio profectionis :*

I. Secundata prosperis,

1°. Ratione viæ, quæ ad hostes declinandos dirigitur per desertum; 17, 18.

2°. Ratione ominis, quod habebatur ex delatis simul ossibus Josephi, eventum vaticinati; 19.

3°. Ratione successus, quo ex Soccoth in Ethan appulsi, jam stabant ad limites deserti; 20.

4°. Ratione ducis, quem Dei Angelus, in columna nubis et ignis spectabilis, toto peregrinationis tempore agebat. 21, 22.

II. Sollicitata adversis imminentibus:

1°. Ex occasione Dei,

1. Reditum aliquem et stativa ad maris ripam imperantis; *cap.* XIV, *v.* 1, 2.

2. Pharaonem hinc malignum prævidentis et castigare statuentis. 3, 4.

2°. Ex facinore Pharaonis,

1. De data discedendi facultate dolentis; 5.

2. Expeditionem ad opprimendos Hebræos apparantis; 6. 7.

3. Eosdem insectantis, et, positis in Phihahiroth castris, concludentis. 8, 9.

§ II. EXCESSUS EX ÆGYPTO.

I°. ***Transitus per mare rubrum.***

I. Prævia ad iter:

1°. Ex parte populi, ad Pharaonis conspectum

1. Timor cum recursu ad Deum; 10.

2. Contentio cum Moyse. 11, 12.

2°. Ex parte Moysis,

1. Excitatio ad timorem deponendum, et spem habendam; 13.

2. Promissio divini auxilii, pro quiescentibus pugnaturi. 14.

3°. Ex parte Dei, ad Moysis preces

1. Mandatum de resumendo itinere; 15.

2. Instructio de dividendo per virgam extensam mari et hujus transitu; 16.

3. Prædictio de gloria divina ex Ægyptiis Hebræos insectaturis capienda. 17, 18.

II. Ingressus in mare

1°. Paratus,

1. Angelo in columna, se inter Hebræos et Ægyptios collocante; 19, 20.

2. Moyse virgam supra mare extendente, et vento divinitus immisso aquas dividente, et fundum exsiccante. 21.

2°. Tentatus

1. Ab Hebræis, vadum siccum et aquas ad latera instar muri suspensas expertis; 22.

2. Ab Ægyptiis cum toto exercitu insectantibus. 23.

III. Iter per mare, Ægyptiis funestum,

1°. Angelo sub vigiliam matutinam illos oppugnante, turbante et in fugam conjiciente; 24, 25.

2°. Moyse ad Angeli jussum virgam extendente, ad reditum aquarum efficiendum; 26, 27.

3°. Aquis reversis et Ægyptios ad unum omnes opprimentibus. 27, 28.

IV. Egressus Hebræorum ex mari,

1°. Completus continuato aquarum suspensarum miraculo; 29.

2°. Conjunctus cum plena ab Ægyptiis liberatione; 30.

3°. Coronatus conceptis, ex interitu Ægyptiorum spectato, timore Dei, ac fide in eumdem ac Moysen etiam aucta. 31.

II°. *Cantica laudis et gratitudinis ob transitum maris.*

I. Canticum Moysis et Israelitarum,

1°. Propositio : Laudandus Deus,

1. Ob Ægyptiorum submersionem; *cap.* XV, *v.* 1.

2. Ob Hebræorum conservationem. 2.

2°. Expositio factorum contra Ægyptios: Deo scilicet

1. Tanquam valido pugnatore totum Pharaonis exercitum aquis delente; 3-5.

2. Tanquam fortissimo adversario inimicam gentem exscindente; 6, 7.

3. Tanquam aptissimo machinatore, consilia hostium implacabilium velut inanissima facile evertente; 8-10.

3°. Collectio celebrans perfectiones divinas in hoc opere relucentes; 11, 12.

4°. Expositio factorum pro Israelitis:

1. Deo misericordiam et fortitudinem operato; 13.

2. Hostibus frustra dolore, terrore et stupore affectis. 14, 15.

5°. Prædictio futurorum:

1. De imminentibus itineris turbatoribus frænandis; 16.

2. De viatoribus in terram promissam ducendis, ibique conservandis. 17, 18.

6°. Conclusio repetens diversa Ægyptiorum et Hebræorum in maris transitu fata. 19.

II. Canticum Mariæ et mulierum, choros agentium, repetens primam cantici prioris stropham. 20, 21.

## § III. RECESSUS AB ÆGYPTO.

I°. *Tres stationes extra Ægyptum, cum factis ibidem.*

I. Statio in Mara :

1°. Iter illuc per desertum Sin susceptum, triduo continuatum, aquæ penuria molestum; 22.

2°. Difficultas ibidem ex aquis amaris orta, querelarum contra Moysen causa; 23, 24.

3°. Remedium hanc difficultatem tollendi divinitus suggestum; 25.

4°. Finis hujus difficultatis a Deo expositus, obedientia sub immunitatis ab Ægyptiorum morbis promisso commendata. 26.

II. Statio in Elim, abundans fontibus, distincta palmis, libera a querelis. 27.

III. Statio in deserto Sin,

1°. Descripta a locorum vicinia et tempore adventus; *cap.* XVI, *v.* 1.

2°. Notata a murmure Hebræorum contra Moysen, ob conceptum ex commeatu absumpto timorem mortis. 2, 3.

II°. *Narratio de manna dato et sabbato instituto.*

I. Apparatus ad utrumque:

1°. Deus promittit alimoniam, certo tempore capiendam; 4, 5.

2°. Moyses promulgat populo promissum; 6-8.

3°. Aaron actis comitiis insinuat promulgatum. 9.

II. Exhibitio beneficii:

1°. Deo gloriam coram universis exerente, et tempus pro carne et panibus dandis definiente; 10-12.

2°. Opere ipso sequente, copia scilicet coturnicum sub vesperum allapsa, et mannæ granulis sub auroram in terræ superficie, rore contecta, inventis; 13, 14.

3°. Moyse ad populi admirationem usum mannæ ac mensuram exponente; 15, 16.

4°. Populo veritatem dicti per experientiam edocto. 17, 18.

III. Dispositio circa beneficium:

1°. Præceptum de mannæ reliquiis in crastinum non servandis datum, a quibusdam sine fructu neglectum; 19, 20.

2°. Monitum de eodem mane et certa mensura colligendo per experimentum confirmatum; 21.

3°. Factum populi, die sexta duplicem mensuram capientis a Moyse probatum. 22.

IV. Constitutum de sabbato,

1°. Explicans, diem septimum Deo sanctificandum requie, ideoque omnia prævie paranda; 23.

2°. Docens effectu mannæ a putredine in sabbato servati, omissionem operæ haud noxiam; 24.

3°. Enarrans beneficia diei septimæ et officia sextæ. 25, 26.

V. Observatio sabbati,

1°. A quibusdam violata; 27.

2°. A Deo, præmissa istorum reprehensione, per Moysen iterum mandata; 28, 29.

3°. A populo fideliter præstita. 30.

VI. Memoria beneficii conservata,

1°. Per inditum mannæ nomen, et adjectam figuræ, coloris et saporis notionem; 31.

2°. Per portionem ejusdem aliquam, ad seponendum olim in tabernaculo, assumptam et servatam; 32-34.

3°. Per quotidianum illius usum, quadraginta annis continuatum; 35.

4°. Per capacitatem mensuræ Gomor indicatam. 36.

### III°. *Facta in statione Raphidim, contermina monti Horeb.*

I. Defectus aquæ in hac statione, *cap.* XVII, *v* 1.

1°. Moleste toleratus a populo, hinc murmurante et rixante cum Moyse; 2, 3.

2°. Relatus a Moyse ad Deum; 4.

3°. Sublatus, Deo imperante percussionem petræ Horeb virga thaumaturga, Moyse mandatum exequente; 5, 6.

4°. Consignatus memoriæ, nomine a tentatione facta imposito. 7.

II. Prælium cum Amalecitis.

1°. Instructio prælii

1. Amalecitis extrema Hebræorum agmina infestantibus; 8.
2. Hebræis selectam aciem opponentibus, dato in ducem Josue, et supra montem cum Aaron et Hur preces fundente Moyse. 9, 10,

2°. Fortuna prælii

1. Pendula, ex Moysis manibus, jam levatis, jam demissis; 11.
2. Sustentata, supposito Moysi lapide, et manibus ejus ab Aarone et Hur sustentatis; 12.
3. Decisa, Amalecitis a Josue in fugam conjectis. 13.

3°. Consectaria prælii:

1. Lex ultionis contra Amalecitas jussu Dei libro inscripta; 14.
2. Altare in memoriam Deo victoriæ datori erectum; 15.
3. Præsagium contra Amalecitas militare editum. 16.

III. Jethro Moysen invisens.

1°. Causa invisendi, rumor de rebus a Moyse gestis auditus, *cap.* XVIII, *v.* 1.

2°. Comitatus, uxorem Moysis et filios recensitos complexus; 2-4.

3°. Adventus per nuncium significatus, occursu Moysis honoratus. 5-7.

4°. Colloquium mutuum:

1. Moyse sua et populi facta narrante; 8.
2. Jethro hinc lætante, Deumque benedicente et extollente; 9-11.

5°. Convivium ex Jethro sacrificio celebratum. 12.

IV. Consilium ejusdem circa rempublicam a Moyse administrandam,

1°. Conceptum ex observata nimia multitudine negotiorum a Moyse tractandorum; 13-16.

2°. Propositum Moysi,

1. Ostensis modi in gubernando hactenus usurpati incommodis; 17, 18.
2. Indicatis, quæ Moysi soli curanda, negotiis sacris et præcipuis; 19, 20.
3. Designatis judicum inferiorum deligendorum qualitatibus et officiis; 21, 22.
4. Additis de approbatione Dei hominumque obtinenda promissis. 22.

3°. Acceptatum a Moyse et præstitum,

1. Delectu magistratuum facto; 24, 25.
2. Judiciorum parte iisdem concredita. 26.

V. Discessus Jethro et reditus in patriam. 27.

# PARS II.

## COMPOSITIO POPULI A DEO ELECTI IN REMPUBLICAM THEOCRATICAM.

—

## SECTIO I.

### INSTITUTIO REIPUBLICÆ THEOCRATICÆ PER FŒDERIS PACTIONEM.

#### § I. PRÆMISSÆ AD FŒDUS CONCILIANDUM NEGOTIATIONES.

I°. *Negotiationum adjuncta :*

I. Tempus, initium mensis tertii ab egressu ex Ægypto; *cap.* XIX, *v.* 1.

II. Locus, desertum Sinai proximum et oppositum monti cognomini. 2.

II°. *Negotiatio prior :*

I. Colloquium Dei cum Moyse in montem progresso, proponentis

1°. Mandatum de internuntio ad Hebræos agendo; 3.

2°. Memoriam beneficiorum illis præstitorum; 4.

3°. Promissionem assumendi cum privilegiis in statum theocraticum populi, sub conditione servandi ab Hebræis pacti. 5, 6.

II. Communicatio oraculi cum populo a Moyse facta. 7.

III. Acceptatio et consensus populi. 8.

III° *Negotiatio altera :*

I. Relatio responsi per Moysen ad Deum. 8.

II. Declaratio ulterior Dei, Moysi exponentis

1°. Consilium de sermone ad ipsum, populo audiente, deinceps habendo; 9.

2°. Præceptum deferendum populo,

1. De purificatione per biduum, et apparatu in diem tertium faciendis; 10, 11.

2. De ascensu in montem, et proximo etiam accessu, sub pœna mortis cavendo. 12, 13.

III. Executio Moysis, utrumque in populo curantis. 14, 15.

IV°. *Negotiatio posterior :*

I. Apparatus ad comitia die tertio mane constituta;

1°. Ex parte Dei, datur signum tonitruis, fulguribus et clangoribus; 16.

2°. Ex parte populi, relictis castris fit accessus ad radices montis; 17.

3°. Ex parte adjunctorum, mons igne ardet et fumat, sonitus buccinæ invalescit. 18, 19.

II. Ordinatio eorumdem distinctior,

1°. Præscripta Moysi a Deo, prohibitionem de ascensu montis repetente; 20-22.

2°. Sollicitata aliquo Moysis dubio, sed amplius a Deo declarata; 23, 24.

3°. Denuntiata populo a Moyse. 25.

§ II. CONDITIONES FŒDERIS A DEO PRÆSCRIPTÆ ET PER PRÆCEPTORUM AC MONITORUM SYLLOGEN DECLARATÆ.

I°. *Præcepta universo populo audiente promulgata.*

I. Promulgatio

1°. Facta ab ipso Deo; *cap.* XX, *v.* 1.

2°. Initiata commemoratis beneficiis. 2.

II. Præcepta spectantia ad amorem Dei:

1°. De diis alienis non habendis, nec sculptili faciendo et colendo; adjectis pro diverso eventu pœnis vel præmiis; 3-6.

2°. De nomine Domini non profanando; 7.

3°. De sanctificatione sabbati, uberius explicata. 8-11.

III. Præcepta pertinentia ad amorem proximi:

1°. De honore parentibus præstando; 12.

2°. De cavenda læsione vitæ, pudicitiæ, facultatum et famæ proximi; 13-16.

3°. De cohibenda omni prava concupiscentia. 17.

II°. *Præcepta Moysi seorsim indicata.*

I. Ratio mutatæ promulgationis:

1°. Populus, ob terrorem ex promulgationis majestate conceptum retrogressus, postulat Moysen interpretem præcipiendorum a Deo; 18, 19.

2°. Moyses metum populi abstergere conatus, obsecutus tamen voluntati, ad alloquium Dei solus ascendit; 20, 21,

3°. Deus a se dicenda Moysi commendat deferre ad populum. 22.

* Catalogus et series præceptorum concernentium varia officia, et quidem

II. Officia sacra:

1°. De non faciendis idolis argenteis vel aureis; 23.

2°. De altari ad cultum Dei faciendo,

1. Vel ex humo congesta; 24.

2. Vel ex lapide, non tamen secto; 25.

3. Utrinque sine gradibus conscendendo. 26.

III. Officia herilia:

1°. De servis Hebræis,

1. Certo tempore et modo manumittendis; *cap.* XXI, *v.* 1-4.

2. Solemniter, si dimitti noluerint, mancipandis. 5, 6.

2°. De ancillis Hebræis,
1. Melius habendis, sive innuptæ manserint, sive domino nuptæ dein displicuerint; 7, 8.
2. Ingenue tractandis, si filio domini nupserint, aut ab hoc dein neglectæ fuerint. 9-11.

## IV. Officia forensia,

1°. Circa crimina læsionum :
1. In homicidas; 12-14.
2. In filios parentibus injurios; 15, 16.
3. In plagiarios; 17.
4. In transgressos à rixis ad læsionem, sive rixanti sive rixantis conjugi gravidæ illatam; 18, 19. 22-25.
5. In percussores servorum vel ancillarum; 20, 21. 26, 27.
6. In possessorem bovis cornupetæ; 28-32. 35, 36.
7. In dominum cisternæ non opertæ. 33, 34.
2°. Circa crimina furtorum : *cap.* XXII.
1. In fures pecorum ; 1, 3, 4.
2. In effractores nocturnos et diurnos; 2, 3.
3. In agrorum vel pastu vel igne devastatores. 5, 6.
4. In depositarios negligentes; 7-9.
5. In casum perditæ rei ad custodiam commissæ; 10-13.
6. In similem casum rei commodatæ. 14, 15.
3°. Circa crimina violatæ pudicitiæ :
1. In defloratores virginum; 16, 17.
2. In incantatores; 18.
3. In bestiarios, et idololatras, tanquam fornicatores spirituales. 19, 20.

## V. Officia politica,

1°. Potentiorum erga egenos :
1. De peregrinis, viduis et pupillis non opprimendis; 21-24.
2. De mutua pecunia, sine usuris danda, sine exactione repetenda; 25.
3. De pignore necessario pauperibus tempestive reddendo. 26, 27.
2°. Inferiorum erga superiores :
1. De magistratu calumniis aut maledictis non inhonorando; 28.
2. De Deo tanquam reipublicæ Domino, primitiis hominum et animalium sine mora honorando; 29, 30.
3. De eodem per abstinentiam a morticino, puritatis æmulatione colendo. 31.
3°. Superiorum et æqualium erga alios :
1. De falso testimonio nec accipiendo; nec edendo; *cap.* XXIII, *v.* 1.
2. De sententia ex aliorum arbitrio non ferenda; 2.
3. De personarum acceptione tam pro, quam contra pauperes vitanda; 3, 6.
4. De officiositate etiam hostibus præstanda; 4, 5.
5. De innocuis non damnandis, nec peregrinis in foro opprimendis. 7, 9.

6. De muneribus in judicio non accipiendis. 8.

VI. Officia Ecclesiastica :

1°. De sabbatis tum annorum, tum dierum ; 10-12.

2°. De observantia legis et fuga idololatriæ ; 13.

3°. De trino per annum festorum cultu, et masculorum coram Deo conventu. 14, 17.

4°. De celebrandis festis

1. Paschatis, per azymorum observantiam, munerum oblationem, et agni consumptionem ; 15, 18.

2. Pentecostes et tabernaculorum, per primitiarum oblationem, et cautionem a singulari superstitione. 16, 19.

III°. *Monita Israelitis peregrinantibus observanda.*

I. In profectione, dux itineris Angelus

1°. Promissus ad viæ custodiam et terræ ingressum ; 20.

2°. Audiendus, ut Dominus, timendus, ut vindex ; 21.

3°. Rite observatus, erit tutor in via et introductor in terram promissam. 22, 23.

II. In ingressu,

1°. Cultus idolorum vitandus, quin et destruendus ; 24.

2°. Religio veri Dei colenda. 25.

3°. Sub hac conditione promittitur a Deo

1. Cura pro victu et immunitas a morbo ; 25.

2. Fœcunditas familiæ et longævitas vitæ ; 26.

3. Hostium fuga et præcedens clades. 27, 28.

III. In occupatione

1°. Non festinandum, quia in Hebræorum commodum sensim fiet ; 29, 30.

2°. Non timendum, quia erit amplissima, Deo hostes inquilinos vel tradente vel fugante. 31.

IV. In possessione,

1° Fœdus nec cum antiquis incolis, nec cum eorum diis ineundum ; 32.

2°. Statio iisdem ibidem neganda. 33.

§ III. SANCTIO FŒDERIS.

I°. *Proxime præparata :*

I. Deo auctores fœderis deligente, eorumque stationes ordinante ; *cap.* XXIV, *v.* 1, 2.

II. Moyse ordinata a Domino proponente, et populo acceptante ; 3.

III. Scripto per eumdem hactenus factorum libro, erecto altari, et positis duodecim titulis seu columnis ; 4.

IV. Oblatis per delectos juvenes holocaustis et immolatis in victimas pacificas duodecim vitulis. 5.

II°. *Solemniter peracta*,

I. Sanguine victimarum, partim in crateres, partim ad altare effuso; 6.

II. Volumine fœderis a Moyse prælecto, et adstipulatione a populo data; 7.

III. Aspersione sanguinis super populum facta, et declarata per hanc fœderis sanctione; 8.

IV. Accessu delectorum ad montem, et designatam stationem; 9.

V. Gloria Dei ab his solis conspecta. 10, 11.

III°. *Confirmanda tabulis publicis*,

Ad quas accipiendas Moyses

I. Evocatur a Deo in montem; 12.

II. Relictis sub dispositione facta actoribus, ascendit; 13, 14.

III. Offendit montem nubibus et gloria Dei repletum, moratus ibidem sex diebus; 15, 16.

IV. Evocatus die septimo ad montis verticem igneum, et progressus, quadraginta diebus ibidem perdurat. 17, 18.

## SECTIO II.

### ORDINATIO REIPUBLICÆ THEOCRATICÆ PER DATAS SANCTUARII ET SACERDOTII IDEAS.

#### § I. IDEA SANCTUARII.

I°. *Secundum partes constituentes*; quales sunt

I. Materia in omnem rem sacram impendenda; *cap.* XXV. *v.* 1-9.

II. Arca fœderis secundum omnes partes descripta; 10-22.

III. Mensa pro ponendis panibus destinata; 23-30.

IV. Candelabrum aureum ex opposito mensæ ponendum. 31-40.

II°. *Secundum structuram propriam;* ad quam spectant

I. Aulæ, tholum conficientia; *cap.* XXVI. *v.* 1-6.

II. Tegumenta tholo insternenda; 7-14.

III. Asseres parietum vices obituri; 15-30.

IV. Vela totam ædem dividentia, et occludentia. 31-37.

III°. *Secundum adjuncta:* quorsum spectant

I. Altare holocautomatum, *cap.* XXVII, *v.* 1-8.

II. Atrium ambiens, 9-19.

III. Altare thymiamatis, *cap.* XXX. *v.* 1-10.
IV. Labrum ablutionis. *ibid.* 17-21.

IV° *Secundum utensilia;* quibus annumerantur
I. Pensio hemisicli pro sumptibus faciendis, *ibid.* 11-16.
II. Oleum unctionis, *ibid.* 22-33. et lucernarum *cap.* XXVII. *v.* 20, 21.
III. Thymiama, *cap.* XXX. *v.* 34-38.

§ II. IDEA SACERDOTII, PRO AARONE EJUSQUE FILIIS DESTINATI.

I°. *Secundum apparatum vestimentorum*, quæ
I. Spectantur universim ab artificibus, numero et materia eximia. *cap.* XXVIII. *v.* 1-5.
II. Recensentur Pontifici propria et singularia, qualia sunt
1°. Ephod, seu amiculum humerale. 6-14.
2°. Hoschen, seu pastorale. 15-30.
3°. Mehil, seu pallium aut tunica. 31-35.
4°. Mitznepheth, seu tiara cum lamina. 36-39.
III. Adduntur Pontifici et sacerdotibus communia. 40-43.

II°. *Secundum inaugurationis ritum;* ubi describitur
I. Apparatus rerum et personarum. *cap.* XXIX. *v.* 1-9.
II. Sacrificium pro peccato cum adjunctis; 10-14.
III. Holocaustum; 15-18.
IV. Hostia pacifica cum vario partium usu; 19-34.
V. Repetitio ceremoniæ; 35-37.

III°. *Secundum opus quotidianum, in jugi sacrificio,*
I. Ordinato quoad ritum; 38-42.
II. Commendato ob fructum; 43-46.

* Adjectio ad utramque ideam pertinens
I. Promissio et designatio artificis, socii, et adjutorum pro his operibus; *cap.* XXXI. *v.* 1-6.
II. Repetita enumeratio rerum ab his faciendarum; 7-11.
III. Commendatio observantiæ sabbati iterata; 12-17.
IV. Promissio tabularum Decalogi. 18.

## SECTIO III.

### STABILITAS REIPUBLICÆ THEOCRATICÆ VARIO MOTU RECIPROCANS.

#### § I. ADDUCTA IN DISCRIMEN.

I°. *Per apostasiam Hebræorum*,

I. Cœptam a populo, sibi ducem et deum alium postulante; *cap.* XXXII, *v.* 1.

II. Promotam ab Aarone, vitulum aureum ex inauribus conflante; 2-4.

III. Consummatum ab utroque, vitulum conflatum velut Deum colente. 4-6.

II°. *Per indignationem Dei*

I. Hoc scelus Moysi indicantis; 7, 8.

II. Consilium de alia œconomia proponentis; 9, 10.

III. Moysen, pro hoc avertendo perorantem, ægre demum exaudientis. 11-14.

III°. *Per judicium Moysis*, sub ipsum ex monte descensum, 15, 16.

I. Factum deprehendentis

1°. Procul ex auditu, 17, 18.

2°. Propius ex visu. 19.

II. Crimen detestantis,

1°. Confractione tabularum; 19.

2°. Destructione idoli. 20.

III. In factum inquirentis,

1°. Proposita Aaroni quæstione; 21.

2°. Audita illius narratione; 22-24.

3°. Inspecta populi conditione. 25.

IV. In crimen animadvertentis

1°. Immissis ultoribus, et occisis reis; 26-28.

2°. Additis ultioni laudibus, et ad pœnitentiam stimulis. 29, 30.

#### § II. CURATA PER MOYSIS INTERVENTUM.

I°. *Interventus cum Deo* :

I. Moyses confessus populi peccatum, postulat

1°. Vel donari eidem indulgentiam, 31.

2°. Vel deleri se e libro divino. 32.

II. Deus professus, pœnam nonnisi reo infligi, 33.

1°. Addicit quidem ducatum et protectionem; 34.

2°. Indicit vero pœnam pro demerito infligendam. 35.

II°. *Interventus cum populo et Deo :*

I. Deus Moysen allocutus

1°. Præcipit continuationem itineris; *cap.* XXXIII, *v.* 1.

2°. Promittit Angelum præcursorem; 2.

3°. Negat populo contumaci suum comitatum. 3.

II. Populus, audito hoc sermone,

1°. Contristatus luget; 4.

2°. Jussus deponit omnem ornatum; 5.

3°. Suspensus sortem suam expectat. 6.

III. Moyses Deo obsecutus

1°. Transfert tentorium publicum extra castra attonito populo; 7, 8.

2°. Conversatur ibidem cum Domino, præsentiam testante nubis columna, et adorante populo; 9, 10.

3°. Digressus subin pro negotiis, relinquit in eo Josuam sacri loci custodem. 11.

III°. *Interventus cum Deo repetitus:*

I. Sub hujus initium,

1°. Moyses, præcursore angelo promisso non contentus, postulat spectabilem ducem; 12, 13.

2°. Deus Angelum hunc spectabilem addicit. 14.

II. In ejus progressu,

1°. Moyses, ad prærogativam populo conservandam, petit Deum ipsum comitem; 15, 16.

2°. Deus se ipsum adfuturum spondet. 17.

III. Prope ejusdem finem,

1°. Moyses, successu animatus, optat Deum ipsum intueri; 18.

2°. Deus, Moysi indulgens,

1. Promittit quidem Moysi summam felicitatis congruæ, reipublicæ gloriam theocratiæ respondentem, populo misericordiam gratuito et pro voluntate impendendam; 19.
2. Sed negat visionem sui, utpote in hac vita impossibilem; 20.
3. Addicit tamen speciem sui gloriosam, sed ex parte minus fulgurante spectandam. 21-23.

§ III. ASSERTA PER FŒDERIS RENOVATIONEM.

I°. *Præcedentia hujus sunt,*

I. Datum Moysi mandatum

1°. Parandi tabulas confractis similes; *cap.* XXXIV, *v.* 1,

2°. Comparendi cras in monte Sinai; 2.

3°. Prohibendi aliis ascensum montis. 3.

II. Obedientia ejusdem cum tabulis paratis montem conscendentis; 4.

III. Descensus Dei sub nube ad Moysen; 5.

IV. Elogium attributa Dei enuntians; 6, 7.

V. Adoratio Moysis, directa ad Deum præsentem. 8.

II°. *Componentia:*

I. Propositio Moysis, veniam et theocratiam reparatam postulans; 9.

II. Responsio Dei, pactum et protectionem signis conspicuam promittens; 10.

III. Adjectio conditionis, observantiam mandatorum exigens; 11.

IV. Enumeratio præcepta jam data repetens

1°. De commercio cum Chananæis fugiendo; 12-17.

2°. De festis, primogenitis, sabbatis et primitiis rite observandis; 18-26.

V. Mandatum de pacto tabulis inscribendo datum et impletum. 27, 28.

III°. *Consequentia:*

I. Facies Moysis e monte descendentis resplendens, Principibus populi injicit timorem et reverentiam; 29, 30.

II. Sermo ejusdem revocat timidos, et reddit jam animatis mandata Dei; 31, 32.

III. Idem postea agens cum populo, velamen faciei splendenti ac cornutæ imponit; agens cum Deo caret velamine. 33-35.

## SECTIO IV.

### INTEGRITAS REIPUBLICÆ THEOCRATICÆ PER ORDINATORUM EXECUTIONEM ADDITA.

#### § I. PRÆVIA NECESSARIORUM COMPARATIO.

I°. *Mandatum Dei a Moyse propositum,*

I. De sabbato inter operis molitionem religiose servando; *cap.* XXXV. *v.* 1-3.

II. De conferentium delectu et animo; 4, 5.

III. De speciebus rerum offerendarum; 6-9.

IV. De artificum adhibendorum qualitatibus; 10.

V. De artefactis ex collatione faciendis. 11-19.

II°. *Collatio materiæ ad fabricam facta,*

I. Universim prompte, sponte, abundanter et ex omni genere, 20-24.

II. Quoad lanam, linum, et pilos, a mulieribus nendi peritis. 25, 26.

III. Quoad gemmas, oleum et aromata, a populi principibus. 27, 28.

IV. Quoad omnia, ab utroque sexu lubenter ac devote. 29.

III°. *Admotio Artificum* :

I. Delectus magistrorum artis præstantissimorum Beseleel et Ooliab. 30-35.

II. Accessus operariorum peritorum spontaneus. *Cap.* XXXVI, *v.* 1, 2.

III. Collecta materia artificibus tradita. 3.

IV. Collatio spontanea, durante artificum opera,

1°. Quotidie a populo ultra necessitatem continuata ; 4, 5.

2°. A Moyse monito inhibita. 6, 7.

§ II. FABRICA OPERIS ET ARTEFACTA.

I°. *Pertinentia ad Tabernaculum* :

I. Aulæa. 8-13.

II. Saga. 14-18.

III. Opertoria. 19.

IV. Tabulata cum basibus et vectibus. 20-34.

V. Velum et tentorium. 35-38.

II°. *Contenta in Tabernaculo* :

I. Arca cum vectibus, operculo, et Cherubinis. *Cap.* XXXVII, *v.* 1-9.

II. Mensa panum cum vectibus et vasis. 10-16.

III. Candelabrum cum lucernis et emunctoriis. 19-24.

IV. Altare thymiamatis cum vectibus. 25-28.

V. Oleum unctionis et thymiama. 29.

III°. *Posita intra et circa atrium* :

I. Altare holocausti. *Cap.* XXXVIII, *v.* 1-7.

II. Labrum æneum. 8.

III. Tentorium cum columnis. 9-17.

IV. Porta cum velo et bacillis. 18-20.

IV°. *Commendata universim*,

I. A congruentia cum præscripto Moysis. 21.

II. A præsentia artificum. 22, 23.

III. Ab impensis ingentibus in omnium fabricam factis,

1°. Ex auro, in opus sanctuarii; 24, 25.
2°. Ex argento, in bases sanctuarii et capita columnarum; 26-28.
3°. Ex ære, in bases ceteras, altare æneum et paxillos. 29-31.

## § III. RES VESTIARIA ET COMPLEMENTUM OPERIS.

I°. *Vestimenta tum Pontificis, tum Sacerdotum :*
- I. Ephod cum baltheo. *Cap.* XXXIX, *v.* 1-5.
- II. Lapides humeris impositi. 6, 7.
- III. Pectorale cum gemmis, annulis, catenis, et vittis. 8-19.
- IV. Pallium hyacinthinum cum appendicibus. 20-24.
- V. Tunicæ, mitræ, braccæ byssinæ cum baltheo. 25-28.
- VI. Tiara cum lamina aurea. 29, 30.

II°. *Summa operis*
- I. Completa et absoluta. 31.
- II. Recensita secundum partes. 32-41.
- III. Oblata Moysi ad explorationem. 42.
- IV. Approbata ab eodem cum benedictione. 43.

## § IV. APPLICATIO ET USUS OPERIS CONFECTI.

I°. *Mandatum Dei definiens*
- I. Tempus pro erigendo Tabernaculo. *Cap.* XL, *v.* 1, 2.
- II. Situm contentorum in illo et ordinem. 3-5.
- III. Complexus et sepimentum atrii. 6-8.
- IV. Unctionem memoratorum omnium. 9-11.
- V. Investituram Pontificis et Sacerdotum. 12, 13.

II°. *Executio mandati a Moyse facta*,
- I. Servato ad verbum tempore. 14, 15.
- II. Erecto Tabernaculo. 16, 17.
- III. Illata in sanctum sanctorum Arca. 18, 19.
- IV. Repositis in sancto, mensa panum, candelabro, et altari cum incenso. 20-25.
- V. Constitutis altari holocausti, labro lotioni sacerdotali destinato et atrii sepimentis. 26-31.

III°. *Phænomenon columnæ*,
- I. Tum quidem coruscantis, et Moysen a Tabernaculi ingressu prohibentis. 32, 33.
- II. Alias motu iter, et quiete stationem indicantis. 34, 35.
- III. Ordinarie de die nubem, de nocte ignem exhibentis. 36.

# LIBER LEVITICI.

AMPLIFICATA LEGUM SANCTIO PRO CONSTITUTA REPUBLICA THEOCRATICA.

## SECTIO I.

### LEGES DE SACRIFICIIS.

§ I. LEGES DE SACRIFICIIS VOLUNTARIIS A DEO LATÆ, A MOYSE PROMULGANDÆ. *Cap.* I, *v.* 1.

I°. *Leges de holocaustis* : hæc si fiant

I. Ex armentis,

1°. Offerens eligat bovem marem immaculatum; adducat ad ostium Tabernaculi; imponat eidem manum; 2-4.

2°. Sacrificans mactet; sanguinem effundat ad altare holocausti; detracta pelle hostiam dividat in frusta; ignem in altari excitet; imponat membra cæsa cum intestinis et pedibus totis; comburat. 5-9.

II. Ex pecoribus,

1°. Offerens eligat ovem vel caprum masculum integrum; 10.

2°. Sacrificans item faciat, prout dictum de bove. 11-13.

III. Ex avibus,

1°. Offerens eligat turtures vel pullos columbæ; 14.

2°. Sacrificans mactet, collo rupto, et sanguine ad altare effuso; mundet, vesicula gutturis et plumis in locum cinerum abjectis; demum ascellis fractis comburat. 15-17.

II°. *Leges de oblationibus cibariis;* hæc si fiant

I. Ex farina,

1°. Offerens eligat similam; addat oleum et thus; deferat ad filios Aaron; *cap.* II, *v.* 1, 2.

2°. Sacrificans pugillum farinæ et olei aspersi cum thure toto comburat in altari; reliquum servet pro cibo sacro. 2, 3.

II. Ex pane,

1°. Offerens eligat panes ex simila azymos: coctos in clibano vel craticula integros, coctos in sartagine confractos perfundat oleo; tradat sacerdoti; 4-8.

2°. Sacrificans partem incendat in altari; reliquum servet in cibum sacrum. 9, 10.

III. Ex ceteris,

1°. Nihil offeratur fermentatum, aut mellitum; 11.

2°. Primitiæ fructuum afferantur tantum, non offerantur in altari; 12.

3°. Sal addatur oblationi omni. 13.

IV. Ex primitiis frugum virentium,

1°. Offerens spicas torreat, et in far conterat; affundat oleum; apponat thus; 14, 15.

2°. Sacrificans faciat, ut præscriptum de farina. 16.

III°. *Leges de hostiis pacificis;* hæc si fiant

I. Ex armentis,

1°. Offerens eligat sexum quemlibet, sed immaculatum, et imponat eidem manum; *cap.* III, *v.* 1, 2.

2°. Sacrificans affundat altari sanguinem; imponat adipem, renes et jecoris reticulum; eaque comburat igni. 2-5.

II. Ex pecoribus,

1°. Offerens eligat sexum qualemcumque ex ovibus et capris, ac manum imponat; 6-8, 12, 13.

2°. Sacrificans pro more effundat sanguinem; eximat adipem, renes et reticulum; ex agno etiam caudam comburat igni. 8-11, 13-16.

* Interdicitur comestio sanguinis et adipis. 17.

## § II. LEGES DE SACRIFICIIS PIACULARIBUS.

I°. *Pro peccatis ex errore commissis, cap.* IV, *v.* 1, 2.

I. A sacerdote : hic offerens et sacrificans

1°. Vitulum eligat; adducat ad Tabernaculi ostium; imponat manum et mactet; 3, 4.

2°. Sanguinis parte illata in Tabernaculum septies aspergat digito contra velum, et allinat cornibus altaris thymiamatis; reliquam affundat altari holocausti; 5-7.

3°. Adipem omnem, renes et reticulum eximat; in altari holocausti incendat; 8-10.

4°. Residua omnia comburat extra castra, in loco cineribus destinato. 11-12.

II. A cœtu populi:

1°. Seniores vitulum adducant ad ostium, imponantque manus; 13-15.

2°. Sacerdos de sanguine, adipe, et reliquis idem faciat quod in casu priori. 16-21.

III. A principe:

1°. Princeps adducat hircum; imponat manum; 22-24.

2°. Sacerdos mactati sanguine tingat cornua altaris holocausti, reliquo ad ejus basin fuso; De sanguine, adipe et reliquis idem faciat quod supra. 25, 26.

IV. A privato quocumque:

1°. Si seligatur capra, offerens et sacrificans eadem faciant, quæ priores; 27-31.

2°. Si sumatur ovis, eadem etiam ab utroque fiant. 32-35.

II°. *Pro reatibus ex infirmitate ortis*

I. In usu civili:

1°. Proponuntur casus

1. Adjurationis et confessionis neglectæ; *cap.* v, *v.* 1.
2. Impuritatis per oblivionem non sublatæ; 2, 3.
3. Juramenti similiter non servati. 4.

2°. Exponitur modus expiationis,

1. Universim per pœnitentiam; 5.
2. A ditioribus per oblationem agnæ aut capræ cum sacerdotis officio; 6.
3. A mediocribus per oblationem duorum turturum vel pullorum columbæ; alterius quidem in holocaustum, alterius in expiationem sacrificandi; 7-10.
4. A pauperibus per oblationem similæ sine oleo et thure. 11, 12.

II. In ritibus sacris:

1°. Proponitur casus circa ceremonias et res sacras profanatas; 14, 15.

2°. Exponitur modus expiationis per arietis, duobus siclis comparandi, sacrificium, et damni reparationem; 15, 16.

3°. Additur casus alter circa violationem legis ignoratæ, et similis expiationis per idem sacrificium. 17-19.

III°. *Pro delictis animo deliberato perpetratis.*

I. Proponuntur delicta ob depositum deponenti negatum, rem alienam vel raptam vel detentam vel inventam, nec redditam, vel his similia. *Cap.* vi, *v.* 1-3.

II. Exponitur modus expiationis per restitutionem alieni, additionem mulctæ, et sacrificium arietis faciendum. 4-7.

## SECTIO II.

### LEGES, HISTORIA, ET EVENTUS CIRCA SACERDOTES.

#### § I. LEGES DE SACERDOTUM MUNERE IN SACRIFICIIS.

I°. *In holocaustis,*

I. Recensentur officia jam præscripta. 8, 9.

II. Additur opus

1°. De efferendis cineribus; 10, 11.

2°. De igne alendo. 12, 13.

II°. *In oblationibus*

I. Vulgaribus aliorum,

1°. Recensentur jam memorata; 14-17.

2°. Additur exceptio convivarum. 18.

II. Propriis sacerdotis ungendi,

1°. Determinatur mensura et præparatio farinæ; 19-21.

2°. Præscribitur incensio, prohibetur comestio. 22, 23.

III°. *In piacularibus*

I. Pro peccato,

1°. Definitur locus oblationis et comestionis; 24-26.

2°. Præscribitur emundatio vestium et vasorum; 27, 28.

3°. Notatur qualitas et exceptio convivarum. 29, 30.

II. Pro reatu,

1°. Enumerantur partes offerendæ; *cap.* VII, *v.* 1-5.

2°. Recensentur ea, quæ ex diversis sacrificiis cedant sacerdoti. 6-10.

IV°. *In pacificis*,

I. Describitur apparatus in sacrificio cibario faciendus. 11-14.

II. Notatur dies et facultas comedendi reliquias. 15-18.

III. Exigitur convivarum puritas sub pœna. 19-21.

IV. Additur cautela de adipe et sanguine numquam comedendis. 22-27.

V. Dividitur portio, quæ Deo, quæ sacerdoti cedat. 28-34.

VI. Sequitur epilogus, hæc omnia pro sacerdotibus a Deo ordinata repetens. 35-38.

## § II. HISTORIA DE SACERDOTALI MUNERE AB AARONE ET FILIIS EJUS SUSCEPTO.

I°. *De inauguratione sacerdotum.*

I. Præparatio:

1°. Mandatum divinum de apparatu faciendo, et colligendo populo; *cap.* VIII, *v.* 1-3.

2° Executio mandati. 4.

II. Actus inaugurationis solemnes:

1°. Lotio Aaronis et filiorum; 5, 6.

2°. Investitura Pontificis; 7-9.

3°. Unctio altaris, rerum sacrarum, et Aaronis; 10-12.

4°. Investitura filiorum Aaronis; 13.

5°. Sacrificia juvenci in expiationem, et arietis in holocaustum; arietis item alterius et minchæ in consecrationem; 14-27.

6°. Ritus elevationis et aspersionis. 28-30.

III. Clausula:

1°. Mandatum de convivio ex oblatis instruendo, et restringendo; 31, 32.

2°. Præceptum de ritu per septem dies continuando; 33-35.

3°. Obedientia Aaronis et filiorum. 36.

IIº. *De tirocinio seu exercitio initiali.*

I. Præparatio:

1º. Mandatum Moysis, Aaroni et senioribus definiens tempus et apparatum; *cap.* IX, *v.* 1-4.

2º. Executio ab utrisque præstita; 5.

3º. Adhortatio ad ipsam solemnitatem excitans. 6, 7.

II. Exercitium Aaronis initiale:

1º. Oblatio propria vituli pro peccato, et arietis in holocaustum; 8-14.

2º. Sacrificium populi operante Aarone peractum; 15-21.

3º. Benedictio ab eodem data populo. 22.

III. Clausula:

1º. Apparitio gloriæ Dei ad repetitam cum Moyse benedictionem Aaronis; 23.

2º. Ignis cœlo demissus sacrificia comburens cum populi plausu et terrore. 24.

§ III. EVENTUS ET LEGES DE TIROCINII SACERDOTALIS VIOLATIONE.

Iº. *Eventus violationis punitæ.*

I. Violatio commissa a Nadab et Abiu per incensum ex igne profano factum. *Cap.* X, *v.* 1.

II. Mors violatoribus igne divinitus immisso illata. 2.

III. Supplicii justitia a Moyse declarata. 3.

IV. Sepultura punitorum imperata et facta. 4, 5.

V. Luctus et egressus Tabernaculi Aaroni et filiis sub pœna prohibitus; prior reliquis permissus. 6, 7.

IIº. *Leges, ob violationis casum, sacerdotibus ministrantibus adjectæ:*

I. De abstinentia a vino et potu inebriante, tanquam necessaria, 8, 9.

1º. Ad discernendum inter sacra et profana; 10.

2º. Ad instruendum populum. 11.

II. De comestione reliquiarum,

1º. Ex panibus facienda absque fermento, et in loco sancto; 12, 13.

2º. Ex pecoribus sumenda in loco mundo et cum familia. 14, 15.

IIIº. *Eventus violationis impunitæ:*

I. Inquisitio Moysis in comestionem sacrificii pro peccato; 16.

II. Reprehensio ab eodem data ob illam intermissam; 17, 18.

III. Excusatio Aaronis, ex tristi filiorum casu desumpta; 19.

IV. Exceptio Moysis acquiescens. 20.

## SECTIO III.

### LEGES AD PURITATEM ET IMPURITATEM LEGALEM PERTINENTES.

#### § I. LEGES DISCERNENTES INTER PURUM ET IMPURUM.

I°. *Notio puri et impuri. Cap.* XI, *v.* 1, 2.

I. Inter quadrupedes declarantur

1°. Puri ex ungula divisa, et ruminatione tanquam notis; 3.

2°. Impuri ex defectu alterutrius notæ, uti camelus, lepus, sus, etc. 4-7, 26.

3°. Postremi non comedendi, nec eorum cadavera tangenda. 8.

II. Inter pisces declarantur

1°. Puri ex pinnis et squammis; 9.

2°. Impuri ab utriusque defectu; 10.

3°. Postremi rursus nec comedendi nec eorum morticina tangenda. 11, 12.

III. Inter aves declarantur

1°. Bipedes puræ, exceptis viginti speciebus, quæ referri possunt in quatuor classes rapacium, lucifugarum, spurcarum, et ambiguarum; 13-19.

2°. Quadrupedes universim impuræ, exceptis illis, que posteriora crura longiora habent, et hinc saltu moventur; 20-23.

3°. Impurarum morticina nec tangenda nec portanda. 24, 25.

IV. Inter quadrupedia minora sunt impura

1°. Quæ manibus, pedibusque insistunt; 27, 28.

2°. Quæ pedes breviculos habent, uti mustelæ, etc. 29, 30.

V. Inter reptilia sunt impura

1°. Quæ sine pedibus reptant; 41.

2°. Quæ pedibus quidem instructa pectus per humum trahunt. 42.

II°. *Communicatio impuritatis transit*

I. A morticino impuro ad tangentem. 31.

II. Ab eodem illapso in vas, aut rem quamlibet. 32, 33, 35.

III. A liquore ex vasis immundis effuso, ad cibum et potum, non tamen in fontem vel cisternam. 34, 36.

IV. Ab eodem, non autem a morticino, ad semen sativum. 37, 38.

V. A cadavere animalis, licet puri, sed sine sanguinis effusione mortui, ad tangentem vel comedentem. 39, 40.

III°. *Commendatio puritatis*

I. Proponitur præcepto; 43.

II. Urgetur argumento ex Dei sanctitate et beneficiis desumpto; 44, 45.

III. Facilitatur repetita legum datarum mentione. 46, 47.

§ II. LEGES DEFINIENTES PUERPERARUM IMPURITATEM ET PURIFICATIONEM.

I°. *Definitio impuritatis in puerpera, cap.* XII, *v.* 1.

I. Ex partu masculi

1°. Gravior, in qua omnes puerperam tangentes commaculantur, est dierum septem, post quos masculus circumcidendus; 2, 3.

2°. Levior, in qua puerpera tantum a tactu rei sacræ et ingressu sanctuarii prohibetur, est dierum triginta trium. 4.

II. Ex partu fœminæ

1°. Gravior est dierum quatuordecim; 5.

2°. Levior dierum sexaginta sex. 5.

II°. *Ritus purificationis pro utroque partu communis.*

I. Opulenta defert ad ostium Tabernaculi agnum anniculum, et turturem vel pullum columbæ; illum in holocaustum, hunc in sacrificium pro peccato offerendum a sacerdote. 6, 7.

II. Pauper duos turtures vel pullos columbarum; unum in holocaustum, alterum in piaculum a sacerdote offerendum, utrobique munditia consequente. 8.

§ III. LEGES PRO DISCERNENDA ET EXPIENDA LEPRA.

I°. *Leges de hominibus leprosis*:

I. Ad lepram discernendam præcipitur,

1°. In suspicione fundata adducatur homo affectus ad sacerdotem, ab eodem examinandus; *cap.* XIII, *v.* 1, 2.

2°. Examen primum versatur in cute; habetque pro indicio colorem in pustula ex pilis, ac situm plagæ; pro exploratione, duplex septiduum, pro fine, declarationem sacerdotis; 3-8.

3°. Secundum inquirit in carnem; quæ si viva est, et maculis conspersa, judicio sacerdotis declaratur lepra; 9-17.

4°. Tertium attendit ad exulcerationis cicatricem secundum examinis primi notas, et ad cicatricis progressionem; indeque lepram declarat; 18-23.

5°. Quartum distinguit inter adustionis vestigium, et lepram ex notis præcedentibus; 24-28.

6°. Postremum ad capitis vel barbæ ulcus pertinet, et ad prioris examinis formam nova capillorum observatione terminatur. 29-43.

II. Post lepram agnitam, infectus

1°. Declaretur ac separetur; 44.
2°. Habeat vestem scissam, caput nudum, os tectum, et obvios clamore moneat de sua impuritate; 45.
3°. Habitet solitarius et extra castra. 46.
III. Pro lepra expianda imperatur
1°. Exploratio sanationis a sacerdote et declaratio; *cap.* XIV, *v.* 1-3.
2°. Præparatio ad sacrificium, per duos passeres et materiam aspergilli, facienda a sanato; 4-7.
3°. Lotio vestium et rasio capillorum die septimo repetita. 8, 9.
IV. Sacrificium divitis
1°. Piaculare per mactationem agni, tinctionem sanguineam, et unctionem oleosam sanati in variis membris, et obsecrationem sacerdotis; 10-19.
2°. Holocausticum agni et ovis cum libamentis. 19, 20.
V. Sacrificium pauperis piaculare et holocausticum simile, præter turtures vel columbæ pullos pecoribus substitutos. 21-32.
II°. *Leges de vestibus et ædibus lepra notatis :*
I. Lepra vestium
1°. Indicium habet ex maculis in stamine panni vel subtegmine; *cap.* XIII, *v.* 47-49.
2°. Examen subit a sacerdote, vestem per septiduum recludente; deprehensa cum vestimento combusto tollitur; 50-52.
3°. In dubio examen iteratum subit; deprehensa vel in toto vel in parte panni, excisa tollitur priori modo; non agnita per lotionem panni purgatur et absolvitur. 53-59.
II. Lepra ædium
1°. Notata nuntiatur sacerdoti; *cap.* XIV, *v.* 33-35.
2°. Paratur ad examen, elatis rebus, et occlusis foribus per septiduum; 36-39.
3°. Si post examen deprehenditur pars ædium infecta, hæc mutatur aliis lapidibus et cæmento; si infecta tota, destruitur penitus; 40-45.
4°. In eodem casu homo ingressus ædes vel in his commoratus notatur infectus; 46-47.
5°. Si cessasse reperiatur, fiat purificatio sacrificio passeris unius et aspersione superius indicata, passer alter dimittatur liber. 48-53.
III°. *Conclusio commendans leges de lepra præscriptas.* 54-57.

§ IV. LEGES AGENTES DE MORIBUS ET COMMERCIO UTRIUSQUE SEXUS.

I°. *De Gonorrhœa masculorum :*
I. Declaratur hujus immunditia et character. *Cap.* XV, *v.* 1-3.
II. Enumeratur multiplex ratio contaminationis, inde ad res quascumque propagatæ. 4-12.

III. Describitur sanati lustratio per lotionem vestium et carnis, ac oblationem sacrificii. 13-15.

II°. *De usu sexum distinguente :*

I. Effusio spermatis etiam involuntaria contaminat corpus et alia. 16, 17.

II. Conjugalis actus facit impurum utrumque. 18.

III. Fluxus sanguinis periodicus tum fœminam tum alia cum hac communicantia contaminat. 19-24.

III°. *De hæmorrhagia fœminarum :*

I. Affecta hoc morbo immunda est, tactuque tam activo, quam passivo alia contaminat. 25-27.

II. Sanata lustratur per lotionem et sacrificium ; ut de mare dictum supra. 28-30.

IV°. *Clausula de cavenda immunditia et observandis legibus adjecta.* 31-33.

## SECTIO IV.

### LEGES SANCTITATEM CEREMONIALEM ET MORALEM CONCERNENTES.

#### § I. LEGES PRO SANCTITATE CEREMONIALI REPARANDA ET CONSERVANDA.

**I°. *Sanctitas ceremonialis universo populo reparanda per expiationem annuam.***

**I. Præparatio ad expiationem :**

1°. Notatur præceptum a tempore dati, et interdicto loci ; *cap.* XVI, *v.* 1. 2.

2°. Præscribitur Pontifici victima separanda, et vestitus assumendus ; 3, 4.

3°. Determinatur duplex hircus a populo procurandus ; 5.

4°. Definiuntur actiones in victimis mactandis et hircis adducendis, per sortem deligendis et disponendis. 6-10.

II. Ritus expiationis : Pontifex,

1°. Mactato vitulo pro peccato, ingressus sanctuarium facit suffitum, et septies aspergit sanguinem contra propitiatorium ; 11-14.

2°. Mactati hirci sanguine, regressus in sanctuarium solus, aspergat propitiatorium et tabernaculum ; 15-17.

3°. Utriusque sanguine perfundat cornua et aspergat altare holocausti ; 18, 19.

4°. Hircum alterum adductum, post impositas illi manus et factam peccati confessionem, cum imprecatione emittat in desertum. 20-22.

III. Subjuncta expiationi :

1°. Pontifex vestes mutet, corpus lavet, offerat holocaustum, adipem pro peccatis oblatum incendat; 23-25.
2°. Dux hirci emissarii lavet vestes; 26.
3°. Utrumque sacrificium extra castra delatum incendatur, combustoribus ante reditum in castra lavacro præscripto mundatis. 27, 28.

IV. Documenta pro celebratione expiationis :

1°. Solemnis hæc purificatio fiat mense septimo, die decima; 29, 30.
2°. Colatur cessatione operis et jejunio; 31.
3°. Peragatur a sacerdote recens uncto; 32, 33.
4°. Repetatur perpetuo quotannis. 34.

II°. *Eadem sanctitas conservanda*

I. Per religionem victimarum commendatam: *cap.* XVII, *v.* 1, 2.

1°. Ne mactentur extra conspectum tabernaculi; 3, 4.
2°. Ut offerantur ad illius ostium, et sanguis fundatur ad altare; 5, 6.
3°. Ne immolentur dæmonibus; 7.
4°. Ut Israelitæ et advenæ hanc religionem custodiant. 8, 9.

II. Per religionem sanguinis

1°. Nec ab Israelita, nec ab advena comedendi; 10, 12, 14.
2°. In domestica occisione effundendi ad altare; 11.
3°. In veneratione vel aucupio fusi, obtegendi humo; 13.
4°. In morticino, suffocato, vel a bestia rapto stagnantis non comedendi, vel post esum lotione purgandi. 15, 16.

§ II. LEGES PRO SANCTITATE MORALI STATUENTES ET SANCIENTES.

I°. *Statuta pro sanctitate morali* :

I. Circa regulam morum,

1°. Non vivendum ad exemplum Ægyptiorum, et Chananæorum; *cap.* XVIII, *v.* 1-3.
2°. Vita secundum præcepta et leges Dei instituenda. 4, 5.

II. Circa matrimonium

1°. Non contrahendum cum proximis consanguineis, sive in ascendente sive in laterali linea; 6-13.
2°. Neque cum affinibus proximis, nequidem per polygamiam; 14-18.
3°. Non usurpandum cum menstruata; 19.
4°. Non violandum adulterio. 20.

III. Circa castimoniam,

1°. Prohibetur spermolatria, sodomia, et bestialitas; 21-23.
2°. Vetatur scelerata imitatio Chananæorum; 24, 25.
3°. Intentatur pœna æqualis illatæ istis; 27-29.
4°. Commendatur observantia legum divinarum. 26, 30.

IV. Circa officia pietatis,

1°. Universim curanda sanctitas ad Dei normam; *cap.* XIX, *v.* 1-2.
2°. Honorandi parentes, custodienda sabbata; 3.

3°. Vitanda idololatria; 4.
4°. Cavenda procrastinatio in pacificorum esu. 5-8.

V. Circa officia socialitatis,

1°. Humanitas exercenda, permissis in usum pauperum reliquiis messis et vindemiæ; 9, 10.
2°. Justitia colenda abstinendo a læsione iniqua, servando æquitatem in judiciis, cavendo ab obtrectationibus, et insidiis; 11-16.
3°. Amor probandus fuga odii et ultionis, correctione fraterna, et dilectione proximi ad sui propriæ formam regulata. 17, 18.

VI. Circa œconomiam,

1°. Non permittatur heterogeneorum jumentorum seminum, et vestium commixtio; 19.
2°. Non corrumpatur ancilla mancipata; peccatum autem commissum expietur; 20-22.
3°. Arbores putandæ, fructus ante certum annum nec offerendi nec manducandi. 23-25.

VII. Circa cultum religiosum,

1°. Caveantur vanæ auguriorum et somniorum observantiæ; 26.
2°. Vitentur rasiones, incisiones, et stigmata in luctu; 27, 28.
3°. Non dedicentur filiæ Veneri; 29.
4°. Non negligatur observatio sabbati, nec reverentia sanctuarii; 30.
5°. Non consulantur magi. 31.

VIII. Circa communem vitæ usum,

1°. Senibus deferatur honor, et Deo timor; 32.
2°. Peregrinis præstetur comitas et benevolentia; 33, 34.
3°. Negotiantibus tribuatur justum ponderis, mensuræ et regulæ; 35, 36.
4°. Legibus exhibeatur obsequium. 37.

II°. *Sanctiones contra violatores sanctitatis : cap. xx, v. 1.*

I. Pœnæ capitales sancitæ

1°. Contra cultores Moloch, et his indulgentes; 2-5.
2°. Contra eos qui magos consulunt; 6.

* Interponitur admonitio ad servanda Dei mandata. 7, 8.

3°. Contra maledicentes parentibus; 9.
4°. Contra adulteros; 10.
5°. Contra sodomitas et bestiarios. 13, 15, 16.
6°. Contra incestuosos secundum varias species; 11, 12, 14, 17, 19-21.
7°. Contra utentes matrimonio cum menstruata; 18.
8°. Contra cultores magiæ. 27.

II. Comminationes mixtæ

1°. Cum cohortatione ad mandata Dei servanda, terram solitarie incolendam, sanctitatem fovendam; 22, 24, 26.
2°. Cum dehortatione a moribus gentilium, commercio cum Chananæis, et immunditia qualibet. 23, 25.

## SECTIO V.

### LEGES RELIGIONIS ADJUNCTA ORDINANTES.

#### § I. ORDINATIONES DE MINISTRIS RELIGIONIS.

I°. *Quantum ad honestatem publicam*

I. Sacerdotum : quibus

1°. Luctus prohibetur, præterquam in funere consanguineorum proximorum; *cap.* XXI, *v.* 1-4.

2°. Superstitio lugubris vetatur amplius ob officii sanctitatem; 5, 6.

3°. Matrimonium non conceditur cum scorto aut repudiata; 7, 8.

4°. Filia fornicaria non relinquitur, sed addicitur flammis. 9.

II. Pontificis : cui itidem.

1°. Luctus plane omnis et comitatus exequiarum interdicitur; 10-12.

2°. Matrimonium non conceditur, nisi cum virgine, Hebræa, nobili; 13-15.

3°. Ministerium non permittitur, si quam corporis maculam, vitium aut morbum habeat; 16-21.

4°. Alimentum tamen ex oblatis indulgetur. 22, 23.

* Harum ordinationum promulgatio fit a Moyse. 24.

II°. *Quantum ad esum sanctificatorum :*

I. Sacerdotibus

1°. Commendatur universim cura puritatis; *cap.* XXII, *v.* 1-3.

2°. Indicatur speciatim attendendum ad immunditiam ex lepra, fluxu, ac tactu impurorum; 4, 5.

3°. Determinatur contractæ hinc immunditiæ duratio et purgatio; 6, 7.

4°. Prohibetur morticini, vel a bestia capti esus contaminans. 8, 9.

II. Familiæ sacerdotum, ex qua

1°. Inquilino duntaxat et mercenario, si alienigena fuerit, esus negatur; 10.

2°. Emptitio autem et vernaculo conceditur. 12, 13.

III. Non sacerdotibus, neque ad illorum familiam pertinentibus, si fors sanctificatum per ignorantiam comederint,

1°. Indicitur reparatio cum mulcta adjecta; 14.

2°. Commendatur cauta abstinentia in futurum. 15, 16.

III°. *Quantum ad usurpationem victimarum :*

I. Non admittantur nisi immaculatæ, integræ et sanæ, amputatio tamen aurium et caudæ non excludit oblationes mere spontaneas. 17-24.

II. Nulla oblatio admittatur ab alienigena. 25.

III. Ante octavum a nativitate diem animal nullum offeratur, nec cum matre fœtus. 26-28.

IV. Pacifica in gratiarum actionem hostia comedatur eodem die quo fuit oblata. 29, 30.

IV°. *Commendatur universim observantia præceptorum et studii puritatis.* 31-33.

§ II. ORDINATIONES DE SOLEMNITATIBUS RELIGIONIS.

I°. *Præmittitur mentio*

I. De feriis seu festis universim. *Cap.* XXIII, *v.* 2.

II. De die sabbati sancto et sanctificando. 3.

II°. *Enumerantur solemnitates annuæ :*

I. Festum Paschatis, cujus

1°. Definiuntur dies celebrandi; 5-7.

2°. Designantur sacrificia et actiones. 8.

II. Festum Pentecostes,

1°. Hoc præcedit solemnis primitiarum oblatio,

1. Paranda ex novis frugibus; 9, 10.
2. Facienda altero azymorum die; 11.
3. Conjungenda cum holocausto agni, et oblationibus cibariis. 12-14.

2°. Ipsum autem celebratur

1. Die post oblatum primitiarum manipulum quinquagesimo; 15, 16.
2. Oblatione panum primitialium, holocausto et sacrificiis, tum pro peccato, tum pacificis; 17-19.
3. Convivio sacerdotali, memoria festi, cessatione ab opere et spicilegio pauperibus permisso. 20-22.

III. Festum Tabernaculorum,

1°. Hoc præcedunt

1. Festivitas tubarum die prima mensis septimi, cum sabbato et holocausto celebranda; 23-25.
2. Solemnitas expiationis die decima mensis ejusdem, cum holocausto, jejunio, et sabbato obeunda. 26-32.

2°. Ipsum celebratur

1. Die decima quinta mensis septimi inchoando, per septiduum continuando, initium autem hebdomadæ ac finem solemnius habendo; 33-36.
2. Sacrificia tum imperata, tum spontanea offerendo, ac sabbatum primo, et octavo die agendo; 37-39.
3. Tabernaculo ex arborum frondibus construendo, et per septiduum inhabitando, in signum lætitiæ, instructionem posterorum, et memoriam peregrinationis peractæ. 40-43.

* Notatio de promulgatione festorum adjecta; 44.

III°. *Interseruntur ordinatio legalis et casus criminalis :*

I. Ordinatio legalis

1°. De oleo pro lucernis in candelabro curando, et quotidie accendendo. *Cap.* XXIV, *v.* 1-4.

2°. De panibus pro altari propositionis coquendis, statuendis, thure conspergendis, mutandis et demum comedendis. 5-9.

II. Casus criminalis:

1°. Crimen blasphemiæ, occasione rixæ cum Israelita commissum ab homine, patre ægyptio et matre hebræa ex Dan progenito; 10.

2°. Reus delatus ad Moysen, et carceri datus; 11, 12.

3°. Judex Deus consultus a Moyse addicit reum morti et lapidationis supplicio; 13, 14.

4°. Deus ut legislator renovat sanctiones

1. Pœnæ capitalis contra blasphemos et homicidas; 15-17.

2. Pœnæ talionis contra lædentes aut damnificantes alterum; 18-22.

5°. Pœna lapidationis blasphemo illata. 23.

IV°. *Subjunguntur solemnitates, certo annorum circulo redeuntes:*

I. Annus sabbaticus, seu in annorum hebdomade septimus, hujus

1°. Initium capiendum a tempore ingressus in Palæstinæ possessionem; *cap.* XXV. *v.* 1, 2.

2°. Celebratio curanda per intermissam anno septimo culturam terræ; 3, 4.

3°. Obligatio præstanda per usum sponte nascentium omnibus permissum. 5-7.

II. Annus Jubilæus, hujus

1°. Initium sumitur ab anni quinquagesimi mense septimo, die decima; 8-9.

2°. Celebratio indicatur clangore buccinæ; solemnis redditur reparatione status pristini, peragitur quiete, seu intermissa terræ cultura; 9-12.

3°. Beneficium exponitur per annexa privilegia

1. Providentiæ divinæ, defectum anni sabbatici et jubilæi prævia abundantia supplentis; 18-22.

2. Recuperationis rerum per venditionem distractarum ad jubilæi rationes temperandam; 13-17.

3. Regressus ad fundos simili ratione redimibiles; 23-28.

4. Reditus ad ædes, præsertim villares et leviticas; 29-34.

5. Restitutionis in libertatem e servitute, quæ quidem respectu alienigenarum, non autem Hebræorum, potest esse perpetua. 39-55.

## § III. ORDINATIONUM APPENDIX GEMINA.

I°. *Peroratio Moysis*

I. Hortatoria

1°. Ad fugam idololatriæ; *cap.* XXVI, *v.* 1.

2°. Ad sanctificationem sabbati et reverentiam sanctuarii. 2.

II. Promissoria sub conditione obedientiæ,

1°. Spondens bona præsentia abundantiæ frugum, pacis et tranquilli

tatis victoriarum et spoliorum, multiplicationis familiarum et fortunarum; 3-10.

2°. Addens pollicitationem adfuturæ perpetuo præsentiæ et protectionis divinæ. 11-13.

III. Comminatoria pro variis casibus, et quidem

1°. Pro casu inobedientiæ, intentans morbos, incursiones et clades ab hostibus; 14-17.

2°. Pro casu continuatæ inobedientiæ, intentans inclementiam cœli et sterilitatem terræ; 18-20.

3°. Pro casu reluctantiæ, intentans mala a bestiis lacessentibus homines et animalia; 21, 22.

4°. Pro casu contumaciæ, intentans bellum, pestem et famem; 23-26.

5°. Pro casu obdurationis, intentans interitum ex fame, excidium idolorum cum cultoribus, vastitatem urbium et sanctuarii, solitudinem terræ dispersis incolis, terrores in residuis panicos et omnimodam consumptionem. 27-39.

IV. Commemoratoria

1°. Resipiscentiæ reliquiarum in exilio futuræ; 40, 41.

2°. Misericordiæ divinæ pœnitentibus impertiendæ. 42-44.

V. Commendatoria, statuta hæc a Deo in monte data significans. 45.

II°. *Adjectio de rebus Deo reddendis.*

I. De rebus votivis:

1°. Si fuerit homo, redimitur prætio pro ætate diverso, pro differentia sexus duplo aut simplo, pro fortunæ conditione a sacerdote æstimando; *cap.* XXVII, *v.* 1-8.

2°. Si animal, purum offeratur; impurum pro æstimatione sacerdotis redimatur; 9-13.

3°. Si domus, poterit aut venundari, aut redimi; 14-15.

4°. Si ager, hæreditarius æque ac emptus æstimatur secundum mensuram sementis, sicque vel redimi, vel vendi debet: quo postremo casu redit tamen in jubilæo ad priorem dominum. 16-25.

II. De primogenitis:

1°. Nulla voveri possunt; 26.

2°. Immunda redimi vel vendi debent. 27.

III. De anathematibus: hæc

1°. Universim eximuntur a commercio commuui; 28.

2°. Redimi nequeunt, destrui possunt. 29.

IV. De decimis:

1°. Omnes debentur Deo; 30, 32.

2°. Redimi possunt, non permutari. 31, 33.

V. Notantur hæc dicta a Deo in monte Sinai. 34.

# LIBER NUMERORUM.

EXPEDITIO POPULI A DEO ELECTI AD POSSESSIONEM CHANAANITIDIS ADEUNDAM.

## PARS I.

INSTRUCTIO PRÆVIA AD EXPEDITIONEM.

## SECTIO I.

ORDINATIO COPIARUM AD EXPEDITIONEM SUSCIPIENDAM.

### § I. CENSUS ET ORDO DUODECIM TRIBUUM.

I°. *Census tribuum :*

I. Imperatus a Deo, adjunctis præscriptionibus. *Cap.* I, *v.* 1-4.

II. Paratus a Moyse et Aarone, assumptis ex Dei mandato ducibus, notatisque tum die et mense lustrationis, tum ætate lustratorum. 5-19.

III. Confectus tum singularum tribuum viris numeratis, tum numeratorum summis in unam collectis. 20-46.

IV. Distinctus a Levitarum censu, alteri operæ et stationi destinatorum. 47-54.

II°. *Ordo castrensis earumdem :*

I. Præscribitur is a Deo circa Tabernaculum, ad quatuor mundi plagas, sub quatuor turmis, tres ubique tribus complectentibus. *Cap.* II, *v.* 1, 2.

1°. Ad orientem turma Judæ, complexa tribus Judæ, Issachar, et Zabulon ; 3-9.

2°. Ad meridiem turma Ruben, complexa tribus Ruben, Simeon, et Gad ; 10-16.

3°. In medio Tabernaculum cum Levitis ; 17.

4°. Ad occidentem turma Ephraim, complexa tribus Ephraim, Manasse et Benjamin ; 18-24.

5°. Ad septentrionem turma Dan, complexa tribus Dan, Aser et Nephtali. 25-30.

II. Subjicitur summa dictorum, exceptio Levitarum, executio mandati divini. 31-34.

§ II. CENSUS, ORDO ET OFFICIUM LEVITARUM.

I°. *Præambula ad negotium:*

I. Enumeratur stirps sacerdotalis secundum Aaronis filios, tum mortuos, tum vivos. *Cap.* III, *v.* 1-4.

II. Profertur mandatum Dei de filiis Levi, ad sacra ministeria destinandis, in locum primogenitorum secundum ætatem determinatam numerandis. 5-15.

II°. *Census cum ordinis et munerum idea conjunctus:*

I. Recensentur filii et nepotes Levi. 16-20.

II. Referuntur familiarum, ex Gerson, Caath, et Merari nepotibus descendentium, numerus, statio, et officium. 21-39.

III°. *Collatio primogenitorum cum Levitis:*

I. Datur mandatum de numerandis primogenitis, et substituendis in primogenitorum locum Levitis. 40, 41.

II. Fit numeratio, substitutio, et in numeri inæqualitate compensatio per definitum pretium. 42-51.

IV°. *Amplior officii et census explicatio:*

I. Definitur ætas admittendorum ad ministerium sacrum. *Cap.* IV, *v.* 1-3.

II. Designantur officia sacerdotum, seu filiorum Aaronis. 4-15.

III. Distinguuntur munera Levitarum secundum tres Caathitarum, Gersonitarum, et Meraritarum classes. 16-33.

IV. Refertur tum singularis cujuslibet classis calculus inventus, tum in unam summam collectus. 34-49.

§ III. CURA CASTRORUM.

I°. *Munditia corporum curata;* dum

I. Datur præceptum de ejiciendis extra castra leprosis, et a fluxu, aut morticinio pollutis. *Cap.* V, *v.* 1-3.

II. Executioni mandatur. 4.

II°. *Securitas fortunis constituta;* ubi

I. Contrectatio rei alienæ declaratur peccatum; obligatur ad restitutionem et mulctam vel domino, vel sacerdoti præstandam, cum sacrificio expiatorio. 5-8.

II. Defraudatio primitiarum, et sanctificatorum interdicitur. 9, 10.

III°. *Sanctitas matrimonii vindicata per jus zelotypiæ;* quod

I. Conceditur marito contra uxorem de adulterio suspectam. 11–14.

II. Exercetur, marito uxorem ad sacerdotem et sacrificium deferente, sacerdote aquam explorationis parante, uxore sub certis ritibus juramentum execrationis præstante, et aquas exploratorias bibente, sacrificio demum adjecto. 15–26.

III. Dignoscitur ex eventu, ream prodente, innocentem declarante. 27–31.

IV°. *Exemptio Nazaræis asserta;* dum divinitus probatur eorum institutum a communis vitæ rationibus separatum. *Cap.* VI, *v.* 1, 2.

Exponitur autem hujus Nazaræatus

I. Obligatio, exigens abstinentiam ab uvis et omni potione ex illis proveniente, omissionem usus novaculæ, fugam contactus mortuorum, ac luctus, puritatem in omnibus. 3-8.

II. Renovatio, in casu pollutionis a mortuo etiam fortuitæ, facienda per rasionem capitis et sacrificium. 9-12.

III. Consummatio, completo voti tempore, perficienda sacrificio quadruplici, rasis et combustis in altari capillis, additaque oblatione cibaria et votiva. 13-21.

V°. *Benedictio sacerdotibus commissa,* Deo per Moysen

I. Facultatem et imperium præbente. 22, 23.

II. Formulam divinæ protectionis, misericordiæ, et pacis vota facientem exprimente. 24–26.

III. Effectum apprecationi congruum spondente. 27.

## SECTIO II.

### APPARATUS AD INGRESSUM EXPEDITIONIS.

#### § I. DEDICATIO TABERNACULI ET ALTARIS A TRIBUBUS CELEBRATA.

I°. *Prænotatur tempus gestorum. Cap.* VII, *v.* 1.

II°. *Ad Tabernaculi deportationem, a tribubus conjunctim*

I. Offeruntur sex plaustra tecta, cum duodecim bobus vectoribus. 2, 3.

II. Distribuuntur hæc inter Levitarum classes duas, pro ratione ministerii inæqualiter. 4-9.

III°. *Ad altaris usum et sacrificium, a tribubus singulis*

I. Mandatur facienda oblatio, per singulos sibique succedentes dies. 10, 11.

II. Recensentur oblata a singulis dona, singula acetabula, et phialæ ex argento, mortariola ex auro : allata in sacrificium, singuli boves, arietes, et agni in holocaustum, singuli hirci pro peccato; boves duo, et arietes, hirci, agni, ubivis quinque in hostias pacificas. 12-83.

III. Colliguntur dona et sacrificia in unam summam. 84-88.

IV. Approbantur gesta oraculo divino. 89.

§ II. INITIATIO LEVITARUM ET FESTIVITATIS PASCHALIS PERACTA.

I°. *Repetitur sacerdotale officium* circa candelabri lucernas imperatum et præstitum. *Cap.* VIII, *v.* 1-4.

II°. *Circa Levitas :*

I. Præscribitur eorumdem

1°. Præparatio per purificationem, oblationem sacram, et adductionem ad Tabernaculum ; 5-9.

2°. Consecratio per impositas manus, delatum munus, sacrificium geminum et ingressum Tabernaculi ; 10-15.

3°. Substitutio pro primogenitis ex rationibus adjectis. 16-19.

II. Refertur executio mandati quoad omnia. 20-22.

III. Definitur Levitarum ætas, et terminus ministerii. 23-26.

III°. *Circa festivitatem Paschalem :*

I. De ordinaria celebratione repetitur præceptum datum, et memoratur prima vice observatum. *Cap.* IX, *v.* 1-5.

II. De extraordinaria ejusdem celebratione

1°. Movetur quæstio ab impeditis ob immunditiam; 6, 7.

2°. Consulitur a Moyse Deus ; 8.

3°. Respondetur, ab immundis et peregrinis, mense primo impeditis, celebrandum Pascha cum omnibus ritibus mense altero. 9-14.

§ III. SIGNA RATIONEM PROFECTIONIS DETERMINANTIA.

I°. *Pro castrorum motione aut metatione :*

I. Signum dat columna, noctu ignea, interdiu nubila, immota vel mota a Tabernaculo. 15-17.

II. Indicat perstans et quiescens castra figenda et retinenda in

loco pro modo ac tempore illius consistentis, elevata autem et mota, sublatis castris, proficiscendum. 18-23.

II°. *Pro motionis ordine et usu :*

I. Signum dant tubæ argenteæ duæ, ad Dei præscriptum faciendæ, a sacerdotibus inflandæ. *Cap.* x, *v.* 1, 2, 8.

II. Hæ pro vario clangoris modo indicant, jam evocari Principes, jam moneri partes castrorum ad iter succedentibus turmis ineundum, jam congregari populum. 3-7.

III. Eædem usurpantur in prælio pro victoria, in solemnitatum sacrificiis pro Dei placito obtinendo. 9. 10.

## PARS II.

### ITINERARIUM EXPEDITIONIS, ET ITINERANTIUM FACTA.

—

## SECTIO I.

### ITER A SINAI IN DESERTUM PHARAN, CUM EVENTIBUS IMMIXTIS.

#### § I. DIGRESSUS A MONTE SINAI.

I°. *Susceptus*, dato columnæ signo, notatis mense, die et termino, ducente Deo et Moyse. *Cap.* x, *v.* 11-13.

II°. *Ordinatus*, tribubus in quatuor turmas divisis, Gersonitis et Meraritis inter primam et secundam, Caathitis inter secundam et tertiam turmam incedentibus. 14-28.

III°. *Comitatus* ab Hobab, invitatione, rogatione ac promissione persuaso. 29-32.

IV°. *Promotus* per triduum Deo iter prosperante, et Moyse, tum ad initium, tum ad finem profectionis preces accommotas fundente. 33-36.

#### § II. EVENTUS TRISTES IN GEMINIS STATIONIBUS.

I°. ***In statione incensionis,***

**Murmur populi ex lassitudine ortum, igne postremum agmen consumente, ad Moysis preces demum cessante, punitum. *Cap.* xi, *v.* 1-3.**

II°. ***In statione sepulchrorum concupiscentiæ,***

**I. Querulatur populus ex cupiditate carnis et fastidio Manna, ob levitatem et molestam præparationem contempti. 4-9.**

**II. Indignatur cum Deo Moyses facinori, suique muneris onus et facultatis impotentiam Deo proponit. 10-15.**

III. Exauditur uterque, Deo,

1°. Ad sublevandum Moysen, instituente synedrium septuaginta virorum; 16, 17.

2°. Ad satisfaciendum populo, promittente, et contra Moysis dubium confirmante concessionem carnium. 18-23.

IV. Complctur effectu utrumque,

1°. Impletis prophetiæ spiritu septuaginta viris, quorum duo a congregatione absentes, delati a Josue, probantur a Moyse; 24-29.

2°. Perlatis vento in castra coturnicibus, ad escam in mensem integrum abundantibus; 30-32.

3°. Sed secuta hinc in carnivoros plaga mortis, et loco ab eventu nominato: unde in Haseroth migratum. 33, 34.

### § III. CASUS IN HASEROTH.

I°. *Maria et Aaron contendunt et æmulantur cum fratre Moyse*, cujus mansuetudo notatur. *Cap.* XII, *v.* 1-3.

II°. *Deus, Moysis causam suscipiens*,

I. Sororem cum fratribus evocat et alloquitur ad Tabernaculum. 4-6.

II. Moysen declarat prophetam sibi familiarissimum. 6-8.

III. Aaronem et Mariam objurgat, hanc insuper lepra affligit. 8-10.

III°. *Aaron veniam delicti, et preces pro sorore a Moyse expetit.* 11, 12.

IV°. *Maria, intercedente Moyse, jubente Deo, separatur septiduo a castris;* post quod sanata redit. 13-15.

## SECTIO II.

### RES FACTÆ ET CONSTITUTÆ AB ADVENTU IN DESERTUM PHARAN USQUE AD APPULSUM IN DESERTUM SIN.

### § I. CHANANÆA AB EMISSARIIS EXPLORATA, ET AB INOBEDIENTIBUS INFESTATA.

I°. *Exploratio Chananitidis*

I. Adornata, delectum singulorum virorum e singulis tribubus

1°. Deo jubente; *cap.* XIII, *v.* 1-3.

2°. Moyse faciente, et Josue speciatim distinguente. 4-18.

II. Instructa monitis a Moyse datis circa res observandas. 19-21.

III. Perfecta intra quadraginta dies, regione universim lustrata, et specimine fructuum relato. 22-26.

II°. *Relatio de exploratione*

I. Exaggerata a plurimis, ob difficultatem occupandæ et subigendæ Chananææ. 27-30.

II. Refutata a Caleb, difficultatem imminuente. 31.

III. Aucta ad terrorem a priorum continuata exaggeratione. 32-34.

III°. *Divulgatio relationis,*

I. Excepta a populo cum mœrore, murmure ac seditione contra Moysen. *Cap.* XIV, *v.* 1-4.

II. Correcta a Moysis et Aaronis adhortatione, et Josue ac Caleb contraria contestatione. 5-9.

III. Exasperata a furentis populi contra monentes concitatione. 10.

IV°. *Vindicatio divulgationis perperam acceptæ,*

I. Intentata a Deo capitalis et universalis. 10-12.

II. Suspensa interventu Moysis, pro venia impetranda rationes ex hominum malevolentia et Dei gloria afferentis. 13-19.

III. Temperata, dato veniæ promisso, sed decreta adultorum, præter Caleb omnium, exclusione ab ingressu in Chanaan. 20-24.

V°. *Executio decretæ vindicationis*

I. Definita ob murmur novum de regressu imperato excitatum, et secundum circumstantias declarata. 25-35.

II. Exercita a Deo in exploratores omnes exceptis Josue et Caleb, 36-39.

III. Accersita in seipsos ab aliis, contra Dei imperia et Moysis monita, ingressum in Chanaan tentantibus, sed cæsis et repulsis 40-45.

§ II. STATUTA PLEROTICA.

I°. *Ritus in Palæstina observandi : cap.* XV, *v.* 1, 2.

I. In sacrificiis holocausticis, votivis et spontaneis, victimæ addenda simila conspersa oleo, et vini libamen tam ab Israelita, quam a proselyto offerente. 3-15.

II. In primitiis nihil eximatur sive cibi, sive frumenti, sive pulmenti. 16-21.

III. In piaculis pro peccato ignorantiæ definitur sacrificium, et pro cœtu et pro singulari homine faciendum. 22-29.

II°. *Sanctio pœnalis,*

I. Decreta exterminii contra omnes ex malitia peccantes. 30, 31.

II. Exserta contra delinquentem sabbati violatorem, per mortem lapidatione a Deo dictata illatam. 32-36.

III°. *Observantia vestiaria*,

I. Circumscripta vittis hyacinthinis, ad angulos palliorum appensis. 37, 38.

II. Destinata ad memoriam fugiendorum malorum et faciendorum mandatorum excitandam. 39-41.

§ III. AUCTORITAS LEGITIMA VINDICATA.

I°. *Controversia circa Aaronis pontificatum*,

I. Mota a Core, Dathan et Abiron, associatis ducentis quinquaginta proceribus. *Cap.* XVI, *v.* 1-3.

II. Compositioni parata a Moyse,

1°. Deprecante adversarios et ad experimentum evocante; 4-7.

2°. Proponente Levitis injustitiam et ingratitudinem oppositionis; 8-11.

3°. Volente loqui ceteris, sed audire renuentibus. 12-14.

III. Decisioni divinæ ab eodem irato permissa, partibus litigantibus ex adverso statutis, et incensum coram Deo offerre jussis. 15-18.

IV. Præjudicata,

1°. Deo secessionem multitudinis ab actoribus litis iterato jubente; 19-24.

2°. Multitudine ad Dei imperium et Moysis monitum secedente; 25-27.

3°. Moyse signum sententiæ Dei decretoriæ in modo mortis secuturæ statuente. 28-30.

V. Decisa et vindicata,

1°. Core, Dathan et Abiron cum familiis a terra absorptis; 31-33.

2°. Ducentis quinquaginta sociis igne absumptis. 34, 35.

VI. Servata memoriæ posterorum,

1°. Deo thuribula seditiosorum in laminas diducta ad altare affigi mandante; 36-38.

2°. Eleazaro sacerdote mandatum exequente. 39, 40.

II°. *Consectaria ad controversiæ decisionem.*

I. Populi seditio altero die orta contra Moysen et Aaron. 41, 42.

II. Moysis et Aaronis fuga ad Tabernaculum. 43.

III. Dei prædictio de ultione seditiosos castigatura. 44, 45.

IV. Aaronis cum thuribulo incensi ad plagam sistendam interventus, hortante Moyse acceleratus. 46-48.

V. Plagæ suspensio, amplitudo et cessatio. 48-50.

III°. *Confirmatio sententiæ miraculosa.*

I. Signum sacerdotii divinitus collati statuitur a Deo in virga flores germinatura, reliquis virgis, singulis singularum tribuum nomina inscripta gerentibus, sine flore mansuris. *Cap.* XVII, *v.* 1-5.

II. Exploratio fit, repositis in Tabernaculo tredecim virgis, nomen tribuum totidem inscriptum seorsim habentibus. 6, 7.

III. Miraculum die altero apparet in virga Aaronis, seu tribus Levi, sola flores nacta; ac promulgatur, illa cum reliquis in publicum prolata. 8, 9.

IV. Confirmatio, inde legitimæ Aaronis auctoritati accedens, stabilitur per conservationem virgæ Aaronicæ in Tabernaculo repositæ imperatam, et executioni datam. 10, 11.

V. Constitutio divina a populo superstite agnita cum timore et reverentia. 12, 13.

## § IV. LEGES HIERATICÆ.

I°. *De ministris sacris.*

I. Officia eorumdem, et quidem Aaronis et filiorum sacerdotum sunt sacrificia et cura Tabernaculi; Levitarum autem custodia, et ministratio sacerdotibus ad altare et in tabernaculo operantibus præstanda. *Cap.* XVIII, *v.* 1-7.

II. Stipendia pendenda

1°. Sacerdotibus, sunt omnia ex sacrificiis Deo sanctificata, et diversæ comestioni relicta; primitiæ item omnes, anathemata, et primogenitorum redemptiones. 8-19.

* Decedit vero possessio portionis terræ in Chanaan. 20.

2°. Levitis sunt decimæ omnium Israelitis obvenientium. 21-24.

** Decedunt decimarum decimæ, quarum pensio pontifici reddenda commendatur plurimum, facta potestate comedendi reliqua quocumque in loco. 25-32.

II°. *De aqua lustrali.*

I. Præparatio religiosa: *cap.* XIX, *v.* 1, 2. Hujus

1°. Materia est vacca rufa, a sacerdote extra castra mactata, et interpositis variis ritibus combusta; 2-6.

2°. Actio complectitur tum lotionem eorum, qui mactarunt et combusserunt vaccam, ac reposuerunt cineres; tum commixtionem cum aqua. 7-10.

II. Vis et usus ad purificandos, variis ritibus, tum homines immundos ex contactu humani cadaveris vel morticini, tum immunda vasa et supellectilem. 11-19.

III. Reatus hujus ritus neglecti, et modus multiplex immunditiam contrahendi. 20-22.

## SECTIO III.

### PEREGRINATIONIS EXTREMA ET OCCUPATIONIS INITIA.

#### § I. MEMORABILIA STATIONIS IN CADES.

I°. *Mors Mariæ* post appulsum in Cades, primo anni mense. *Cap.* XX, *v.* 1.

II°. *Seditio populi*,

I. Concitata ob defectum aquæ. 2.

II. Conjuncta cum imprecatione mortis, et exprobratione Moysis et Aaronis. 3-5.

III. Mitigata Moysis ad Deum deprecatione, et divino promisso aquæ e petra eliciendæ. 6-8.

IV. Sedata largissimis aquis, coram populo reprehenso, geminato virgæ verbere e petra elicitis. 9-11.

III°. *Peccatum*

I. Moysis et Aaronis, hac occasione commissum, reprehensione et prædicta a terræ promissæ ingressu exclusione castigatum. 12.

II. Populi, nomine memoriali servatum ad posterorum horrorem. 13.

IV°. *Transitus per Idumæam*

I. Postulatus ab Israelitis, missa ad Regem legatione, apta ad persuadendum oratione, data indemnitatis sponsione. 14-17.

II. Negatus iterato ab Idumæorum Rege, et manu armata prohibitus. 18-21.

#### § II. COMMENTARIUM PROFECTIONIS CONTINUATÆ.

I°. *Translatis castris in Hor*, 22.

I. Deus denuntiat Aaroni hic in monte moriendum; mandatque Eleazarum, vestibus patris indutum, initiari pontificatu. 23-26.

II. Moyses mandatum executus, mortuo Aarone, Eleazarum repræsentat populo. 27-29.

III. Populus luget Aaronis obitum triginta diebus. 30.

II° *Statione ibidem protracta.*

I. Rex Chananæus Arad infestat Israelitas, et prædas agit. *Cap.* XXI, *v.* 1.

II. Israelitæ, voto anathematis facto, Regis victi cæsique urbes subvertunt, locumque nomine Horma consignant. 2, 3.

III°. *Flexo, ad declinandam Idumæam, itinere versus mare rubrum*, 4.

I. Populus, profectionis et alimenti pertæsus, murmurat contra Deum et Moysen; sed percussus a serpentibus ignitis et pœnitens, implorat medelam, 5, 7.

II. Moyses ad preces fusas instructus a Deo, serpentem æneum erigit, sanaturum eos, qui percussi illum aspicerent. 8, 9.

IV° *Profectionibus succedentibus pervenitur*

I. In Oboth, in Jeabarim, ad torrentem Zared, et ad Arnon, inter Moabitas et Amorrhæos medium et vaticiniis notatum. 10-15.

II. Tum ad puteum alloquio Dei et cantico Israelis celebrem. 16-18.

III. Denique in Mathana, in Nahaliel, in Bamoth, vallem Moabitarum ad montem Phasga. 19, 20.

§ III. EXPEDITIO BELLICA PARTEM PROMISSÆ TERRÆ ISRAELITIS ASSERENS.

I°. *Contra Amorrhæos Hesebonitas.*

I. Occasio, transitus ab Israele petitus, a Rege Sehon negatus. 21, 22.

II. Prælium ab Amorrhæis illatum, cum eorum internecione finitum. 23, 24.

III. Occupatio regionis ab Arnon usque Jebec ac limites Ammonitarum universæ, cum Hesebon regia, proverbio famosa. 24-31.

IV. Extensio occupationis ad Jezer et oppida subjecta. 32.

II°. *Contra Amorrhæos Basanitas.*

I. Concertatio inita, Israelitis in Basan tendentibus, Rege Og et populo se opponentibus. 33.

II. Victoria Moysi promissa a Deo, et imperata deletis incolis occupatio regionis. 34.

III. Clades internecina Regis cum populo, et capta ab Israelitis regni possessio. 35.

# PARS III.

EXPEDITIONIS JAM FACTÆ, ET ADHUC INSTANTIS PERISTASES.

## SECTIO I.

VARIUS SUCCESSUS MOLITIONUM HOSTILIUM ADVERSUS NOVOS ACCOLAS ISRAELITAS.

### § I. MOLITIO MOABITARUM.

I°. *Consultatio habita* a Rege Balac cum Moabitis et Madianitis, pro sui defensione contra Israelitas jam vicinos potentiores. *Cap.* XXII, *v.* 1-4.

II°. *Comitiorum consultum*, de evocando per legatos Balaamo augure ad maledicendum Israelitis. 5. 6.

III°. *Legatio utriusque populi.*

I. Prior effectu carens,

1°. Balaamo, ad legatorum appulsum, noctem, pro consulendo Deo, postulante ; 7, 8.

2°. Deo profectionem et maledictionem prohibente; 9-12.

3°. Balac repulsam postulati a legatis reversis audiente. 13, 14.

II. Altera splendidior 15.

1°. Postulatum repetit, et promissa facit amplissima ; 16, 17.

2°. Responsum quidem Balaami generosum primo accipit, consultationem tamen Dei nocturnam expectare jubetur ; 18, 19.

3°. Demum redux Balaamum, non sine divino tamen monito dimissum, habet comitem. 20. 21.

IV°. *Iter a Balaamo susceptum*,

I. Interturbatur divinitus,

1°. Angelo primum in via evaginato gladio se opponente, et asina Prophetæ bajula in agrum declinante ; 22, 23.

2°. Illo eodem dein intra vinearum macerias rursus obstante, et hac ad parietem se referente, pedemque sessoris atterente ; 24, 25.

3°. Priore tandem intra loci angustias obvio, posteriori autem concidente, Balaamo ubique in jumentum verberibus sæviente ; 26, 27.

II. Interpolatur colloquio

1°. Asinæ cum Balaamo : illa rationem verberum reposcente, hoc impotentius furente et imprecante ; 28-30.

2°. Angeli cum eodem : illo se manifestante et Balaamum increpante, hoc culpam deprecante, et monitum de moderandis ad divina mandata sermonibus recipiente. 31-35.

III. Absolvitur appulsu ad Moabitas, quem

1°. Excipit Balac ad regionis limites occurrens, et factas adventus moras alioquantum carpens; 36, 37.

2°. Explicat Balaam rationem de Dei mandato reddens; 38.

3°. Sequitur paratum in urbe limitanea convivium. 39, 40.

§ II. SUCCESSUS MOLITIONIS HAUD EXPECTATUS OB CONTRARIA BALAAMI VATICINIA.

I°. *Vaticinii primi*

I. Dispositio facta,

1°. Delecto in locum augurii monte Baal; 41.

2°. Erectis septem aris, et totidem tum vitulis, tum arietibus impositis in holocaustum; *cap.* XXIII, *v.* 1, 2.

3°. Balac ad aras restante, Balaamo ad augurium captandum secedente, Deo occurrente et oraculum dante. 3-5.

II. Propositio coram Balac et proceribus edita, 6.

1°. Sistens Moabitarum postulatum, sed vatis ad obsecundandum impotentiam, hujusque rationem ; 7, 8.

2°. Exponens dignitatem Israelis, ex separatione illius a reliquis gentibus, et multitudine ; 9, 10.

3°. Adjungens votum mortis suæ, ad justorum mortem conformandæ. 10.

III. Consecutio, complexa

1°. Indignationem Balac de vaticinio votis adverso; 11.

2°. Excusationem Balaami ac defensionem. 12.

II°. *Vaticinii secundi*

I. Dispositio facta,

1°. Translata in montem Phasga statione augurii, et aris ibidem cum holocausto positis; 13, 14.

2°. Repetitis, ut prius, Balaami consultatione et Dei oraculo. 15, 16.

II. Propositio Balac interroganti reddita, 17, 18.

1°. Præmittens, nec a Deo mutationem oraculi, nec a se transgressionem mandati expectari posse ; 19, 20.

2°. Exhibens Israelis a superstitione immunitatem, et Dei erga illam tutelam victricem; 21-23.

3°. Prædicens victoriam et prædam, ex hostibus reportandam. 24.

III. Consecutio, complexa

1°. Postulationem Regis, contra benedictionem excipientis; 25.

2°. Responsum Balaami, factum suum observantia Deo debita tuentis. 26.

III°. *Vaticinii tertii*

I. Dispositio facta,

1°. Mutata rursus statione, et in monte Phogor capta; 27, 28.

2°. Paratis iterum aris et sacrificiis; 29, 30.

3°. Balaamo non jam digresso, sed converso duntaxat ad castra conspectu, et Deo non jam occurrente, sed tantum inspirante. *Cap.* XXIV, *v.* 1, 2.

II. Propositio, cum stupore vatis prolata, 3, 4.

1°. Prædicans pulchritudinem habitationis, fertilitatem terræ, et multitudinem populi Israelitarum; 5-7.

2°. Vaticinans Amalecitarum excidium, hostium aliorum stragem et Israelitarum victricem fortitudinem; 7-9.

3°. Addens præsagium de benedicendis amicis et maledicendis inimicis Israelitarum. 9.

III. Consecutio, complexa

1°. Effervescentiam regis vatem increpantis et abdicantis, munera destinata negantis; 10, 11.

2°. Refutationem increpationi a Balaamo oppositam, et declarationem reditus suscipiendi, non tamen ante datum consilium et novum vaticinium. 12-14.

IV°. *Vaticinii quarti propositio, cum priori vatis stupore edita,* 15, 16.

I. Prænuntians, sub typo stellæ et regis, adventurum olim Messiam, ejusque victorias et regnum. 17-19 (1).

II. Prævidens Amalecitarum post læta initia tristem exitum; Cinæorum etiam tum præviam immunitatem, tum subsequam sub Assyriis captivitatem. 20-22.

III. Præmonens de Assyriorum et Hebræorum excidio per advenas ex Italia, ac horum etiam interitu. 23, 24.

* Reditus Balaami et Balac ad suam cujuslibet patriam. 25.

(1) Cf. S. Justinum *Apol.* 1°. n. 32, et *Dial. cum Tryph.* n. 106, S Irenæum *contra Hæres.* lib. III. c. x. n. 2, Origenem *contra Celsum* lib. I. n. 39 (opp. tom. I. pag. 374), *Homil.* XVIII. *in Numeros* n. 4 (*ibid.* tom. II. pag. 341. 342), *in Cantic. Cantic.* lib. II (*ibid.* tom. III. pag. 64. col. 1), *in Joann.* tom. XIII. n. 26 (*ibid.* tom. IV. part. 1a. pag. 236), S. Cyprianum *Testim. adv. Judæos* lib. II. c. 10, Lactantium *Divin. Instit.* lib. IV. c. XIII et *in Epitom.* c. XLIV (Galland. tom. IV. pag. 294 et 382), Eusebium Cæsariens. *Demonst Evangel.* lib. IX. pag. 417 et seqq., S. Athanasium *de Incarn. Verbi Dei* n. 33 (opp. tom. I. part. 1a. pag. 60. edit. Venet.), S. Ephrem *in c.* XXIV *Numer.* (opp. Syr. Lat. tom I. pag. 263), S. Basilium *in sanctam Christi Generat.* (opp. tom. II. pag. 600. D), S. Ambrosium *in Luc.* lib. II. n. 48 (opp. tom. I. part. 2a. pag. 1297), S. Gregorium Nyss. *Testim. adv. Judæos* c. II (Galland. tom. VI. pag. 383), S. Joannem Chrysost. *Synops. Scripturæ sacræ* (opp. tom. VI. pag. 333 A), S. Hieronym. *Epist.* LXXVII, *ad Oceanum* n. 7 (opp. tom. I. pag. 463. edit. Vallarsii), et *in Matthæi Evangel.* c. II (*ibid.* tom. VII. pag. 14), Zacchæum *Consultat.* c. IV (Galland. tom IX. pag. 223. E.), Theodoretum q. 44. *in Numer.* (opp. tom. I. pag. 162), S. Cyrillum Alexand. *contra Julianum* lib VIII (opp. tom. VI. part. 2a. pag. 263), S. Leonem M. *Serm. de Epiphan.* IV. c. II (opp. tom. I. pag. 123), S Maximum Taurin. *Homil.* XIX (opp. pag. 33), *Homil.* XX (*ibid.* pag. 35), *Homil.* XXVI (*ibid.* pag. 76), S. Gregorium M. *Moral. in Job.* lib. XXVII. c. XXXV (opp. tom. I. pag. 881), etc, etc. (Edit.)

### § III. MOLIMEN MADIANITARUM CUM SUCCESSU HEBRÆIS ET AUCTORIBUS FUNESTO.

I°. *Israelitarum in Settim morantium perversio*,
- I. Inchoata per luxuriam. *Cap.* XXV, *v.* 1.
- II. Aucta per idololatriam. 2, 3.
- III. Proscripta per sententiam Dei, primariis reis suspendium decernentis. 4.
- IV. Punita cæde promiscua, viginti quatuor hominum millia consumente. 5, 9.

II°. *Singularis facinoris ibidem commissi*
- I. Descriptio, exaggerata a circumstantiis, et nominata ex auctoribus. 6, 14, 15.
- II. Ultio a Phinees sumpta de facinorosis in ipso flagitio. 7, 8.
- III. Ultor præmiatus a Deo, se placatum professo, et perpetuum vindici sacerdotium pollicito. 10-13.

III°. *Pœnæ in Madianitas divinitus decretæ*
- I. Executores constituti Israelitæ. 16, 17.
- II. Causæ recensitæ, seductio ad idololatriam et sollicitatio ad luxuriam. 18.

## SECTIO II.

### PRÆSCRIPTA DIVINA AD POSSESSIONEM CHANANITIDIS LEGITIME CAPESSENDAM SPECTANTIA.

### § I. DINUMERATIO ISRAELITARUM.

I°. *Popularis et ad bellum idonea*,
- I. Imperata a Deo, post sumptum de noxiis supplicium. *Cap.* XXVI, *v.* 1, 2.
- II. Inita a Moyse et Eleazaro in campestribus Moab, ad littus Jordanis oppositum Jerichunti. 3, 4.
- III. Recensita secundum tribus relatas, additis familiarum majoribus, inspersis factorum monumentis, et subjectis summarum indicibus. 5-51.
- IV. Futura basis distributionis possessoriæ, cum proportione et per sortem faciendæ. 52-56.

II°. *Levitica*, recensita
- I. Secundum stirpes et familias universim. 57, 58.

II. Secundum familiam Amram speciatim. 59-61.
III. Secundum capita. 62.

III°. *Utraque distincta a primo censu*

I. Per auctores et locum. 63.
II. Per numeratos, præter Caleb et Josue, a primis diversos. 64, 65.

§ II. DISPOSITIO SUCCESSORIA.

I°. *De successore Israelitæ prole mascula carentis.*

I. Casus et occasio dispositionis :
1°. Filiæ Salphaad, sine prole mascula defuncti, hæreditatem patris ab intestato postulant; *cap.* XXVII, *v.* 1-3.
2°. Moyses causam decidendam defert ad Deum. 4.

II. Responsum divinum
1°. Decernens quæstionem propositam, et filiabus Salphaad postulatum addicens; 5, 6.
2°. Addens legem, qua jubentur succedere
1. Prole mascula carenti, filiæ; 7, 8.
2. Improli, primum fratres, tum patrui, denique agnati proximi. 9-11.

II°. *De successore Moysis.*

I. Occasio denominationis
1°. Mors Moysis proxime instans, ex jussu Dei in monte Abarim, ad Aaronis exemplum, ob idem delictum oppetenda; 12-14.
2°. Deprecatio Moysis, sibi substitui ducem populi alium flagitantis. 15-17.

II. Denominatio divina Josue in successorem, cui
1°. Datur elogium; 18.
2°. Decernitur inauguratio; 19, 20.
3°. Commendatur observantia oraculi, per Pontificem dandi. 21.

III. Inauguratio facta, Moyse operante, Eleazaro et populo præsente. 22, 23.

§ III. COMMENDATIO REPETITA RELIGIONIS JAM ORDINATÆ,

I°. *Per sacrificia præstanda certis temporibus* : *cap.* XXVIII, *v.* 1, 2. Scilicet,

I. Quotidie tum mane, tum vespere. 3-8.
II. Sabbatis. 9, 10.
III. Calendis mensium, seu neomeniis. 11-15.
IV. Festo Paschatis, tum diebus solemnibus, tum intermediis. 16-25.

V. Festo Pentecostes. 26-31.
VI. Festo Tubarum. *Cap.* xxix, *v.* 1-6.
VII. Festo Expiationis. 7-11.
VIII. Festo Tabernaculorum per singulos octidui dies. 12-38.
* His addi possunt vota et spontanea sacrificia omnis generis. 39.

II°. *Per vota et juramenta, conditionibus a Deo datis et a Moyse propositis munita. Cap.* xxx, *v.* 1, 2. Et quidem
I. Emissa a viro, obligant et implenda sunt. 3.
II. Emissa a puella patriæ potestati subjecta, patre sciente et tacente, rata; contradicente, irrita sunt. 4-6.
III. Emissa a conjugata, similiter tacente vel contradicente marito, obligant, vel non obligant. 7-9.
IV. Emissa a vidua vel repudiata, valent et præstanda sunt. 10.
V. Emissa a conjugata etiam de jejunio et abstinentia, sub regula prius data continentur; marito post approbationem tacitam rescindente, reatum voti non soluti subeunte. 11-16.
* Annotatio leges, in hac materia a Deo statutas inculcans. 17.

## SECTIO III.

### POSSESSIONIS INITIA TUTO AC RITE ORDINATA.

#### § I. SECURITAS ISRAELITICIS PROGRESSIBUS PER MADIANITARUM EXCIDIUM ASSERTA.

I°. *Bellum sacrum contra Madianitas*
I. A Deo indictum, a Moyse denuntiatum. *Cap.* xxxi, *v.* 1-4.
II. A selectis duodecim millibus, comitante Phinces et sacro apparatu, susceptum. 5, 6.
III. Feliciter gestum, et, occisis cum Balaamo quinque regibus ac viris omnibus, depræliatum. 7, 8.
IV. Abductis in captivitatem fœminis ac parvulis, vastatisque urbibus ac reliquis, terminatum. 9-11.

II°. *Præda hujus belli expiata*,
I. Præmissa a Moyse reprehensione, ob fœminas nuperæ seductionis auctores cum præda servatas. 12-16.

II. Imperata masculorum inter parvulos, et virum expertarum inter fœminas cæde. 17, 18.

III. Præscripta purificatione legali, tum hominum per cædem aut cadaveris tactum immundorum, tum supellectilis et vasorum hostibus ereptorum. 19, 20.

IV. Addita omnium præda captorum expiatione, vel per ignem vel per lotionem, ipsiusque exercitus emundatione. 21-24.

III°. *Reliquiæ spoliorum divisæ*,

I. Edita lege, quæ partem spoliorum alteram pugnatoribus, alteram castrorum custodibus, simul vero quingentesimam ex priori, et quinquagesimam ex posteriori partem Deo et sacerdotibus tribuendam imperat. 25-30.

II. Accommodata ad hanc legem executione. 31-47.

IV°. *Votiva victorum oblatio*,

I. Ob servatum ab omni noxa exercitum a ducibus decreta. 48-50.

II. A Moyse et Eleazaro suscepta, et sanctuario illata. 51-54.

§ II. NEGOTIUM POSSESSIONIS TRANSJORDANICÆ.

I°. *Tractatum*,

I. Rubenitis et Gaditis, ob pascua pecoribus suis commoda, terram transjordanicam in suæ possessionis portionem exorantibus. *Cap.* XXXII, *v.* 1-5.

II. Moyse improbante postulatum tanquam desidiæ indicium, scissionis fraternæ principium, scandalum aliis futurum, simile illi ab exploratoribus dato, causam item excitandæ iræ divinæ. 6-15.

III. Prioribus consilium suum exponentibus, scilicet relinquendi sua duntaxat impedimenta intra munitas hac ex parte stationes, præeundi suis cum copiis populum in terram cisjordanicam transiturum, neque reducendi easdem ante assertam fratribus possessionem, neque de hac quidpiam petendi. 16-19.

IV. Posteriore sub oblatis conditionibus consentiente. 20-25.

V. Utrisque transactionem absolventibus coram Eleazaro, Josue et principibus : illis nempe conditiones spondentibus, hoc autem postulati concessionem reliquis imperante. 26-32.

II°. *Confectum,*

I. Datis universim a Moyse regnis Schon et Og in possessionem postulatam. 33.

II. Occupatis specialim

1°. A tribu Gad, parte septentrionali regionis Amorrhæorum ; 34-36.

2°. A tribu Ruben, reliqua illius regionis portione ; 37.

3°. A dimidia tribu Manasses, Galaadite et plaga ulteriore novis victoriis acquisita. 38-42.

§ III. COLLECTANEA FACTORUM ET FACIENDORUM CIRCA POSSESSIONEM CISJORDANICAM.

I°. *Historica recensio stationum profectionis Israeliticæ huc usque promotæ :*

I. Inscriptio hujus recensionis a Moyse consignatæ. *Cap.* XXXIII, *v.* 1, 2.

II. Terminus a quo cœpta profectio, cum adjunctis temporum et hominum. 3, 4.

III. Series stationum prior, a Ramesses ad montem Sinai; 5-15.

IV. Altera a monte Sinai usque in Cades; 16-36.

V. Posterior a Cades ad Jordanis ripam objectam Jerichunti. 37-49.

II°. *Observanda in aditu possessionis :*

I. Exscindantur incolæ cum monumentis idololatricis. 50-53.

II. Dividatur terra sorte, et secundum proportionem. 54.

III. Caveatur indulgentia erga incolas, origo malorum plurium alias futura. 55-56.

III°. *Instituenda regionis cisjordanicæ divisio*

I. Chorographica, et secundum terminos : *cap.* XXXIV, *v.* 1, 2.

1°. A meridie, desertum Sin a mari mortuo decurrens per Cadesbarne ad torrentem Ægypti et mare Mediterraneum; 3-5.

2°. Ab occidente, mare Mediterraneum; 6.

3°. A septentrione, linea ex Mediterraneo ducta ad Antilibanum, et hinc terminata in Enan; 7-9.

4°. Ab oriente, plaga Enan inter et superiorem Jordanem interjacens, fluvii ejusdem reliquus decursus, ac mare mortuum. 10-12.

II. Politica et secundum habitationem :

1°. Rubenitis, Gaditis et ex dimidio Manassenis, utpote trans Jordanem jam locatis, nulla hic possessio ; 13-15.

2°. Reliquis tribubus novem ac dimidiæ distributio fiat per sortem, et præter Eleazarum ac Josue per decem ex his tribubus designatos principes; 16-29.

3°. Levitis cedant quadraginta octo urbes cum suburbanis, milie passuum spatio undique extensis, proportione ampiioris terræ a tribubus possessæ servata cum numero urbium tribuendarum. *Cap.* XXXV, *v.* 1-8.

III. OEconomica et secundum indulgentiam asyli : pro quo

1°. Destinentur ex urbibus Leviticis sex, et quidem tres trans, ac tres eis Jordanem ; 6, 9-15.

2°. Hæ tamen nihil prosint homicidis voluntariis; 16-21.

3°. Præbeant vero securitatem homicidis fortuitis, siquidem mature in eas confugerint. 22-29.

IV°. *Legalis repetitio et declaratio judiciorum.*

I. In causis capitalibus :

1°. Homicidium testibus pluribus, non uno solo, probatum puniatur morte; 30.

2°. Judex, accepto munere indulgens homicidæ, plectatur ipse morte; 31.

3°. Fortuiti homicidii causa profugus in urbem asyli, non revertatur in patriam ante Pontificis mortem; 32.

4°. Gratia vitæ non fiat homicidæ voluntario. 33, 34.

II. In causis civilibus :

1°. Proponitur casus de filiabus Salphaad supra memoratis, cuinam iiias nubere deceat ; *cap.* XXXVI, *v.* 1-4.

2°. Resolvitur Dei per Moysen responso generali, fœminis hæredibus nuptias contrahendas cum contribulibus, ad distractionem possessionum impediendam ; 5-10.

3°. Completur facto, filiabus Salphaad ex proximis consanguineis maritos ducentibus. 11, 12.

* Adjectio omnes has leges a Deo datas annotans. 13.

# LIBER DEUTERONOMII.

RESPUBLICA THEOCRATICA POPULI A DEO ELECTI STABILITA
ET AD POSTEROS PROPAGATA.

---

## PARS I.

INSTITUTIO HISTORICO-PARÆNETICA.

---

### PROOEMIUM

ANNOTANS LOCUM ET TEMPUS HABITI A MOYSE AD POPULUM CONGREGATUM SERMONIS. *Cap.* I, *v.* 1-5.

§ I. EXPOSITIO HISTORICA PRÆCIPUORUM POST CONSTITUTAM THEOCRATIAM EVENTUUM.

**I°.** ***Inter stationes in Horeb et Cadesbarne:***

I. Mandatum Dei ad iter in terram promissam suscipiendum. 6-8.

II. Difficultas Moysis in gubernatione populi a se solo administranda. 9-12.

III. Communicatio gubernationis cum aliis, et data his instructio. 13-18.

IV. Profectio ratione loci molestissima. 19.

**II°.** ***In Cadesbarne:***

I. Ingressus in Chanaan indictus, sed usque ad faciendam explorationem suspensus; 20-23.

II. Facta exploratione et exploratorum relatione, contra Moysis obtestationem a populo recusatus; 24-33.

III. A Deo propterea irato adultis omnibus, etiam Moysi, ob aliam tamen causam, negatus et interdictus; 34-40.

IV. Nihilominus dein a refractariis tentatus, sed clade immani accepta interclusus, et longiore in Cadesbarne mora exceptus. 41-46.

III°. *In itinere ad Arnon usque* : *cap.* II, *v.* 1,

I. Præceptum prætereundi limites Idumæorum et abstinendi ab eorum infestatione. 2-8.

II. Idem præceptum respectu Moabitarum, ob utriusque populi cognationem et potentiam. 9-12.

III. Annotatio temporis peregrinando consumpti, cum interitu omnium ab introitu in Chanaan exclusorum. 13-15.

IV. Repetitio præcepti superioris, etiam respectu Ammonitarum, assignata ratione simili. 16-23.

IV°. *In ingressu terræ transjordanicæ* :

I. Belli contra Amorrhæos Hesebonitas suscepti præsagium, occasio, conflictus, victoria, præda. 24-37.

II. Æqualis conditio belli contra Amorrhæos Basanitas gesti, adnotatis occupatarum terrarum limitibus, et Og proceritate. *Cap.* III, *v.* 1-11.

V°. *In divisione ejusdem terræ jam acquisitæ*,

I. Facta inter Rubenitas, Gaditas et mediam tribum Manasses. 12-17.

II. Adstricta tamen onere auxilii ab illis ferendi in occupatione terræ cisjordanicæ. 18-20.

VI°. *In ulteriore progressu faciendo* : ad quem

I. Josue instruitur monitis. 21, 22.

II. Moyses aspirat votis; sed non permittitur, nisi aspectibus e monte concessis. 23-27.

III. Præparatur tum Josue confortatione, tum populus quiete. 28-29.

§ II. CONTINUATIO SERMONIS.

I°. *Adhortatoria*

I. Ad fidem et obedientiam Mosaicis præceptionibus intemerate præstandam; *cap.* IV, *v.* 1, 2. idque

1°. Ob experientiam refractariis funestam, observatoribus proficuam; 3, 4.

2°. Ob divinam, a qua illæ profectæ sunt, auctoritatem; 5.

3°. Ob prærogativam populo hinc obventuram. 6-8.

II. Ad observantiam et commendationem Decalogi, cum tanta solemnitate promulgati. 9-14.

II°. *Dehortatoria ab idololatria* ; utpote cui

I. Promulgatio Legis symbolis destituta subtrahit omnem speciem probabilitatis. 15-19.

II. Opponitur finis institutæ theocratiæ. 20.
III. Impendet justitia divina, vel in levem Moysis defectum gravis, et ex zeli natura vehemens. 21-24.

III°. *Prophetica* :
I. In casu idololatriæ prædicens populi e terra promissa exterminium, et dispersionem inter gentes. 25-28.
II. In casu resipiscentiæ promittens Dei misericordiam reliquiis populi exhibendam. 29-31.

IV°. *Suasoria* medii ad evitandam tum culpam, tum pœnam memoratam : est autem illud
I. Æstimatio beneficiorum, quibus Deus populum hunc ab aliis omnibus eximie distinxit. 32-34
II. Attentio finis, scilicet cognitio Dei, et cultus eidem in hac terra præstandus. 35-38.
III. Meditatio tum datorum præceptorum, tum promissorum præmiorum. 39, 40.

APPENDIX.

Constituuntur a Moyse in terra transjordanica tres asyli urbes, Bosor, Ramoth et Golan. 41-43.

## PARS II.

REPETITIO LEGUM DIVINARUM, OBSERVATIONIBUS, EXPLANATIONIBUS ET CONTESTATIONIBUS INSPERSIS, AMPLIFICATA.

### PROOEMIUM.

I°. *Oratorium :*

I. Annotatio historica temporis et loci, quo sermo hic a Moyse ad populum est habitus. 44-49.

II. Exordium sermonis excitans auditores ad attentionem et executionem. *Cap.* v, *v.*1.

III. Narratio exponens finem, circumstantias, et interpretem promulgati Decalogi. 2-5.

II°. *Legale*, exhibens legem universalem, sive præcepta

I. Tabulæ primæ, ad Deum spectantia; 6-15.

II. Secundæ, ad proximum pertinentia. 16-22.

III°. *Historicum*, referens

I. Populi, ad promulgationis majestatem conterriti, deprecationem pro internuntio adhibendo. 23-27.

II. Dei concessionem, Moysis subrogationem et obedientiæ commendationem. 28-33.

§ I. LEGES INTERIORA PRINCIPIA CONCERNENTES PROPOSITÆ A MOYSE PROMISSA REPETENTE. *Cap.* VI, *v.* 1-3.

I°. *Concernentes dilectionem Dei*, cujus

I. Exercitium et modus præcipitur. 4-5.

II. Ratio conservandæ multiplex docetur. 6-9.

III. Oblivio præcavetur. 10-13.

II°. *Concernentes Dei timorem*, qui

I. Retrahit a vana divini nominis usurpatione, idololatria et tentatione Dei. 13-16.

II. Incitat ad obedientiam et studium Deo placendi. 17-19.

III. Constat et augetur a memoria et divulgatione beneficiorum acceptorum et accipiendorum a Deo. 20-25.

III°. *Concernentes curam religionis :*

I. Ad præcavendam seductionem deleatur gens Chananæa, nec fœdus aut connubium cum ea ineatur. *Cap.* VII, *v.* 1-4.

II. Ad tuendam gratuitæ electionis sanctitatem exscindantur monumenta idololatriæ. 5-11.

III. Ad obtinendam benedictionis ubertatem, et contra hostes tutelam ac victoriam, exstirpentur idola, et cum adjunctis habeantur abominationi. 12-26.

IV°. *Concernentes judicium mentis*, quæ

I. In adversis suspiciat providentiam Dei virtutem explorantis. *Cap.* VIII, *v.* 1-5.

II. In prosperis grata agnoscat liberalitatem Dei benefacientis. 6-10.

III. In usu concessorum memor sit Dei, tanquam auctoris tum acquisitionum, tum virium ad acquirendum. 11-20.

IV. In aditu periculorum confidat in Dei promissis, neutiquam in propriis meritis. *Cap.* IX, *v.* 1-6.

* Meritorum Hebræis propriorum ratio ad has res omnino extranea et nulla probatur

1°. Ex historia gravissimarum prævaricationum ab illis commissarum,

1. Ad montem Horeb, et post promulgatum Decalogum; 7-21.
2. In peregrinatione reliqua, præsertim ad stationes sepulchrorum concupiscentiæ et Cadesbarne. 22, 23.

2°. Ex historia beneficiorum divinorum,

1. Vel datorum ad deprecationem Moysis post vitulum adoratum; 24-29. *Cap.* X, *v.* 1-5.
2. Vel gratuito collatorum in variis. 6-11.

V°. *Concernentes affectionem voluntatis*, quæ

I. Addat amori ac timori Dei obedientiam. 12-15.

II. Corrigat duritiam, Deumque revereatur. 16, 17.

III. Inducat hospitalitatis studium erga peregrinos. 18-19.

IV. Conciliet unionem cum Deo auctore gloriæ et amplitudinis. 20-22.

VI°. *Concernentes executionem operis*, constitutam in obedientia perfecta, orta ex amore, et protensa ad omne mandatorum genus. *Cap.* XI, *v.* 1, 8, 13, 22.

Hanc autem possunt et debent

I. Auctorare miracula in Ægypto et deserto edita. 2-7.

II. Excitare promissa vita longior, et terræ abundantia Dei beneficio uberior. 9-12, 14, 15.

III. Avocare ab opposito maleficia contrario intentata. 16, 17.

IV. Servare vigentem notæ memoriales, et doctrina filiis inculcanda. 18-20.

V. Confirmare instans terræ promissæ possessio victoriosa, amplissima et securissima. 21, 23-25.

VI. Consummare optio data inter benedictionem et maledictionem, post Jordanis transitum in montibus duobus enuntiandam. 26-32.

### § II. LEGES EXTERIORA OFFICIA ORDINANTES.

I°. *Ordinantes officia erga Deum*:

I. Circa cultum religiosum, qui
- 1°. Purgetur, destructis idolorum excelsis, aris, statuis et lucis; *cap.* XII, *v.* 1-3.
- 2°. Deferatur Deo vero, non tam in loco quocumque, quam designando divinitus; 4-7.
- 3°. Non omittatur in posterum, uti nunc fit absente opportunitate; 8, 9.
- 4°. Celebretur autem ex instituto divino secundum locum et oblationes; 10-14.
- 5°. Solemnis agatur epulis, cum discrimine tamen sacrarum et communium; item cum observantia loci et abstinentia a sanguine; 15-27.
- 6°. Discernatur a ritibus gentilium, secundum normam a Deo præscriptam. 28-32.

II. Circa seductores a vera religione, qui,
- 1°. Licet prophetia aut portentis videantur venerandi, negligantur et occidantur; *cap.* XIII, *v.* 1-3.
- 2°. Licet ob sanguinis cognationem sint amandi, abhorreantur et lapidentur; 6-10.
- 3°. Licet potentia aut multitudine metum incutiant, invadantur et exscindantur cum urbe, anathemati subjectis omnibus. 11-18.

III. Circa cultores veræ religionis, quibus
- 1°. Abstinendum a gentilium ritibus, maxime funebribus, et cibis immundis; *cap.* XIV, *v.* 1-3.
  - * Enumerantur hic tum munda, tum immunda ex animalibus terrestribus, aquaticis et volatilibus. 4-21.
- 2°. Præstandum est
  1. Triplex decimarum genus; 22-29.
  2. Indultum remissionis erga debitores in singula septennia statutum; *cap.* XV, *v.* 1-3.
  3. Officium misericordiæ erga egentes sive in largienda eleemosyna, sive in dando sine usura mutuo; 4-11.
  4. Beneficium manumissionis, expleto sexennio, servis concedendæ; 12-18.
- 3°. Observandum est primitiarum sacrificium, vel legale earum redimendarum onus præstandum. 19-23.

IV. Circa tempora cultui religioso destinata; cujusmodi sunt

1°. Paschalis solemnitas cum agni mactatione, sacrificiorum oblatione et usu azymi, loco et modo præscripto celebranda; *cap.* XVI, *v.* 1-8.

2°. Pentecostes tempus, officia, convivia et memoria; 9-12.

3°. Festivitas Tabernaculorum a similibus observationibus celebris; 13-15.

4°. Trina singulis annis marium cum oblationibus apparitio coram Tabernaculo. 16, 17.

## II°. *Ordinantes officia erga rempublicam.*

### I. Circa judicia et magistratus :

1°. Judicibus legitime constitutis; 18.

1. Justitia in foro colatur intemerate; 19, 20.
2. Scandala publica tollantur; 21, 22.
3. Defectus in sacris caveantur; *cap.* XVII, *v.* 1.
4. Severitas contra idololatras exerceatur; 2-5.
5. Pœna capitalis nonnisi post convictionem infligatur; 6, 7.

2°. A Synedrio et Pontifice

1. Causæ judicibus inferioribus dubiæ aut controversæ decidantur; 8, 9.
2. Lata sententia obtineat auctoritatem apud quoscumque sub pœna capitis; 10-13.

3°. A rege, si quem populus olim petierit, per Deum e gente deligendo, 14-15.

1. Temperantia in luxu, conviviis, ac divitiis custodiatur; 16, 17.
2. Lex divina, descriptione, lectione et observantia colatur; 18, 19.
3. Modestia et justitia undique eluceat. 20.

### II. Circa ministeria sacra :

1°. Sacerdotibus et Levitis

1. Negatur possessio ac portio ex terra dividenda; *cap.* XVIII, *v.* 1, 2.
2. Conceduntur reliquiæ sacrificiorum, primitiæ ac decimæ; 3-5.
3. Providetur etiam extra domum abeuntibus ad ministerium; 6-8.

2°. Sacrificulis et ariolis

1. Prohibetur exercitium superstitiosum; 9-11.
2. Indicitur exilium; 12-14.

3°. Prophetæ magno suscitando

1. Promittitur divina inspiratio; 15-18.
2. Conciliatur auctoritas. 19 (1).

(1) Cf. *Acta Apost.* c. III. 18-23. S. JUSTIN. *QQ. ad Orthodox. q.* 101, TERTULL. *contra Marcionem* lib. IV. c. XXII, CLEMENT. ALEXANDR. *Pædagog.* c. VII (opp. pag. 112. edit. Paris. a. 1629), ORIGENEM *in Exod. homil.* XII. n. 8 (opp. tom. II. pag. 175), *in Jeremiam homil.* I. n. 12 (opp. tom. III. pag. 152), S. CYPRIANUM *Testim.* lib. I. c. XVIII, NOVATIAN. *de Trinit.* c. IX, ARCHELAUM *Disput. cum Manete* n. 43. 44 (Galland. tom. III. pag. 599), LACTANTIUM *Divin. Instit.* lib. IV. c. XVII, EUSEB. CÆSARIENS. *Demonst. Evang.* lib. III. c. II (pag. 89 et seqq. 95), lib. IX (*ibid.* pag. 443), et lib. I. c. VII (pag. 26 et seqq.), S. ATHANAS. *Orat.* 1a. *contra Arian.* n. 55 (opp. tom. I part. 1a. pag. 362. edit. Venet.), S. EPHREM. *in c.* XVIII *Deuteron.* (opp. Syr. Latin. tom. I. pag. 277), TITUM BOSTRENS. *contra Manich.* lib. III. n. 6 (Galland. tom. VI. pag. 332. 333), S. CYRILLUM HIEROSOL. *Catech.* XII. n. 17, S. AMBROS. *in Ps.* CXVIII. *Serm.* VIII. n. 53 (opp. tom. I. part. 2a. pag. 1075), *in Lucam* lib. V. n. 109. 110 (*ibid.* pag. 1352), PSEUDO-AMBROS. *in Epist. ad Coloss.* c. II (*append.* opp. S. AMBROS. tom. II. part. 2a. pag. 266), S. GREGOR. NYSS. *Testim. adv. Judæos* c. II. (Galland. tom. VI. pag. 581. 582), et *de Cognit. Dei* (*ibid.* pag. 710. col. 1), S. EPIPHANIUM *Hæres.* LXVI. n. 72 (opp. tom. I. pag. 692), S. JOANN. CHRYSOST. *contra Anomæos*

4°. Pseudoprophetis

1. Decernitur supplicium mortis; 20.
2. Apponitur character distinguens a Prophetis veris. 21, 22.

## III. Circa indemnitatem privatam :

1°. Ratione vitæ,

1. Vindicta injusta ab homicida involuntario avertitur per urbes refugii, secundum numerum, situm et accessum determinatas; *cap.* XIX, *v.* 1-10.
2. Vindicta justa autem contra homicidam voluntarium decernitur per asylum negatum, et quæstionem capitis ordinatam; 11-13.

2°. Ratione bonorum, prohibentur fraudulentæ subversiones terminorum; 14.

3°. Ratione famæ, statuitur circa delatores ac testes,

1. Ne credatur uni soli, sed requirantur plures; 15.
2. Ne et isti, nisi rigide examinati, faciant fidem; 16-18.
3. Ne testis falsus sit impunis, sed ferat talionem. 19-21.

## IV. Circa defensionem publicam :

1°. In aditu prælii,

1. Exercitus, remoto hostium etiam potentiorum timore, confidat in Dei potentia et protectione; *cap.* XX, *v.* 1.
2. Sacerdos oratione habita excitet copias ad fiduciam in Deum; 2-4.
3. Duces selectum faciant, domum remissis ædificantibus, novalia colentibus, neo-sponsis et meticulosis; 5-8.
4. Ordines turmarum fiant et parentur ad pugnam; 9.

2°. In aggressione urbis extra Chanaan,

1. Offeratur pax: ea acceptata servetur urbs et solum fiat tributaria; 10, 11.
2. Conditionibus his repudiatis fiat assultus, et interfectis viris, capiantur in prædam fœminæ cum infantibus; 12-15.

3°. In occupatione urbis intra Chanaan, deleantur omnes incolæ, ad avertendum seditionis periculum; 16-18.

4°. In obsidione utriusque

1. Parcatur arboribus frugiferis; 19.
2. Non frugiferis uti fas sit ad machinas; 20.

5°. In casu regionis pollutæ ex cadavere interfecti auctore incerto,

1. Quæratur urbs vicinior per dimensionem distantiæ a cadavere; *cap.* XXI, *v.* 1, 2.
2. Urbis vicinioris sumptibus fiat sacrificium expiatorium; 3-5.
3. Fiat deprecatio reatus, cujus promittitur venia. 6, 9.

hom. XII. n. 4 (opp. tom. I pag. 548), *contra Judæos et Gent. quod Christus sit Deus*, n. 8 (*ibid.* pag. 569. A.) et *in II ad Cor.* hom. VII. n. 3 (*ibid.* tom. X, pag. 484), S. PHILASTRIUM *Hæres.* XCI (Galland. tom. VII. pag. 504), S. AUGUSTIN. *contra Faustum* lib. XVI. c. XV. XIX et XXII, S. CYRILL. ALEXANDR. *de Adorat. in Spir. et Verit* lib. I (opp. tom. I. part. 2a. pag. 30. 34), et lib. II (*ibid.* pag. 74), *in Esaiam.* lib. I (opp. tom. II. pag. 43), *in Joann.* lib. III (opp. tom. IV. pag. 263), ZACHÆUM *Disput.* lib. II. c. IV (Galland. tom. IX. pag. 223), S. MAXIMUM TAURIN. *Tract.* V. *contra Judæos* (opp. pag. 736 et 747), S. GREGENTIUM *Disput. cum Herb. Judæo* (Galland. tom. XI. pag. 616), S. GREGOR. M. *in Ezech.* lib. I. homil. 1a. n. 2, S. ANDREAM CRETENS. *de Circumc.* (Galland. tom. XIII. pag. 444), etc., etc. (Edit.)

V. Circa Justitiam œconomicam :

1°. Respectu matrimonii, quod cum capta bello

1. iniri potest, præmissis certis ritibus ; 10-13.
2. Dirimi nequit, nisi concessa repudiatæ libertate ; 14.

2°. Respectu primogenituræ, quam in polygamia negare non licet primo filio, quantumvis ex uxore minus dilecta nato ; 15-17.

3°. Respectu severitatis domesticæ in filium contumacem et protervum exercendæ,

1. Per delationem illius ad magistratum ; 18-20.
2. Per pœnam mortis lapidatione irrogandam ; 21.
3. Per suspensionem interfecti e patibulo, inde tamen ante solis occubitum deponendi. 22, 23.

VI. Circa societatem civilem :

1°. Officium benevolentiæ præstetur,

1. Curando ut animal aberrans et res perdita redeat ad dominum ; *cap.* XXII, *v.* 1-3.
2. Præbendo opem in sublevando alieno animali. 4.

2°. Simulatio vestitu sexum dissimulans, et alium mentiens non feratur ; 5.

3°. Mansuetudo vel indulgentia mitiget certa aucupia ; 6, 7.

4°. Cura geratur damni a proximo avertendi ; 8.

5°. Duplicitas et depravatio vitetur in confundendis seminibus, et jungendis animalibus diversis ; 9, 10.

6°. Observantia custodiatur in vestimentis ; 11, 12.

VII. Circa integritatem connubialem :

1°. Repudium, a marito uxorem falso velut antea corruptam accusante tentatum, non toleretur, pœna insuper contra infamatorem statuta ; 13-19.

2°. Fornicatio uxoris matrimonium præcedens probata mulctetur morte ; 20, 21.

3°. Adulterium seu viri seu fœminæ accersit mortem uoxio ; 22.

4°. Stuprum desponsatæ illatum facit mortis reum

1. Utrumque complicem, si scelus in urbe sit patratum ; 23-24.
2. Solum stupratorem, si in agro evenerit. 25-27.

5°. Defloratio virginis liberæ subeat mulctam patri virginis pendendam, et inferat onus ducendi defloratam, sine libertate repudiandi ; 28, 29.

6°. Incestuosæ nuptiæ non tolerentur. 30.

VIII. Circa honestum et decorum :

1°. Quantum ad jus civitatis vel dignitatem senatus obtinendam,

1. Excludantur male notati ob corporis vitium, ut eunuchi, ob natalium ignominiam, ut spurii, ob nationis crimen, ut Ammonitæ et Moabitæ ; *cap.* XXIII, *v.* 1-6.
2. Admittantur post tertiam generationem Idumæi et Ægyptii. 7, 8.

2°. Quantum ad commorationem castrensem,

1. Ab ea sejungatur per diem passus pollutionem nocturnam ; 9-11.
2. Extra eam sint loca pro necessitatibus naturæ. 12-14.

3°. Quantum ad auctarium vel lucrum, non capiendum

1. Ex servi ab exteris fugitivi vel redditione vel venditione; 15, 16.
2. Nec ex usu meretricio, aut scortatione; 17, 18.
3. Nec ex usura, si ab Hebræo solvenda; 19, 20.
4. Nec ex subtractione, aut retardatione voti Deo nuncupati; 21-23.
5. Nec ex delatis extra alienum agrum aut vineam frugibus vel uvis. 24, 25.

## IX. Circa jus et æquum :

1°. In divortio, repudiata recipiat libellum repudii, libertatem nubendi alteri, non tamen redeundi unquam ad repudiantem; *cap.* XXIV, *v.* 1-4.

2°. In conjugio recenti, maritus per annum immunis sit a bello gerendo; 5.

3°. In plagio hominis et injurioso contemptu sacerdotii, timeatur pœna vel judicis vel Dei; 7-9.

4°. In oppignoratione, pauperi relinquatur optio pignoris dandi, neque accipiatur aut ultra noctem retineatur pignus ad vitam necessarium; 6, 10-13.

5°. In conductis operis, mercenario pretium pendatur sine mora; 14, 15.

6°. In delictis puniendis, pœna non transeat ad insontes; 16.

7°. In causis peregrinorum et orborum, absit vis omnis et injustitia; 17, 18.

8°. In messe et vindemia, relinquatur pauperibus spicilegium et racematio; 19-22.

9°. In judiciis æquitas, in castigationibus moderamen servetur; *cap.* XXV, *v.* 1-3.

10°. In ministerio, non defraudetur stipendium laboranti; 4.

11°. In casu viduitatis, ubi lex leviratus locum habet, ea observetur secundum suos gradus; 5-10.

12°. In defensione mariti, uxor adversarium impudico modo lædens manu amputata luat; 11, 12.

13°. In commercio fraus, absit a pondere et mensura; 13-16.

14°. In statu reipublicæ confirmato, ultio sumatur de Amalecitis, sub profectionis initia infestis. 17-19.

### APPENDIX

Complexa gratitudinis officium, spei ac precum fundamentum, et obedientiæ incitamentum.

I°. *Sub primam in Chananæa messem,*

I. Offerantur Deo primitiæ frugum. *Cap.* XXVI. *v.* 1-4.

II. Fiat professio gratitudinis pro beneficiis genti ante, sub et post captivitatem Ægyptiacam a Deo concessis. 5-9.

III. Celebretur coram Deo cum Levitis et advenis convivium sacrum. 10, 11.

II°. *Sub tertium in ea habitata annum*,

I. Separentur decimæ trietericæ ; 12.

II. Fiat contestatio, quæ vera sit, de observatis maxime circa decimarum usum præceptis divinis. 13, 14.

III. Postuletur continuatio divinæ benedictionis. 15.

III°. *Sub finem hujus sermonis*

I. Commendatur observantia divinorum mandatorum. 16.

II. Proponitur obligatio ex Dei et populi electione orta. 17, 18.

III. Declaratur finis et meritum utriusque. 19.

# PARS III.

## FOEDUS POPULI CUM DEO RENOVATUM.

—

### § I. PRÆVIA DE RENOVANDO FŒDERE INSTRUCTIO.

I°. *Sermo Moysis et seniorum*, præter commendationem obedientiæ generalem, præscribens facienda post ingressum in Chanaan. *Cap.* XXVII, *v.* 1.

- I. Erigantur in monte Hebal columnæ lapideæ ad inscriptionem Legis ferendam aptatæ. 2-4.
- II. Struatur altare ex lapidibus impolitis. 5.
- III. Fiant hic sacrificia et epulæ sacræ. 6, 7.
- IV. Inscribatur Lex columnis distincte. 8.

II°. *Sermo alter Moysis et Levitarum*, ad attentionem ac obedientiam excitans, et proclamationis rationem definiens. 9-11.

- I. Constitutis in monte Garizim tribubus sex benedictionem, totidem in monte Hebal maledictionem pronunciaturis. 12, 13.
- II. Levitis in verba præeuntibus, populo amen adjiciente. 14.
- III. Formula verborum recensita, qua maledicitur violantibus speciatim primum, quartum, quintum, sextum, et septimum præceptum Decalogi; universim autem quamcumque legem divinam. 15-27.

III°. *Continuatio ejusdem sermonis*, qua

- I. Observatoribus divinæ legis explicatius promittuntur bona et benedictiones tum universim tum speciatim. *Cap.* XXVIII, *v.* 1-14.
- II. Violatoribus autem ejusdem intentantur mala gravissima, et omnis generis maledictiones. 15-44.
- III. Iisdem in scelere pergentibus prædicuntur mala exaggerata vastitatis, servitutis, dispersionis, et exilii. 45-68 (1).

(1) De morte Christi in versiculo hujus capitis sexagesimo sexto prænuntiata Cf. IRENÆUM *contra Hæres.* lib. IV. c. X. n. 2. et lib. V. c. XIX. n. 3, TERTULL. *contra Judæos* c. XI. et XIII, ORIGENEM *contra Celsum* lib. II. n. 75 (opp. tom. I. pag. 443), S. CYPRIANUM *Testimon. adv. Judæos* lib. II. c. XX, NOVATIAN. *de Trinit.* c. IX, ARCHELAUM *Disput. cum Manete* n. 43 (Galland. tom. III. pag. 599. B.), LACTANTIUM *Divin. Instit.* lib. IV. c. XVIII, S. ATHANAS. *de Incarnat. Verbi Dei* n. 35 et 37 (opp. tom. I. part. 1a. pag. 61-63), et *Orat.* 2a. *contra Arian.* n. 16 (*ibid*, pag. 381-382), S. CYRILLUM *Hierosol. Catech.* 13a. n. 19, S. GREGOR. NYSS. *Testimon. adv. Judæos* c. VII (Galland. tom. VI. pag. 586), S. EPIPHAN. *Hær.* XXIV. n. 9 (opp. tom. I. pag. 75), S. JOANN. CHRYSOST. *Synops. Script.* (opp. tom. VI. pag. 338. A), S. AUGUSTIN. *contra Faustum* lib. XVI. c. XXII. ZACHÆUM *Disputat.* lib. II. c. VI (Galland. tom. IX. pag. 226), S. GREGENTIUM *Disput. cum Herbano Judæo* (ibid. tom. XI. pag. 603), etc., etc. (Edit.)

### § II. RENOVATIO FŒDERIS PROPOSITA.

I°. *Inscriptio* argumenti et *notatio* sermonis a Moyse habiti. *Cap.* XXIX, *v.* 1, 2.

II°. *Narratio*, repetens memoriam beneficiorum Hebræis collatorum

- I. In eductione ex Ægypto. 2-4.
- II. In deductione per desertum. 5, 6.
- III. In perductione in terram transjordanicam. 7, 8.

III°. *Propositio*

- I. Declarans stipulationis materiam. 9.
- II. Invitans stipulatores status, sexus, et conditionis omnis universos. 10, 11.
- III. Definiens modum, formam, et finem mutuæ actionis. 12, 13.
- IV. Dimetiens limites et subjecta obligationis. 14, 15.

IV°. *Dehortatio a violando fœdere*, desumpta.

- I. Ab experientia vanitatis idolorum, sub commorationem in Ægypto capta. 16, 17.
- II. Ab imminenti mentis obduratæ et terræ devastatæ pœna in fœdifragos futuros. 18-21.
- III. Ab infamia apud posteros adhæsura, utpote qui quærentibus causam malorum Israelitis inflictorum, assignabunt violationem pacti cum Deo initi. 22-29.

V°. *Adhortatio ad fœdus observandum*, deducta

- I. A liberali misericordia Dei, obedientibus, quin etiam post lapsum pœnitentibus olim exhibenda. *Cap.* XXX. *v.* 1, 2, 10. Effectus hujus gratiæ erunt
  - 1°. Reditus ex dispersione ad patriam copiosior; 3-5.
  - 2°. Animus ad virtutem et Dei amorem comparatior; 6, 8.
  - 3°. Victoria, et abundantia omnium auctior. 7, 9.
- II. A facilitate tum cognoscendi tum exequendi propositum mandatum. 11-14.

VI°. *Peroratio*

- I. Exhortans ad considerationem dictorum et sequelarum. 15.
- II. Repetens tum præmia obsequii, tum pœnas apostasiæ. 16-18.
- III. Obtestans, cum invocato cœli terræque testimonio, ad electionem partis melioris faciendam. 19, 20.

## PARS IV.

### MOYSIS POSTREMA.

—

§ I. RES DISPOSITÆ ET ORDINATÆ

I°. *Ex proprio Moysis consilio :*

I. Discessus proximus e vita promulgatus ad populum congregatum. *Cap.* XXXI, *v.* 1, 2.

II. Animus eidem additus, promissis datis de Dei auxilio sub duce Josue Hebræis adfuturo. 3-6.

III. Josue successor et dux publice renuntiatus, et exhortatione confortatus. 7, 8.

IV. Liber legis a Moyse scriptus, et sacerdotibus ac senioribus traditus. 9.

V. Mandatum adjectum de eodem, singulis annis sabbaticis, congregatæ ad Tabernaculorum solemnitatem multitudini universæ prælegendo. 10-13.

II°. *Ex dato Dei imperio :*

I. Oraculum hoc divinum

1°. Jubet Moysen cum Josue adesse in Tabernaculo; quo facto, 14.

2°. Prænuntiat populi post Moysis fata defectionem a pacto inito eventuram; 15, 16.

3°. Addit prædictionem de pœnis, propterea populo immittendis; 17, 18.

4°. Præcipit conscribi hanc prophetiam in canticum, rebus olim sic evenientibus, populo ad convictionem futurum; 19, 21.

5°. Subjungit confortationem Josue ac pollicitationem de felici ducatus successu. 23.

II. Executio mandati divini : a Moyse

1°. Conscribitur canticum, et docetur populus; 22.

2°. Committitur Levitis deponendum in latere arcæ, ad finem memoratum, propria experientia cognitum; 24-27.

3°. Recitatur ad universum cœtum a Levitis congregatum, jussu Moysis de vaticinio certi. 28-30.

§ II. ORACULA EDITA ET CONSIGNATA.

I°. *Canticum propheticum de gentis Judæorum fatis.*

I. Exordium figuratum

1°. Per apostrophen ad cœlum et terram, excitando attentionem; *cap.* XXXII, *v.* 1.

2°. Per comparationem, optando vim et fructum suæ orationi; 2.

3°. Per invocationem, insinuando materiæ dignitatem, et reverentiam Deo debitam. 3, 4.

II. Thema : peccatum populi est ingratitudine fœdum, malitia pœnas meritum. 5, 6.

III. Expositio ingratitudinis et malitiæ,

1°. Per recensionem beneficiorum a Deo præstitorum,

1. Antiquitus in creatione, electione, et adoptione populi præ aliis gentibus singulari; 6-9.

2. Deinceps in deductione sollicita et eruditionis plena per desertum; 10-12.

3. Novissime ibi concessione terræ fertilissimæ possidendæ; 13, 14.

2°. Per enumerationem flagitiorum commissorum, nempe

1. Rebellionis ac defectionis; 15.

2. Idololatriæ ac superstitionis; 16, 17.

3. Contemptus et oblivionis. 18.

IV. Gradatio pœnarum quæ instant :

1°. Sub peccatorum initia

1. Dei irati aversio; 19, 20.

2. Ejusdem, deserto peccatore, ad alios benevola conversio. 21.

2°. Sub criminum incrementa

1. Dei vehementer indignantis severa ultio; 22.

2. Malorum omnis generis decreta immissio. 23-25.

V. Interventus misericordiæ divinæ,

1°. Supplicia ulteriora differentis,

1. Ne religionis hostes insolescant; 26, 27.

2. Ut Judæi spatium resipiscendi habeant; 28, 29.

3. Ut utrique agnoscant, Deum esse auctorem pœnarum, et moderatorem malorum. 30-34.

2°. Talionem hostibus Judæorum reddentis,

1. Ad arbitrium ultionis sibi proprium commonstrandum; 35, 36.

2. Ad impotentiam falsorum numinum convincendam; 37, 38.

3. Ad divinitatis prærogativam Deo vero solitarie vindicandam. 39-42.

VI. Adjectio finalis,

1°. Cantici quidem provocatoria ad laudes reddendas Deo, servis suis propitio, et horum hostibus adverso vindici; 43.

2°. Historiæ autem contestatoria, quod canticum hoc coram omni populo a Moyse et Josue fuerit recitatum. 44.

VII. Complementum hujus et omnium Moysis ad congregationem sermonum, commendans observantiam mandatorum. 45-47.

II°. *Benedictio prophetica tribubus Israelitarum singularibus data.*

I. Inscriptio annotans auctorem, subjectum, et tempus benedictionis. *Cap.* XXXIII, *v.* 1.

II. Præfatio, celebrans

1°. Beneficia Dei, in variis deserti stationibus exhibita, atque inter ea speciatim Legem datam ; 2.

2°. Privilegia Israelis præcipue tanquam dilecti a Deo et eruditi populi ; 3.

3°. Prærogativas Moysis, utpote promulgantis Legem, dividentis hæreditatem, et gubernantis populum. 4, 5.

III. Elocutio benedictionum datarum

1°. Rubeno, cui asseritur tribus, sed numero imminuta ; 6.

2°. Judæ, cui optatur et promittitur in bellis victoria ; 7.

3°. Levi, apud quem

1. Notatur pontificalis dignitas, Aaroni concessa ; 8.
2. Laudatur sumpta de reis ultio ; 9.
3. Commendatur docendi et sacrificandi munus ; 10.
4. Optatur fortitudo, olim hostibus prævalitura ; 11.

4°. Benjamin, ejus securitas, quies, et apud Deum gratia celebratur ; 12.

5°. Josepho, cui prædicitur

1. Abundantia omnium et fertilitas terræ ; 13-16.
2. Regni gloria, robur et amplitudo ; 17.

6°. Zabulon et Issachar, quorum illi de negotiationum lucris, huic de quiete et pietate gratulandum ; 18, 19.

7°. Gad, cui latitudo possessionis, fortitudo bellica, et Moysis sepultura cessit ; 20, 21.

8°. Dan et Nephtali, quorum extensi possessionum termini prædicantur ; 22, 23.

9°. Aser, cui favor fratrum, abundantia olei et æris, ac vigor corporis prædicitur. 24, 25.

IV. Conclusio

1°. Commendans Dei majestatem, et erga Israelitas benignitatem ; 26, 27.

2°. Celebrans Israelis felicitatem, oriundam ex cœli terræque fertilitate, et Dei contra hostes præsidio. 28, 29.

§ III. HISTORIA MORTIS MOYSIS, DESCRIPTA

I°. *Secundum antecedentia* : quæ sunt

I. Præceptum Moysi a Deo datum, de conscendendo monte Nebo. *Cap.* XXXII, *v.* 48, 49.

II. Denuntiatio mortis ibidem obeundæ et assignatio causæ repetita. 50, 51.

III. Permissio terræ promissæ inde conspiciendæ facta. 52.

II°. *Secundum comitantia* :

I. Conscensus montis ad præceptum secutus. *Cap.* XXXIV, *v.* 1.

II. Inspectio terræ, Deo omnes partes commonstrante, eminus capta. 2-4.
III. Mors ipsa, Deo jubente, in Moabitide eveniens. 5.
IV. Sepultura cadaveri data, sed hominum notitiæ subtracta. 6.
V. Annotatio vigoris sensuum, qui fuerat cum mortui senio conjunctus. 7.

III°. *Secundum subsequentia:*

I. Luctus a populo triginta diebus celebratus. 8.
II. Josue successor a Deo dotatus, a populo observatus. 9.
III. Elogium Moysis, præ reliquis a familiaritate cum Deo et miraculorum operatione celebrati. 10-12.

# LIBER JOSUE.

POPULUS A DEO ELECTUS POSSESSIONEM TERRÆ PROMISSÆ CONSECUTUS.

---

## SECTIO I.

IRRUPTIO IN TERRAM CHANAAN.

### § I. APPARATUS AD IRRUPTIONEM.

I°. *Mandatum Dei Josue alloquentis*,
- I. Exhortans ad expeditionem. *Cap.* I, *v.* 1, 2.
- II. Promittens successum et occupationem. 3-5.
- III. Excitans tum ad animi fortitudinem, tum ad Legis observationem. 6-9.

II°. *Ordinatio Josue principes compellantis*,
- I. Præscribens populo commeatum parandum. 10, 11.
- II. Exigens a tribubus transjordanicis auxilium, pacto nupero promissum. 12-15.

III°. *Pollicitatio a transjordanicis data*
- I. De sua ad conditiones implendas promptitudine. 16.
- II. De fidelitate et obedientia. 17, 18.

IV°. *Exploratio Jerichuntis*,
- I. Suscepta ex Josue imperio a duumviris. *Cap.* II, *v.* 1.
- II. Interpolata a periculo, quod
  - 1°. Exploratores subeunt ex regia in ipsos inquisitione; 2, 3.
  - 2°. Rahab eludit mendacio et occultatione; 4-6.
  - 3°. Inquisitores frustrati non urgent. 7.
- III. Promota a pietate Rahab, quæ
  - 1°. Aperit suam de Chananitide Israelitis cessura opinionem; 8, 9.
  - 2°. Exponit opinionis hujus fundamentum, in relatis hactenus Israelitarum victoriis, et orto hinc Chananæorum timore repositum; 10, 11.
  - 3. Deducit inde, Deum Israelitarum esse Deum verum. 11.
- IV. Perducta ad fidem, actionibus alternis Rahab et exploratorum; dum
  - 1°. Illa postulat servari suam familiam ab excidio indemnem; 12, 13.
  - 2°. Hi stipulatione facta promittunt; 14.

3°. Illa beneficium dimissionis offert, et consilium evadendi suggerit; 15, 16.

4°. Hi signum pro discernendo asylo præscribunt, fidemque iterum obstringunt; 17-20.

5°. Illa, dimissis exploratoribus, signum præscriptum domui appendit; 21.

6°. Hi consilium datum secuti, ad suos salvi evadunt. 22, 23.

V. Enuntiata Josue ab exploratoribus, spem certam regionis occupandæ facientibus. 23, 24.

## § II. TRANSITUS PER JORDANEM

I°. *Præparatus,*

I. Admotis ad Jordanem castris. *Cap.* III, *v.* 1.

II. Datis a Josue per præconem mandatis

1°. Ad præfectos, de dirigenda motione castrorum ad arcæ motum, et relinquendo inter utrumque spatio; 2-4.

2°. Ad populum, de sanctificatione ob instans miraculum; 5.

3°. Ad sacerdotes, de arca populo præferenda. 6.

II°. *Definitus*

I. A Deo, Josue compellante,

1°. Secundum finem, scilicet ad auctoritatem Josue conciliandam; 7.

2°. Secundum modum, ad progressionem et stationem sacerdotum determinandam. 8.

II. A Josue, populum evocante,

1°. Secundum finem, scilicet ad fidelitatem Dei comprobandam; 9, 10.

2°. Secundum modum, ad observationem miraculi per viros delectos capiendam. 11-13.

III°. *Confectus*

I. Profectione ad præscriptum ordinem suscepta; 14.

II. Sacerdotibus sub primum aquarum contactum cum arca consistentibus; 15.

III. Aquis fluvii superioribus intumescentibus, inferioribus autem defluentibus, et alveum siccum relinquentibus; 16.

IV. Populo, per fluvii vadum sic apertum, in alteram ripam transgresso. 19.

IV°. *Consignatus monumentis,*

I. Altero duodecim lapidum ex fluvio desumptorum, et in castris novis erectorum; de quo

1°. Recitatur mandatum a Deo Josue datum; *cap.* IV, *v.* 1-7.

2°. Refertur executio et factum. 8.

II. Altero lapidum totidem, in medio Jordanis, juxta sacerdotum stationem depositorum. 9.

III. Utroque uberius descripto; scilicet

1°. Posteriori addita narratione

1. De mora sacerdotum in vado, usque ad transitum populi consummatum; 10, 11.
2. De transjordanicorum submissis copiis, et aucta Josue auctoritate; 12-14.

2°. Priori adjunctis

1. Narratione de fluxu Jordanis, ad sacerdotum egressum restituto; 15-18.
2. Notatione diei et mensis quo transitus factus; item loci quo posita castra et saxa; 19, 20.
3. Instructione de memoria hujus miraculi ad posteros propaganda. 21-25.

V°. *Exceptus a Chananæis cum ingenti terrore. Cap.* V. *v.* 1.

§ III. GESTA IN PRIMA STATIONE CISJORDANICA.

I°. *Circumcisio*

I. Imperata a Deo. 2.
II. Suscepta a populo. 3.
III. Purgata a negligentiæ vitio, assignatis omissionis causis. 4-7.
IV. Conjuncta cum quiete castrensi ad vulneris sanationem. 8.
V. Approbata a Deo, et memoriali nomine consignata. 9.

II°. ***Pascha celebratum***

I. Cum solemnitate agni. 10.
II. Cum observatione primitiarum et azymorum. 11.
III. Cum usu frugum Chananæarum nunc cœpto, manna autem sublato. 12.

III°. *Congressus angelicus.*

I. Occurrit Josue Jerichuntem speculato, armatus stricto gladio. 13.
II. Militari Josue alloquio provocatus, manifestat se Angelum Israelitarum præfectum. 14.
III. Adoratur a Josue, et quid imperet rogatur. 15.
IV. Depositionem calceorum ob loci sanctitatem jubet, et Josue obsequentem habet. 16.

## SECTIO II.

### DEBELLATIO TERRÆ CHANAAN.

### § I. EXPEDITIONIS INITIA

I°. *Prospera juxta Jerichuntem.*

I. Consilium aggressionis captum

1°. Ex urbis conterritæ conditione; *cap.* VI, *v.* 1.

2°. Ex Dei dato de urbe tradenda promisso; 2.

3°. Ex præscripta ab eodem facili et tuta expugnationis forma. 3-5.

II. Dispositio obsidionalis ad divinum præscriptum facta,

1°. Sacerdotibus jussis, ut alii arcam portent, alii tubas jubilæi septem inflantes præcedant; 6.

2°. Populo edocto, ut arcam sic delatam armati præcedant, vulgus reliquum sequatur; 7.

3°. Armatis et vulgo monitis, ne quis inita jam hac progressione clamorem vel vocem mittat, ante datum signum et diem. 8-10.

III. Oppugnatio ad Dei designationem suscepta,

1°. Instituta per sex dies urbis circuitione, ad præscriptas actionum, personarum, et observationum leges composita; 11-14.

2°. Repetita septimo die septies circuitione; 15.

3°. Interposito Josue ad populum alloquio, quo

1. Jubet clamorem ab exercitu cum tubis sacerdotum clangentibus conjungi; 16.

2. Decernit anathema et excidium universæ urbis, sola Rahab domo excepta; 17.

3. Cavet, ne quid spolii inde capiatur præter aurum, argentum, et vasa ænea, Deo consecranda; 18, 19.

4°. Vociferatione populi elata et tubis clangentibus permixta, ad quam muri urbis concidunt. 20.

IV. Excidium urbis,

1°. Editum internecione hominum et animalium; 21.

2°. Restrictum per exceptionem Rahab cum familia, jussu Josue, in castra translatæ; 22, 23.

3°. Consummatum cum exustione omnium, præter aurum et argentum in Domini ærarium relata. 24.

V. Documentum hinc elucens

1°. Benignitatis officiosæ in Rahab remuneratæ; 25.

2°. Severitatis contra anathematis neglectores in restauratorem urbis exerendæ; 26.

3°. Gloriæ et celebritatis in Josue ex divina protectione manantis. 27.

II°. *Variantia circa urbem Hai.*

I. Tentatio urbis infausta : mutatæ sortis

1°. Origo peccatum Achan, et secuta hinc Dei indignatio; *cap.* VII, *v.* 1.
2°. Experimentum,
 1. Contemptus virium hostilium; 2.
 2. Præfidentia virtutis propriæ; 3.
 3. Fuga Israelitarum et clades accepta; 4, 5.
3°. Effectus, consternatio et luctus populi, optimatum et Josue. 5, 6.

## II. Causa infortunii

1°. Indagata a Josue per orationem ad Deum fusam, querelarum, pudoris, ac timoris plenam; 7-9.
2°. Indicata a Deo,
 1. Peccati factum, non tamen auctorem prodente; 10, 11.
 2. Rei punitionem sub intentatis minis exigente; 12.
 3. Inquisitionis et pœnæ modum præscribente; 13-15.
3°. Patefacta gradatim,
 1. Sorte tribum, familiam, domum, ac tandem individuum, Achan scilicet, detegente; 16-18.
 2. Examine Josue confessionem rei eliciente; 19-21.
 3. Deprehensione materiæ furtivæ, crimen et confessionem comprobante. 22, 23.

## III. Retractatio causæ,

1°. Per combustionem anathematis; 24.
2°. Per lapidationem Achan; 25.
3°. Per memoriale relictum, et Deum placatum. 26.

## IV. Reparatio fortunæ,

1°. Promissa a Deo, animum addente, oppugnationis repetitionem jubente, modum ultionis præscribente; *cap.* VIII, *v.* 1, 2.
2°. Præparata a Josue,
 1. Dispositionem oppugnationis, per insidias faciendæ, decretam exponente; 3-8.
 2. Stratagema hoc, copiis aliis latentibus, aliis palam aggredientibus, exequente. 9-13.
3°. Oblata a rege urbis Hai,
 1. In obsidentes excurrente, et hos fugam simulantes persequente; 14-16.
 2. Urbem suam vacuam relinquente. 16, 17.

## V. Tentatio altera fausta,

1°. Insidiis, ad clypei a Josue ex Dei imperio elevati conspectum, urbem invadentibus et succendentibus; 18, 19.
2°. Haiensibus ex hoc spectaculo conterritis, et inter insidias ex urbe prorumpentes, ac copias Josue e fuga ad pugnam reductas conclusis; 20-22.
3°. Cæsis præter regem captum tam egressis ex urbe, quam residuis habitatoribus omnibus; 22-26.
4°. Præda inter tribus divisa, urbe penitus exusta, rege post suspendium ad urbis introitum lapidibus congestis obruto. 27-29.

### § II. INTERMISSIO TEMPORARIA

I°. *Impensa Israelitarum religioni* :

I. Altari in monte Hebal erecto, et sacrificiis oblatis. 30, 31.

II. Deuteronomio monumentis lapideis inscripto. 32.

III. Fœdere populi cum Deo renovato. 33.

IV. Formula benedictionum et maledictionum recitata. 34.

V. Omnibus ad postrema Moysis monita peractis. 35.

II°. *Occupata Gabaonitarum facto* : hujus

I. Primordia sunt

1°. Confœderatio Chananæorum Gabaonitis haud probata; *cap.* IX, *v.* 1-3.

2°. Consilium pacis dolo obtinendæ electum et instructum. 4, 5.

II. Transactionis negotium :

1°. Propositio fit a Gabaonitis pacem postulantibus, et amicitiam offerentibus; suspenditur ab Israelitis quidpiam suspicantibus; 6-8.

2°. Consultatio agitur interrogatione Josue de Gabaonitarum conditione, et responso horum, pietatem quidem in Deum profitentium, sed mendacia de sua patria proferentium, et simulatis signis confirmantium; 8-13.

3°. Conclusio initur Deo inconsulto, sancitur fœdere, et firmatur jurejurando. 14, 15.

III. Recognitio suscipitur,

1°. Accepto de rei veritate nuntio, et perlatis in Gabaonitarum terram castris; 16, 17.

2°. Plebeis rescissionem pacti postulantibus, magistratibus autem ob juramenti fidem repugnantibus. 18, 19.

IV. Temperamentum

1°. Decernitur, indulta Gabaonitis salute, sed imposita servitute Tabernaculo obstricta; 20, 21.

2°. Promulgatur a Josue cum exprobratione deceptionis; 22, 23.

3°. Acceptatur a Gabaonitis, factum necessitate excusantibus; 24, 25.

4°. Confirmatur executione, et cœpti duratione. 26, 27.

### § III. EXPEDITIONIS INSTAURATIO ET SUCCESSUS

I°. *Contra terram australem Chananææ.*

I. Occasio instaurationis:

1°. Conspiratio quinque regum Amorrhæorum, obsidione urbis Gabaon defectionem incolarum ulcisci volentium; *cap.* X, *v.* 1-5.

2°. Legatio Gabaonitarum ab Josue auxilium postulantium; 6.

3°. Oraculum Dei Josue ad expeditionem excitantis. 7, 8.

II. Prælium

1°. Feliciter cœptum per properatam Josue irruptionem, et hostium oppressorum disjectionem; 9, 10.
2°. Divinitus adjutum,
1. Immisso in fugientes grandine lapidum; 11.
2. Prolongato die ad stragem continuandam; 12-14.
3°. Victoriose confectum,
1. Interceptis sub reditum quinque regibus in spelunca; 15-18.
2. Continuata persecutione et cæde hostium fuga dispersorum; 19-21.
3. Regibus e spelunca protractis, opprobrio, morte et suspendio affectis, ac tandem sepultis. 22-27.

III. Occupatio terræ australis,
1°. Enumerata speciatim secundum agressionem, expugnationem, et excisionem urbium Maceda, Lebna, Lachis, Eglon, Hebron, et Dabir; 28-39.
2°. Enuntiata universim secundum limites et rem confectam. 40-43.

II°. *Contra terram borealem Chananææ.*

I. Ansa belli novi:
1°. Confœderatio universalis regum Chananæorum, collectio exercitus, et castrametatio ad aquas Meron; *cap.* XI, *v.* 1-5.
2°. Oraculum Dei addentis animum, et de præda præcipientis. 6.

II. Oppugnatio castrorum
1. Suscepta subito israelitarum incursu; 7.
2. Promota cum strage et fuga hostium; 8.
3. Absoluta cum captorum equorum subnervatione, et curruum exustione. 9.

III. Occupatio regionis
1°. Inchoata ab urbe Asor, incolarum cæde et ædium incendio deleta; 10, 11.
2°. Circumlata per urbes vicinas, campestres quidem exustas, montosas tamen servatas, utrasque autem expoliatas, divisa ex Moysis præscripto præda; 12-15.
3°. Diffusa quaquaversum cum clade incolarum. 16, 17.

IV. Utraque expeditio
1°. Protracta per annos plures, ob pertinacem Chananæorum repugnantiam, certo Dei consilio permissam; 18-20.
2°. Conjuncta cum excidio gigantum omnium, exceptis Philistæis; 21, 22.
3°. Consummata possessione et quiete. 23.

§ IV. EXPEDITIONIS COROLLARIA.

I°. *Anacephalæosis occupationum terræ promissæ:*

I. Sub Moyse trans Jordanem regio
1°. Occupata est; quæ servierat
1. Sehon regi Amorrhæorum; *cap.* XII, *v.* 1-3.
2. Og regi Basan; 4, 5.

2°. Divisa eadem est inter tribus Ruben et Gad ac dimidiam Manasses. 6.

II. Sub Josue cis Jordanem occupata est regio; quæ describitur

1°. Secundum terminos et incolas; 7, 8.

2°. Secundum urbes et harum reges supra unum triginta enumeratos. 9-24.

II°. *Prolegomenon distributionum terræ promissæ.*

I. Sub Josue faciendam distributionem præscribit Deus,

1°. Assignando pro causa ætatem Josue provectam; *cap.* XIII, *v.* 1.

2°. Indicando pro materia regionem, certis limitibus comprehensam, alicubi adhuc ab hostibus, sed certo delendis, insessam; 2-6.

3°. Determinando pro subjecto novem tribus cum dimidia; 7.

4°. Excludendo binas reliquas cum altera dimidia, ob possessionem jam trans flumen acceptam. 8-12.

II. Sub Moyse factam, quasi exemplar faciendæ, exponit historiographus,

1°. Præmittendo exceptionem, tum de hostibus ibidem residuis, tum de Levitis ad participationem divisionis non relatis; 13, 14.

2°. Recensendo regionem Rubenitis attributam, secundum limites, urbes, et gentes; 15-23.

3°. Referendo eadem de possessione Gaditis data; 24-28.

4°. Subjiciendo similia de dimidia tribu Manasses; 29-32.

5°. Repetendo exceptionem de Levitis. 33.

## SECTIO III.

### DIVISIO TERRÆ CHANAAN.

#### § I. PRÆAMBULA DIVISIONIS.

I°. *Descriptio formæ in divisione usurpatæ:*

I. Secundum auctores, qui erant Eleazar, Josue, et principes familiarum. *Cap.* XIV, *v.* 1.

II. Secundum modum, qui erat sortilegium. 2.

III. Secundum subjecta, quæ erant novem tribus cum dimidia, exclusis

1°. Rubenitis, Gaditis, et parte Manasses, ob possessionem acceptam; 3.

2°. Levitis, ob substitutionem alterius tum tribus tum hæreditatis. 4.

IV. Secundum formam, quæ erat voluntas Dei per Moysem declarata. 5.

II°. *Constitutio præcipui Caleb debiti:*

I. Introducta a Caleb, cum tribu sua ad auctores divisionis accedente, et dictorum memoriam refricante. 6.

II. Probata ab eodem,

1°. Recensente meritum suum, per relationem singularem de terra olim explorata comparatum; 7, 8.

2°. Referente præmium tunc a Moyse promissum; 9.

3°. Contestante validum in senectute vigorem virium, ad capiendam possessionem sibi promissam necessarium; 10, 11.

III. Postulata ab eodem, ad promissum Moysis provocante, et spem occupationis in Dei auxilio repositam declarante. 12.

IV. Edita a Josue, Hebronem sine sortis interventu Caleb concedente. 13.

V. Usurpata a Caleb, cum adjecta notatione nominis et monumenti Hebronem distinguentis. 14, 15.

§ II. DISTRIBUTIO PORTIONIS HÆREDITARIÆ IN GALGALIS CONFECTA.

I°. *Pro tribu Juda :*

I. Designatur possessio, discernenda ex limitibus indicatis

1°. Ad latus australe; *cap.* XV, *v.* 1-4.

2°. Ad latus orientale; 5-7.

3° Ad latus boreale; 7-9.

4°. Ad latus occidentale. 10-12.

II. Vindicatur Caleb portio,

1°. Deletis ex Hebron gigantibus tribus; 13, 14.

2°. Proposito, in Dabir expugnandæ præmium, matrimonio Axæ Caleb filiæ; 15, 16.

3°. Impleta per Othonielem conditione, reddito per Caleb conditionato, et obtenta per Axam irrigui benedictione. 17-19.

III. Exponitur amplitudo, enumeratis urbibus subjectos pagos habentibus; et quidem

1°. Præter sex Idumææ conterminas, novem et viginti ad meridiem protensis; 20-32.

2°. Quatuordecim campestribus, et sexdecim ad Philistæam declinantibus; 33-41.

3°. Novem occidenti proximis, et tribus Philistæis maritimis; 42-47.

4°. Montanis undecim ad boream, novem ad austrum vergentibus; 48-54.

5°. Decem ad montes propioribus et sex mediterraneis; 55-59.

6°. Duabus silvestribus, et sex ad desertum Jerichuntis spectantibus. 60-62.

* Annotatur, Jebusæos perstitisse in Hierosolyma incolas ac dominos. 63.

II°. *Pro tribubus Ephraim et Manasses :*

I. Sors utriusque, sub nomine Joseph collecta, describitur generatim. *Cap.* XVI, *v.* 1-4.

II. Sors tribus Ephraim explicatur speciatim

1°. Secundum limites ad omnes plagas; 5-8.

2°. Secundum urbium situm, alterius sorti insertum; 9.

3°. Secundum Chananæorum manipulum, a morte, non item a tributo exemptum. 10.

III. Sors tribus Manasses

1°. Distinguitur in transjordanicam et cisjordanicam; *cap.* XVII, *v.* 1, 2.

2°. Communicatur filiabus Salphaad æque ac maribus cis Jordanem; 3-6.

3°. Describitur secundum limites, urbes, et tribus partim vicinas, partim commixtas; 7-10.

4°. Notatur a tolerantia gentium, primo intactarum, dein sub tributum missarum. 11-13.

IV. Contentio utriusque cum Josue; illa de limitum angustiis querulante; hoc, pro amplianda sorte, locum etiamnunc sufficientem, nec viribus majorem, sed adhuc occupandum designante. 14-15.

§ III. DISTRIBUTIO ULTERIOR IN SILO ABSOLUTA.

I° *Apparatus ad ulteriorem distributionem factus*,

I. Translatis propius ad dividendam regionem castris. *Cap.* XVIII, *v.* 1.

II. Excitatis et instructis ad negotium tribubus, portione hæreditaria adhuc carentibus. 2-4.

III. Designatis terris in divisionem venturis. 5-7.

IV. Lustratis, descriptisque per legatos, et recognitis coram Tabernaculo septem terræ portionibus. 8-10.

II°. *Sors prima Benjamitis adjecta*

I. Describitur universim secundum situm inter Judæ et Josephi possessiones. 11.

II. Explicatur speciatim secundum terminos, quadruplicem terræ plagam respicientes. 12-20.

III. Enumeratur vicatim secundum urbes tum duodecim, tum quatuordecim nominatas. 21-28.

III°. *Sors reliquarum sex tribuum*:

I. Sors Simeonis descripta,

1°. Notato sortilegii ordine; *cap.* XIX, *v.* 1.

2°. Numeratis urbibus tredecim australibus, et quatuor borealibus; 2-7.

3°. Designato urbium situ et mixtione cum tribu Juda. 8, 9.

II. Sors Zabulon recensita secundum ordinem, limites, et urbes. 10-16.

**III.** Sors Issachar memoranda ab ordine, urbibus, et terminis, maxime occidentali et orientali. 17-23.

**IV.** Sors Aser conspicua æqualiter ex ordine, amplius ex numero urbium, et plagarum limitanearum. 24-31.

**V.** Sors Nephtali distributa,

1°. Memoratis, præter ordinem, terminis in alias tribus incurrentibus; 32-34.

2°. Nominatis urbibus novemdecim. 35-39.

**VI.** Sors Dan postrema distincta

1°. Secundum urbes ab initio datas; 40-46.

2°. Secundum coloniam postea in Lesem deductam. 47, 48.

**VII.** Præcipuum Josue debitum finita divisione traditum. 49-51.

## § IV. APPENDIX DIVISIONIS.

**I°.** *Constitutio asylorum.*

**I.** Mandatum de ea divinitus datum. *Cap.* xx, *v.* 1, 2.

**II.** Usus eorum explicatus. 3-6.

**III.** Delectus factus urbium

1°. Trium cis Jordanem; 7.

2°. Totidem trans Jordanem; 8.

3°. Earumdem omnium ad finem memoratum. 9.

**II°.** *Designatio urbium Leviticarum,*

**I.** Postulata coram Eleazaro, Josue, et primoribus a Levitis. *Cap.* xxi, *v.* 1, 2.

**II.** Præstita secundum Dei imperium ab Israelitis. 3.

**III.** Recensita universim secundum familiarum Leviticarum ordinem, et urbium e qualibet tribu datarum numerum. 4-8.

**IV.** Exposita singillatim nominatis urbibus, quas obtinuerunt

1°. Caathitæ in possessionibus Juda, Benjamin, Ephraim, Dan et Manasses cis Jordanem; 9-26.

2°. Gersonitæ ex terris Manassæ trans Jordanem, Issachar, Aser et Nephtali; 27-33.

3°. Meraritæ ex terris Zabulon, Ruben et Gad. 34-40.

* Corollarium, ex divisione hæreditaria deductum, ostendit Dei fidelitatem in promissis. 41-43.

**III°.** *Dimissio copiarum auxiliarium honorifica,*

**I.** Proposita transjordanicis a Josue, *cap.* xxii, *v.* 1.

1°. Laudante illarum fidem erga Deum, obedientiam erga ducem, et amorem erga fratres; 2, 3.

2°. Offerente facultatem redeundi ad suos, rebus jam confectis; 4.

3°. Commendante illis constantem legis divinæ observantiam; 5.

4°. Benedicente iisdem, et tum de hæreditate, tum de præda gratulante. 6-8.

II. Acceptata a transjordanicis, e Silo discedentibus. 9.

## SECTIO IV.

### POSSESSIO TERRÆ CHANAAN QUIETA.

#### § I. CONTROVERSIA POPULARI CONFIRMATA.

I°. *Controversiæ origo :*

I. Ingens altare ad Jordanis ripas erectum a transjordanicis, ante transitum hujus fluminis ad suas terras. 10.

II. Fama hujus facti divulgata in omnem partem. 11.

III. Factum ipsum acceptum in malam partem a cisjordanicis, inde ad arma concitatis. 12.

IV. Legatio ab iisdem missa, ad quæstionem de facto instituendam. 13, 14.

II°. *Controversiæ actio :*

I. Querela cisjordanicorum 15

1°. Objicit crimen sacrilegii; 16.

2°. Exprobrat antiqua delicta augeri novo scandalo; 17-18.

3°. Proponit medium declinandæ impuritatis, si quam in sua regione timeant; 19.

4°. Monet, ne suo peccato provocent pœnam in universum Israelem. 20.

II. Apologia transjordanicorum 21.

1°. Inficiatur, præmissa Dei obtestatione, altare erectum sacrificiorum causa; 22, 23.

2°. Contestatur, id exstructum in monumentum tum religionis, tum juris coram tabernaculo sacrificandi, utrique populo communis; 24-28.

3°. Detestatur altare aliud, præter positum in tabernaculo. 29.

III°. *Controversiæ compositio*

I. Decreta a legatis, apologiam probantibus. 30, 31.

II. Ratihabita a cisjordanicis, pacem et commercium cum populo cognato stabilientibus. 32, 33.

III. Confirmata a transjordanicis, nomine memoriali aræ imposito. 34.

§ II. SERMONE DUCALI CONTESTATA.

I°. *Exordium*

I. Historiographi, annotans possessionis tempus, Josue senium, et concionis qualitatem. *Cap.* XXIII, *v.* 1.

II. Oratoris Josue,

1°. Exhibens ætatem suam provectam pro causa comitii indicti; 2.

2°. Excitans attentionem beneficii divini, in concessa terræ possessione præstiti; 3, 4.

3°. Promittens residuam adhuc terram, expulsis Chananæorum reliquiis, eodem beneficio obtinendam. 5.

II°. *Propositio, recitans conditiones ad hunc finem consequendum necessarias :* quæ sunt

I. Observantia Legis per Moysen datæ. 6.

II. Abstinentia ab idololatria. 7.

III. Constantia in fœdere cum Deo inito et hactenus servato. 8.

III°. *Confirmatio, desumpta ex sequelis;* siquidem

I. Ex Dei veri cultu et amore proveniet Dei protectio et hostium exterminium. 9-11.

II. Ex idololatria et commercio cum gentibus inferentur mala gravissima et scandala. 12, 13.

IV°. *Epilogus Josue postulans fidem suis dictis habendam,*

I. Ob proximum suum ex hac vita discessum. 14.

II. Ob eventum malorum intentatorum non minus certum, ac certa fuit bonorum promissorum experientia. 15.

III. Ob imminens jam universale excidium Israelis, definitum in casu idololatriæ. 16.

§ III. FACTO FŒDERE ET EVENTIS NOTATU DIGNIS CONSIGNATA.

I°. *Fœdus populi auctore Josue cum Deo sancitum.*

I. Comitia populi ad hunc finem a Josue in Sichem celebrata. *Cap.* XXIV, *v.* 1.

II. Proloquium Josue, ad eumdem disponens, recensitis beneficiis; referuntur ejusmodi exhibita

1°. Sub patriarchis :

1. Evocatio Abrahæ e terra idololatrica in Chananitidem; 2, 3.

2. Ejusdem posteritas et posteritatis distractio. 3, 4.

2°. Sub Moyse et Aarone :

1. Plagæ Ægyptiacæ; 5.

2. Liberatio Israelis et Ægyptiorum submersio; 6, 7.

3. Peregrinatio per desertum et occupatio terræ transjordanicæ; 7, 8.
4. Mutatio maledictionis Balaamiticæ in benedictionem, effectu secuto; 9, 10.

3°. Sub Josue:
1. Transitus Jordanis, expugnatio Jerichuntis, et debellatio regum; 11, 12.
2. Possessio capta regionis jam excultæ. 13.

III. Conditiones pactitiæ
1°. Oblatæ a Josue, optionem inter cultum Dei et idolorum dante; 14, 15.
2°. Acceptatæ a populo, idololatriam detestante, Deumque verum, ut auctorem tot beneficiorum grata memoria, ut Dominum addictis obsequiis recolente; 16-18.
3°. Iterato propositæ a Josue, minas fœdifragis obventuras denuntiante, fœderis autem cultoribus nihil tale eventurum asserente. 19-21.

IV. Sanctio fœderis,
1°. Jurejurando asserta, præeunte in verba Josue, sequente populo, cultumque Deo et obedientiam spondente; 22-24.
2°. Ratihabita, promulgatione divinarum legum renovata; 25.
3°. Consignata, hoc facto in Scripturam relato, et lapide memoriali erecto. 26, 27.

V. Comitia soluta dimisso populo. 28.

II°. *Eventa notatu digna:*

I. Mors Josue anno ætatis decimo supra centesimum, et sepultura in civitate ipsi per præcipuum subjecta. 29, 30.

II. Pietas Israelitarum, etiam post Josue mortem, sub seniorum præsidio diu continuata. 31.

III. Ossa Josephi ex Ægypto allata; in agro Sichemitico, olim per Jacobum empto, tumulata. 32.

IV. Mors Eleazari et sepultura assignata in Gabaath civitatem pontificiam. 33.

# LIBER JUDICUM.

## VARIANTIA POPULI A DEO ELECTI FATA SUB JUDICIBUS.

---

## SECTIO I.

### PRÆCOGNITA AD HANC HISTORIAM.

#### § I. EPITOME FACTORUM HANC HISTORIAM PRÆGRESSORUM.

I°. *Facta laudata :*

I. Populi universi

1°. Consultatio Dei de belli duce præficiendo; *cap.* I, *v.* 1.

2°. Acceptatio divini oraculi tribum Juda designantis; 2.

3°. Executio data, Simeonis tribu in belli a Juda suscepti societatem vocata et veniente. 3.

II. Tribus Juda expeditiones victrices

1°. Contra Pherezæos,

1. Cæsis decem eorum millibus, et expugnata Bezec; 4, 5.
2. Capto illorum rege Adonibezec, et, ad crudelitatis ab illo in alios exercitæ vindictam ac exemplum, manuum pedumque summitatibus mulctato; 6, 7.
3. Intercepta Jerusalem, et inferiore urbe exusta; 8.

2°. Contra Chananæos in montanis,

1. Percussis tribus gigantibus in Hebron; 9, 10.
2. Tentata urbe Dabir; 11.
3. Occupata eadem, Caleb præmium spondente, Othoniele rem perficiente, et Axa additionem obtinente; 12-15.

3°. Contra Chananæos ad meridiem,

1. Occupata, et Cinæis simul concessa, regione Arad proxima; 16.
2. Deletis Sephaath incolis, et urbe anathemati subjecta; 17.

4°. Contra Philistæos, captis Gaza, Ascalon, et Accaron; 18.

5°. Contra universos,

1. Montanis quidem obtentis, campestribus autem ob falcatos currus non subactis; 19.
2. Hebrone Caleb concessa. 20.

III. Tribus Joseph expeditio contra Bethel, alias Luzam,

1°. Suscepta favente Deo; 22, 23.

2°. Adjuta indicio aditus ad urbem; 24.

3°. Confecta occisis incolis, præter indicem dimissum, factumque alibi conditorem urbis eodem nomine appellatæ. 25, 26.

II°. *Facta vituperata*

I. Benjamitarum Jebusæos in Jerusalem tolerantium. 21.

II. Manassæorum plures Chananæas urbes intactas et incolas liberos permittentium, ac tributarios duntaxat facientium. 27, 28.

III. Ephraimitarum, Zabulonitarum, Aseritarum, et Nephtalitarum simili modo se gerentium. 20–33.

IV. Danitarum sinentium etiam se coarctari in monte ab Amorrhæis latissime extensis, et tantum per tribum Joseph tributo subjectis. 34-36.

III°. *Factum singulare*, hoc est, apparitio Angeli de Galgalis appulsi,

I. Memorantis beneficia Israelitis ob fœdus præstita. *Cap.* II, *v.* 1.

II. Exprobrantis commissam contra illorum finem et hujus pactum inobedientiam. 2.

III. Declarantis permissam hinc hostium adhuc potentiam, et futuram ab his ruinam populi. 3.

IV. Obtinentis ex hoc salutares effectus sacrificii et fletus, a quo locus nomen accepit. 4-5.

§ II. CONSPECTUS RERUM IN HAC HISTORIA ENARRANDARUM.

I°. *Epocha mutati in populo studii.*

I. Studium occupandæ terræ in possessionem assignatæ et religiosæ obedientiæ viguit vivente Josue, et, post sermonem ejus valedictorium ac mortem, viventibus adhuc senioribus. 6, 7.

II. Utrumque desiit mortuo ac sepulto Josue, atque consumptis illis senioribus; succedentibus vero junioribus divinorum beneficiorum oblitis. 8-10.

II° *Idea generalis vicissitudinum.*

I. Perversio populi, Deo relicto, idola gentium Chananæam incolentium colentis. 11–13.

II. Castigatio perversionis, servitus et afflictio sub Chananæis. 14, 15.

III. Liberatio a castigatione per datos a Deo misericorde judices concessa, alternans cum populi pœnitentia et relapsu. 16–18.

IV. Malitia populi post liberatoris mortem repetita, aucta et continuata. 19.

V. Vindicta Dei contra hanc malitiam aggravata per impeditam expulsionem hostium, populo affligendo intentorum. 20-23.

III°. *Recensio summaria*

I. Consiliorum divinorum de reservatis inter Israelitas hostibus. *Cap.* III, *v.* 1, 2, 4.

II. Gentium hostilium reservatarum. 3.

III. Graduum per quos Israelitæ devenerint in idololatriam. 5, 6.

## SECTIO II.

### HISTORIA IPSA FATORUM ALTERNANTIUM.

#### § I. SUB PRIMO QUATERNIONE JUDICUM.

I°. *Sub Othoniele :*

I. Peccatum populi, idololatria. 7.

II. Supplicium, servitus sub Chusan rege Mesopotamiæ per octo annos. 8.

III. Resipiscentia populi Deum invocantis. 9.

IV. Liberatio per Othonielem

1°. Judicem divinitus institutum; 9, 10.

2°. Victorem Chusani prælio effectum; 10.

3°. Restauratorem tranquillæ libertatis per annos quadraginta. 11.

II°. *Sub Aod :*

I. Peccatum populi renovatum. 12.

II. Supplicium, clades accepta, urbs erepta, et servitus octodecim annorum imposita ab Eglone Moabitarum rege, cum Ammonitis et Amalecitis conjuncto. 12-14.

III. Resipiscentia populi ad Deum conversi. 15.

IV. Liberatio per Aod ambidextrum

1°. Inchoata per regicidium,

1. Præparatum, pugione sub vestibus abscondito, occasione explorandi per munerum delationem capta, per reditum cum legatis autem dissimulata; 16-18.

2. Patratum, obtenta cum Eglone solo agendi opportunitate, eodem ad surgendum commoto, pugione in ejus viscera adacto et intra abdomen relicto; 19-22.

3. Ignoratum aliquamdiu, Aod clausis ostiis per posticum elapso,

aulicis diu expectantibus, tandem reserata aula regem occisum deprehendentibus; 23-25.

2°. Completa per bellum

1. Adornatum ab Aod, Israelitas excitante, et vada Jordanis occupante; 26-28.

2. Confectum feliciter cum Moabitarum clade, et subjectione, ac secuta annorum octoginta quiete. 29, 30.

III°. *Sub Samgar*, qui unus, armorum loco vomere usus, sexcentos Philistæos occidit, et hoc fortitudinis miraculo Israelem ab hostibus immunem præstitit. 31.

IV°. *Sub Debbora* :

I. Peccatum populi prioribus simile. *Cap.* IV, *v.* 1.

II. Supplicium, servitus sub Jabin rege Chananæo, et Sisara ejus belliduce. 2.

III. Reditus populi ad Deum post viginti annorum oppressionem. 3.

IV. Apparatus liberationis :

1°. Debbora prophetissa et judex populi, edocta a Deo, Barac evocat et instruit ad expeditionem ; 4-7.

2°. Barac accipit mandatum, stipulatus Debboræ comitatum; 8.

3°. Uterque præmonitus de singulari eventu procedit in Cedes; 9.

4°. Acies belli instructa

1. Conterminorum, exceptis Cinæis, decem millium ex Zabulon et Nephtali, in monte Thabor; 10, 11.

2. Congregatarum ad hoc nuntium copiarum et curruum Sisaræ ad torrentem Cison. 12, 13.

V. Modus et ratio liberationis :

1°. Fit pugna a Barac ad mandatum Debboræ et prædictionem victoriæ; 14.

2°. Exercitus hostilis in fugam conjectus internecione deletur; 15, 16.

3°. Sisara fugiens a Jahele excipitur in tentorio, operitur pallio, potatur lacte, cupit latere; 17-20.

4°. Jahel dormientem Sisaram, clavo per tempora adacto, perimit, vindicique Barac manifestat; 21, 22.

5°. Jabin hac et sequentibus victoriis conteritur. 23, 24.

V°. *Canticum triumphale Debboræ et Barac post victoriam. Cap.* V, *v.* 1.

I. Exordium

1°. Excitans Israelitas expeditionis actores ad benedicendum Deo; 2.

2°. Incitans magnates quoslibet ad attendendum cantico. 3.

II. Protasis

1°. Recolens Dei potentiam, antiquitus manifestatam; 4, 5.

2°. Exhibens proxime prævium Israeliticæ infirmitatis et oppressionis statum; 6-8.

3°. Provocans rursus
1. Actores expeditionis ad benedicendum; 9.
2. Magnates rerum expertos ad æstimandum beneficium; 10, 11.
3. Debboram et Barac ad canendum et gaudendum. 12.

III. Apodosis
1°. Complectens paucis liberationem Israelis; 13.
2°. Recensens tribus
1. Socias hujus belli; 14, 15.
2. Desides et nihil conferentes; 16, 17.
3. Meritas præcipuam laudem; 18.
3°. Depingens prælii Israelitis fausti imaginem,
1. Ex copiarum hosti auxiliarium frustrata vi ac spe; 19.
2. Ex collata de cœlo stellarum ope; 20.
3. Ex hostium in fugam actorum submersione aut præcipitio. 21, 22.

IV. Parergon emphaticum
1°. Maledictionis contra desides et auxilii ferendi incurios; 23.
2°. Benedictionis erga Jahelem, ob rem prudenter, fortiter ac feliciter gestam; 24-27.
3°. Sarcasmi in Sisaræ matrem, prædas et triumphos expectantem. 28-30.

V. Votum finale, imprecans similem ruinam hostibus, similem gloriam servis Dei. 31.
* Epocha quietis quadragenariæ. 32.

§ II. SUB GEDEONE ET TRIBUS SUCCESSORIBUS.

I°. *Israelis conditio ante magistratum Gedeonis:*

I. Septennalis servitus sub Madianitis,
1°. Imposita ob recidivum scelus; *cap.* VI, *v.* 1.
2°. Exasperata ab annua hostium irruptione, agrorum vastatione, et pecorum direptione; 2-5.
3°. Conjuncta cum Israelis ignominia. 6.

II. Postulatio veniæ, et auxilii divini. 7.

III. Alloquium Prophetæ,
1°. Præmittentis præstita a Deo beneficia; 8, 9.
2°. Subjicientis redditum a populo idololatriæ maleficium. 10.

II°. *Vocatio divina Gedeonis*

I. Ad officium liberatoris:
1°. Apparitio Angeli, occupatio Gedeonis; 11, 12.
2°. Colloquium a salutatione Angeli cœptum, a Gedeonis querela promotum, a promissione illius repetita et exceptione hujus interjecta continuatum; 12-16.
3°. Confirmatio per miraculum petita a Gedeone, præparata ab eodem secundum materiam, edita ab Angelo post factum disparente; 17-21.

4°. Acceptatio Gedeonis primum sibi timentis, dein animum recipientis, demum mnemosynon exigentis. 22-24.

II. Ad officium reformatoris :

1°. Visio nocturna Imperans Gedeoni eversionem altaris Baal, succisionem luci, erectionem aræ novæ, et tauri septennis immolationem in eadem ; 25, 26.

2°. Executio hujus imperii a Gedeone sub noctem facta ; 27.

3°. Auctor hujus facinoris Gedeon

1. Post inquisitionem detectus ; 28, 29.
2. A superstitiosis ad mortem postulatus ; 30.
3. Responso inanitatem idoli demonstrante vindicatus ; 31.
4. Jerobaali cognomine auctus. 32.

III. Ad auspicia primi officii :

1°. Inspiratio divina, sub novum hostium incursum, ad bellum suscipiendum ; 33, 34.

2°. Evocatio et collectio quatuor tribuum ad conflandum exercitum ; 34, 35.

3°. Indicium prosperi successus postulatum, et obtentum

1. In vellere irrorato, terra omni circumjecta manente sicca ; 36-38.
2. In area rore humectata, vellere imposito penitus sicco. 39, 40.

III°. *Bellum a Gedeone gestum.*

I. Statio utriusque exercitus. *Cap.* VII, *v.* 1.

II. Selectus copiarum pro pugna

1°. Ad manifestationem divini beneficii imperatus ; 2.

2°. Meticulosorum dimissione ad decem millia redactus ; 3.

3°. Exploratione potantium aquas, ad Dei mandatum facta, trecentis viris definitus ; 4-6.

4°. Promisso victoriæ confirmatus, et hosti propius admotus. 7, 8.

III. Exploratio castrorum hostilium

1°. Præscripta a Deo secundum tempus, comitatum, et observationem faciendam ; 9-11.

2°. Peracta a Gedeone, conspecta multitudine hostium immensa, et audita somnii tum enarratione tum interpretatione ominosa ; 11-14.

3°. Finita reditu, et corroborato spe victoriæ animo. 15.

IV. Pugnæ contra hostium exercitum species :

1°. Dispositio ordinata, divisis in tres turmas selectis, armatis tuba, lagena et face singulis, additis de clangore et tessera militari mandatis ; 16-18.

2°. Aggressio facta, irruptione in hostium castra, clangore edito, lagenis fractis, facibus jactatis et tessera conclamata ; 19, 20.

3°. Successus conjunctus cum timore hostium panico, cæde mutua, et fuga effusa ; 21, 22.

4°. Auctarium editum ab accessione aliarum tribuum, præoccupatione vadorum, et cæde duorum principum Madianitarum. 23-25.

V. Insectatio fugitivorum,

1°. Suspensa Ephraimitarum jurgio, se velut neglectos queritantium; *cap.* VIII, *v.* 1.

2°. Liberata responso Gedeonis modesto et blandiloquo; 2, 3.

3°. Retardata Soccothanorum, commeatum a Gedeone petitum negantium, morositate irrisoria; 4-6.

4°. Promota studio Gedeonis vindictam quidem spirantis, sed differentis; 7.

5°. Retardata a Phanuelis incolis, sed prolata a Gedeone repetito prioris facti exemplo. 8, 9.

VI. Victoria de hostium reliquiis:

1°. Quies et securitas hostium fuga elapsorum; 10.

2°. Improvisa eorumdem oppressio a Gedeone; 11.

3°. Fuga principum Madianitarum et interceptio. 12.

IV°. *Reliqua Gedeonis facta et fata*

I. Bellica:

1°. Soccothanorum insolens recusatio castigata, pœna ferali de eorum principibus sumpta a victore reduce; 13-16.

2°. Phanuelitarum similis ferocia ab eodem punita, excisa turri et occisis incolis; 17.

3°. Principum Madianitarum captorum mors ad talionis pœnam decreta, et ad speciem honoris quandam ab ipso Gedeone illata. 18-21.

II. Civilia:

1°. Dominatus regius

1. Oblatus Gedeoni a populo; 22.
2. Recusatus pro se et familia ab eodem; 23.

2°. Præda inaurium

1. Expetita a Gedeone; 24.
2. Concessa et oblata a populo; 25, 26.
3. Impensa in monumentum, postea occasio peccati factum; 27.

3°. Sors Madianitarum afflicta, Israelitarum per quadraginta annos quieta et libera. 28.

III. Privata:

1°. Habitatio in tribu, urbe et domo paterna ac priore; 29.

2°. Familia ex multis uxoribus filiorum septuaginta, inter quos Abimelech ex concubina Sichimitide; 30, 31.

3°. Mors in senectute et sepultura in urbe patria. 32.

IV. Publica post Gedeonis mortem:

1°. Populi relapsus ad idololatriam; 33.

2°. Oblivio Dei et beneficiorum; 34.

3°. Ingratitudo erga Gedeonis familiam. 35.

V°. *Abimelechi usurpatoris acta.*

I. Gradatio ad regnum:

1°. Abimelech suos ex matre cognatos adhibet postulatores pro regno sibi obtinendo; *cap.* IX, *v.* 1, 2.

2°. Cognati persuadent rem Sichimitis; 3.

3°. Sichimitæ largiuntur argentum ad militem conscribendum; 4.
4°. Conscripti homines, auctore Abimelech, occidunt omnes Gedeonis filios, uno Joatham excepto; 5.
5°. Abimelech rex constituitur in Sichem ab hujus et Mello incolis. 6.

## II. Iniquitas hujus facinoris exposita :

1°. Præfatio sermonis a Joatham ad Sichimitas habiti; 7.
2°. Pars apologica, exhibens
1. Sub symbolo oleæ, ficus, et vitis, modestiam Gedeonis et filiorum regnum respuentium; 8-13.
2. Sub schemate rhamni, ferociam Abimelech regnum ambientis; 14, 15.
3°. Pars historica,
1. Exprobrans ingratitudinem erga Gedeonem, et crudelitatem contra ejus familiam; 16-18.
2. Præsagiens pœnam reciprocam Sichimitis et Abimelech inferendam; 19, 20.
4°. Consequentia,
1. Evasio et spontaneum exilium Joatham; 21.
2. Triennale regnum Abimelech. 22.

## III. Dissidium facinorosorum :

1°. Sichimitarum ab Abimelech divinitus aversorum detestatio facti, et præparatio machinationis adversæ; 23-25.
2°. Gaalis et gentilium Abimelech repugnantium grassatio, seditio et comminatio; 26-29.
3°. Zebuli vices Abimelechanas gerentis indignatio, legatio, et dispositio ad ultionem spectans; 30-33.
4°. Abimelech insidiæ adversantibus structæ. 34.

## IV. Exitus dissidii :

1°. Gaal cum suis copiis,
1. Alternante animo, contra Abimelech proruit ex civitate; 35-38.
2. In eamdem cum suorum clade repellitur ab Abimelech; 39, 40.
3. Ex eadem a Zebul ejicitur; 41.
2°. Sichimitæ
1. Egressi in campum cæduntur ab Abimelech; 42-44.
2. Residui, urbe capta et funditus diruta, interficiuntur; 45.
3°. Incolæ turris Sichimorum,
1. Occupato fano Baal, conglobantur ad defensionem; 46, 47.
2. Admotis per Abimelech et socios arborum ramis, fumo et igne, accenso enecantur mille; 48, 49.
4°. Abimelech,
1. Inducto in Thebés exercitu, turrim in ea a civibus nobilissimis insessam oppugnat, apposito ad ostium igne; 50-52.
2. Fragmine molæ a muliere dejecto vulneratur caput; 53.
3. Volens et jubens a proprio armigero occisus perit; 54.
5° Israelitæ Abimelech antea juncti solvuntur in propria dispersi. 55.

## V. Scholion morale :

1. Casus Abimelech, pœna sceleris contra patrem et cædis fratribus illatæ; 56.
2. Clades Sichimitarum, effectus seditionis et maledicti a Joatham denuntiati. 57.

VI°. *Judices Thola et Jair.*

I. Thola, post Abimelech judex populo datus, gessit magistratum tribus supra viginti annis. *Cap.* x, *v.* 1, 2.

II. Jair successor, triginta filiorum familia et oppidorum possessione clarus, gubernat viginti duobus annis. 3-5.

§ III. SUB JEPHTE ET TERNARIO JUDICUM SUCCEDANEO

I°. *Israeliticæ conditionis variatio renovata.*

I. Peccatum populi, apostasia pristina, aucta novorum idolorum cultu. 6.

II. Supplicium, servitus annorum octodecim sub Philistæis et Ammonitis, 7.

1°. Cœpta trans Jordanem; 8.
2°. Propagata cis eumdem fluvium. 9.

III. Pœnitentia publica

1°. Inchoata per ultroneam peccatorum confessionem; 10.
2°. Promota per oraculum Dei,
1. Exprobrantis concessam toties jam, post iteratas defectiones, liberationem; 11, 12.
2. Negantis nunc idem post recidivam beneficium; 13.
3. Remittentis per ironiam Israelitas ad deos, quos coluere, falsos; 14.
3°. Consummata per conversionem, conspicuam
1. Humiliatione confitentium peccata, submittentium se divino arbitrio, rogantium hac tantum vice gratiam liberationis; 15.
2. Reformatione cultus, per abjecta idola et redditum Deo servitium emendati; 16.
3. Fiducia spei fundata in Deo miserente, adjuta populo in Maspha confluente, directa a principum concilio characterem belli ducis designante. 16-18.

II°. *Biographia Jephte.*

I. Conditio privata:

1°. Secundum prosapiam, nascitur Jephte ex patre Galaadita, ex matre spurius; *cap.* XI, *v.* 1.
2°. Secundum hæreditatem, exclusus a fratribus; 2.
3°. Secundum habitationem, exul in terra Tob; 3.
4°. Secundum functionem, dux grassatorum. 3.

II. Dignitas judiciaria

1°. Oblata Jephte a Galaaditis per Ammonitas vexatis; 4-6.
2°. Repudiata ab eodem ob injurias ante acceptas; 7.

3°. Acceptata tandem ob reparationem hac delatione ab Israelitis contestatam; 8-10.

4°. Collata ab omni populo et exercitu in Maspha. 11.

III. Compositio controversiæ Ammoniticæ tentata,

1°. Amica interrogatione de causa invasionis Ammonitarum in terram transjordanicam; 12.

2°. Repetita legatione, ad responsum hanc terram Ammonitis ex jure vindicans; 13, 14.

3°. Oratoria legatorum disceptatione, qua

1. Negatur assertum Ammonitarum de hac regione sibi ab Israelitis, sub egressum ex Ægypto, erepta; 15.

2. Exponitur factum captæ a Moyse possessionis, et terræ non Ammonitis sed Amorrhæis jure belli ereptæ; 16-22.

3. Confirmatur justitia causæ ex Dei donatione apud Ammonitas æqualiter valitura; 23, 24.

4. Refutatur exceptio, oppositis tum silentio Moabitarum licet antiquiorum possessorum, tum præscriptione tercentum annorum; 25, 26.

5. Infertur querelæ injustitia, et causæ judicium Deo defertur. 27.

IV. Bellum contra Ammonitas

1°. Exortum, Ammonitis postulationi suæ insistentibus, Deo Israelitis animos inspirante, et Jephte exercitum colligente; 28, 29.

2°. Consecratum voto Jephte, primum sibi victori reduci obvium futurum Deo dedicantis; 30, 31.

3°. Susceptum et confectum, fusis hostibus et viginti urbibus captis; 32, 33.

4°. Funestatum occursu filiæ de patris triumpho lætantis,

1. Consternato hinc patre victore ob votum factum; 34, 35.

2. Parata ad voti præstationem filia, sub conditione temporis ad deflendam virginitatem concedendi; 36-39.

3. Introducta ceremonia hujus rei memoriali. 39, 40.

V. Contentio cum Ephraimitis

1°. Cœpta verbis, Ephraimitis litem moventibus ob bellum absque suis auxiliis gestum; Jephte in ipsos neglectum rejiciente, et unam sui populi causam actam ostendente; *cap.* XII, *v.* 1-3.

2°. Progressa ad pugnam, contumeliosa Ephraimitarum dicacitate excitatam, iisdemque accepta clade funestam; 4.

3°. Terminata internecione fugitivorum, ad Jordanis vadum ex pronuntiationis dialecto detectorum. 5, 6.

III°. *Judicum successio et catalogus.*

I. Jephte, post magistratum sex annis gestum, excedit e vivis. 7.

II. Succedit Abesan, clarus triginta filiis et totidem filiabus, utrisque conjugatis, septem annis exactis mortuus. 8-10.

III. Sequitur Abialon per decennium judex. 11, 12.

IV. Surrogatur Abdon, quadraginta filiorum parens, triginta nepotum avus, octo annorum judex. 13-15.

§ IV. SUB SAMSONE VINDICE.

**1°. *Samsonis primordia.***

I. Nativitas

1°. Discreta adjunctis

1. Temporis, quod cum repetito populi scelere, et huic immissa Philistæorum oppressione concurrit; *cap.* XIII, *v.* 1.
2. Parentum, patris scilicet e tribu Dan, matre sterili; 2.
3. Angeli apparentis et vaticinantis; 3.

2°. Prænuntiata ab Angelo matri, quæ

1. Promissionem de filio ex se nascituro accipit; 3.
2. Ob ejusdem, ad populi liberationem destinati, nazaræatum, abstinere a quibusdam monetur; 4, 5.
3. Visum, vaticinium, et mandatum marito narrat; 6, 7.

3°. Communicata similiter patri, qui

1. Pro communicatione hac obtinenda precatur Deum; 8.
2. Ab uxore ad Angelum rursus spectabilem adducitur; 9, 10.
3. Ab eodem de filii nazaræatu et hujus observantia instruitur; 11-14.

4°. Præventa sacrificio, quod

1. Angelus loco cibi sibi oblati parandum Deo indicat; 15, 16.
2. Manue paraturus, in nomen colloquentis secum personæ frustra inquirit; 17, 18.
3. Uterque conjux expectabundus positum in petra intuetur; 19.

5°. Confirmata miraculo, quod

1. Elucet, Angelo cum flamma sacrificii in cœlum elato et disparente; 20, 21.
2. Reddit conjuges venerabundos erga Deum, certos de Angelo viso, meticulosos de sua vita; 20-22.
3. Explicatur ab uxore in omen bonum, et a mortis periculo vacuum; 23.

6°. Secuta orto filio, et nomen Samsonis adepto. 24.

II. Adolescentia incremento, benedictione Dei et donis Spiritus Domini celebrata. 24, 25.

III. Matrimonium

1°. Præparatum,

1. Amore Samsonis concepto ergo Philistæam fœminam in Tamnatha; *cap.* XIV, *v.* 1.
2. Consensu parentum rogato, et difficulter obtento; 2, 3.
3. Consilio Dei, ansam belli contra Philistæos inde destinantis; 4.

2°. Conciliatum,

1. Parentibus cum Samsone Thamnatham ad domum sponsæ profectis; 5.

* Eo itinere Samson insciis parentibus leonem sibi obvium discerpit. 5, 6.
2. Contractu sponsalitio celebrato; 7.
3°. Consummatum,
1. Repetita priorum profectione ad nuptiarum solemnia; 8.
* Repertus in leonis cadavere favus mellis cum examine apum, gustandus datur a Samsone parentibus facti ignaris. 8, 9.
2. Convivio nuptiali instructo, et paranymphis triginta adjunctis. 10, 11.

II°. *Functiones magistratus judicialis.*

I. Prolusio hostilis:
1°. Occasio data per ænigma
1. A Samsone paranymphis cum pacto propositum; 12-14.
2. A paranymphis ingenio frustra, minis autem sponsæ Injectis efficacius tentatum; 14, 15.
3. A sponsa lacrymis diutius Instante elicitum ex Samsone, et mox proditum; 16, 17.
4. Solutum, paranymphis proditione utentibus, Samsone auctorem proditionis sibi exploratam indicante. 18.
2°. Factum quo Samson triginta Ascalonitas cædit, et vestibus occisorum ablatis pretium stipulationis reddit; 19.
3°. Eventus subsequens
1. Ex parte Samsonis, iracundus ex soceri ædibus digressus; 19.
2. Ex parte soceri, uxor Samsonis alteri in conjugem data. 20.

II. Stratagema vindex:
1°. Occasio
1. Capta ex repudio, Samsoni Thamnatham reduci declarato; *cap.* XV, *v.* 1.
2. Nil impedita ex oblato affinis uxoris connubio; 2.
3. Usurpata ad Incitamentum amplioris vindictæ. 3.
2°. Factum
1. Adornatum, captis vulpibus trecentis, earumdem paribus ad caudas junctis, facibusque ad caudarum medium annexis; 4.
2. Patratum, perlato a vulpibus ita immissis in Philistæorum segetes incendio, in vineta et oliveta propagato. 5.
3°. Eventus subsequens
1. Ex parte Philistæorum, pœna combustionis socero Samsonis illata; 6.
2. Ex parte Samsonis, studium vindictæ auctum, strages hostium edita, et recessus in Etam. 7, 8.

III. Fortitudo bellica:
1°. Occasio oblata per transactionem, qua
1. Philistæi Samsonem ab Israelitis ad pœnam minaciter postulant; 9, 10.
2. Hi Samsonem corripiunt, et ad deditionem urgent; 11, 12.
3. Ille, accepta sponsione, se vinciri et hostibus tradi consentit. 13.
2°. Factum

1. Inchoatum, disruptione vinculorum; 14.
2. Editum, interfectis asini mandibula mille Philistæis; 15.
3. Decantatum a victore. 16.

3°. Eventus subsequens,

1. Memoria facti imposita loco, appellatione celebri; 17.
2. Sitis urgentissima sedata, excitatis e mandibula miraculo aquis; 18, 19.
3. Magistratus Samsonis per annos viginti continuatus. 20.

## IV. Vis insidiarum victrix:

1°. Occasio insidiarum, hospitatio Samsonis Gazæ apud meretricem; *cap.* XVI, *v.* 1.

2°. Insidiæ positæ ad eumdem intra urbem tenendum et opprimendum; 2.

3°. Dissipatio earumdem per effractionem et delationem portarum urbis in montem vicinum. 3.

## III°. *Postrema Samsonis variata.*

## I. Ludificatio temeraria:

1°. Periculum ortum

1. Ex parte Samsonis Dalilam amantis; 4.
2. Ex parte Philistæorum, Dalilam conducentium ad expiscandum Samsonis secretum; 5.
3. Ex parte Dalilæ varia tentantis;

2°. Tentamen Dalilæ

1. Primum, 6.
2. Secundum, 10.
3. Tertium; 13.

3°. Temeritas Samsonis

1. Prior, 7.
2. Altera, 11.
3. Posterior; 13.

4°. Ludificatio expectationis

1. Prævia, 8, 9.
2. Media, 12.
3. Subsequa. 14.

## II. Revelatio damnosa:

1°. Sollicitatio Dalilæ instantius urgentis manifestationem arcani; 15. 16.

2°. Socordia Samsonis, pendulam a cæsarie sua fortitudinem effutientis; 17.

3°. Proditio revelati, et spes victoriæ certa Philistæis facta; 18.

4°. Usus revelationis malignus a Dalila, caput Samsonis dormientis radente; 19.

5°. Eventus funestus Samsoni, fortitudine cum crinibus spoliato, a Dalila tradito, a Philistæis capto, oculis privato, et in pistrinum detruso. 20, 21.

## III. Vindicta hostibus reddita:

1°. Opportunitas vindictæ

1. Præparata a Deo, vires Samsoni cum crinibus renascentibus conferente; 22.
2. Data a Philistæis, Deo et Samsoni per victimas, convivia et lusus insultantibus; 23-25.
3. Captata a Samsone, ad columnas, domui præcipua gentis capita complexæ suppositas, reclinante; 26, 27.

2°. Executio vindictæ
1. Initiata precibus Samsonis ad Deum; 28.
2. Suscepta, convulsis collisisque a Samsone illis columnis; 29.
3. Completa per stragem plurimorum hostium, inter ruinas mortem cum Samsone oppetentium. 30.

IV. Sepultura honorifica Samsoni curata in patria a cognatis, cadaver libere deferentibus, et annis magistratus notata. 31.

## SECTIO III.

### PARALIPOMENA ISRAELITARUM RELIGIONEM ET MORES CORRUPTOS EXHIBENTIA.

#### § I. APOSTASIA AD IDOLOLATRIAM

I°. *In una Ephraimitarum familia.*

I. Origo data per fœminam, quæ
1°. Mater erat Michæ Ephraimitæ; *cap.* XVII, *v.* 1.
2°. Argentum, surreptum a filio, restitutumque, eidem reddidit; 2.
3°. Idolum inde conflari, erronea voti religione, voluit. 3.

II. Apparatus curatus a Micha,
1°. Comparato idolo argenteo; 4.
2°. Constitutis ad cultum ædicula, vestimento et ministro; 5.
3°. Annotatis tempore et causa hujus sceleris haud impediti. 6.

III. Superstitio formata a Levita,
1°. Ad has ædes vaga peregrinatione delato; 7, 8.
2°. Ad obeundas sacrificuli vices persuaso et conducto; 9-11.
3°. Ad id munus inaugurato cum falsa Michæ lætitia. 12, 13.

II°. *In colonia Danitarum integra.*

I. Occasio corruptionis capta a quinque exploratoribus,
1°. Emissis tempore anarchiæ, et appulsis in domo Michæ; *cap.* XVIII, *v.* 1-2.
2°. Collocutis cum Levita sacrificulo, et edoctis de cultu profano; 3-4.
3°. Animatis fausto idoli præsagio; 5, 6.
4°. Confirmatis successu ad vota prospero, ob terræ exploratæ commodam et occupatu facilem conditionem. 7-10.

II. Assumptio idoli facta a sexcentis ad coloniam pergentibus,
1°. In itinere ad Michæ domum sistentibus; 11-13.
2°. Exploratorum narratione de novo hic sacrario admonitis; 14.

3°. Micham varia distractione fallentibus, et idolum cum supellectili auferentibus; 15-18.
4°. Sacrificulum ad sequelam inducentibus; 19, 20.
5°. Postulationem Michæ idolum repetentis contentiosa comminatione repellentibus. 21-26.

III. Publicus idololatriæ cultus invectus ab iisdem,
1°. Præparata idololatriæ sede in urbe Dan, loco Lais expugnatæ erecta; 27-29.
2°. Exposito idolo et sacerdotio sacrilego familiæ Joathanis asserto; 30.
3°. Continuato usu impio, cum arcæ mora in Silo coæva. 31.

## § II. PERVERSIO AD LUXURIAM.

I°. *Scelus infame libidinis*

I. Paratum occasione fortuita, quam dedit iter Levitæ
1°. Susceptum e monte Ephraim in Bethlehem, ad reducendam uxorem a se digressam; *cap.* XIX, *v.* 1-4.
2°. Remensum cum uxore ad montem patrium, post iterato accepta a socero humanitatis singularis officia; 5-9.
3°. Continuatum in seram vesperam, ad declinandum in Jebus hospitium; 10-12.
4°. Terminatum sub noctem in Gabaa; 13-15.
5°. Exceptum benevolo et liberali senis Ephraimitæ hospitio. 16-21.

II. Perpetratum opere,
1°. Frustrato incolarum Sodomitico consilio; 22, 23.
2°. Rejecta filiæ ad abusum oblatione a sene facta; 24, 25.
3°. Emissa extra domum, et a civibus per totam noctem ad mortem usque violata uxore Levitæ. 25, 26.

III. Divulgatum, ex mortuæ cadavere
1°. Jacente extra fores hospitii, et reperto a Levita; 27, 28.
2°. Deportato ab eodem in patriam, et diviso in frusta, quorum singula ad singulas tribus transmissa; 29.
3°. Accepto ab omnibus cum horrore ac detestatione sceleris. 30.

II° *Pœna sceleris*

I. Judicialiter decreta,
1°. Congregatis, præter Benjamitas, universis tribubus in Maspha; *cap.* XX, *v.* 1, 2.
2°. Evocato ad causam dicendam Levita actore; 2.
3°. Audita facti specie et postulatione vindictæ; 4-7.
4°. Lata contra Gabaaitas sententia, et designatis sententiæ executoribus. 8-11.

II. Retardata aliquandiu,
1°. Per oppositionem Benjamitarum, Gabaaitas puniri prohibentium; 12-13.
2°. Per apparatum belli civilis,
1. Benjamitis ad defensionem Gabaaitarum concurrentibus; 14-16.

2. Israelitis reliquis, post consultum de duce belli oraculum, ad oppugnandam Gabaam conversis; 17-20.

3°. Per cladem duplicem, Israelitis a gemina Benjamitarum eruptione illatam. 21-25.

III. Severissime irrogata,

1°. Oraculo rite consulto et victoriam pollicito; 26-28.

2°. Usurpato ab Israelitis insidiarum stratagemate, et Benjamitis simulata fuga elicitis; 29-32.

3°. Commisso prælio decretorio Benjamitis infausto; 33-35.

4°. Gabaa capta et incensa; 36-40.

5°. Benjamitis in pugna et fuga ad vigesies et quinquies mille cæsis, sexcentis duntaxat in petram Remmon elapsis; 41-47.

6°. Gabaa et urbibus Benjamitarum reliquis excisis penitus et igne exustis. 48.

III°. *Mitigatio pœnæ*

I. Concepta ex studio servandæ tribus Benjamin : quod

1°. Originem cepit ex officio religionis, pœnitentia facti, et periculo extinguendæ tribus; *cap.* XXI, *v.* 2-4, 6.

2°. Obicem habuit ex juramento de filiabus non concedendis in uxores Benjamitis; 1, 7.

3°. Medium circumspexit servandi tribum sine perjurio. 5, 8.

II. Tentata medio servandæ tribus : quod fuit

1°. Inventum in incolis Jabes Galaad, nec juramento illo obstrictis, nec amicitia amplius dignis, ob spontaneam eorum a reliquis Israelitis separationem; 8, 9.

2°. Paratum per internecionem Jabesitarum omnium, exceptis eorum virginibus quadringentis; 10-12.

3°. Adhibitum, virginibus his datis in uxores totidem Benjamitis. 13, 14.

III. Completa altero ad servandam tribum subsidio : quod erat

1°. Investigatum per deliberationem seniorum, qua ratione consulendum ducentis necdum uxoratis; 15-18.

2°. Propositum per decretum et excusatum virginum Siluntinarum raptum; 19-22.

3°. Usurpatum per illarum raptum, a ducentis Benjamitis factum. 23.

• Notatur reditus Benjamitarum in suam terram, et reliquorum ad tabernacula, cum signata hujus historiæ epocha. 24.

# LIBER PRIMUS REGUM.

FINIS JUDICIARIÆ ET INITIA REGIÆ POTESTATIS PENES POPULUM A DEO ELECTUM.

## PARS I.

EPOCHA POSTREMORUM JUDICUM.

## SECTIO I.

ACTA SUB JUDICE HELI.

### § I. SAMUELIS PRIMORDIA.

I°. *Nativitas*

I. Adumbrata per prænotiones

1°. De patris nomine, genere, patria, et familia; *cap.* I, *v.* 1-2.

2°. De ejusdem pietate, temporibus solemnioribus spectabili; 3-4.

3°. De duarum uxorum dispari ratione in corporeis donis et animi affectibus; 5-8.

4°. De matris precibus et voto, pro filio impetrando; 9-11.

5°. De ejusdem modestia et mansuetudine erga pontificem, male suspicacem exprobratorem. 12-16.

II. Exposita

1°. Per vatidicam Heli apprecationem; 17.

2°. Per plenam solatio fidem Annæ; 18, 19.

3°. Per respondentem voto et expectationi eventum prolis secutum. 20.

II°. *Infantia*

I. Curata domi a matre, præstito ablactationis officio. 21-23.

II. Oblata Deo, adjuncto munerum sacrificio. 24, 25.

III. Commissa Heli, soluto precum votique debito. 26-28.

IV. Celebrata Annæ cantico, quod complectitur

1°. Agnitionem factæ sibi gratiæ, et datæ inimicis pœnæ; *cap.* II, *v.* 1.

2°. Confessionem divinæ sanctitatis, potentiæ et sapientiæ, omni humana majoris; 2, 3.

3°. Experientiam providentiæ divinæ, circa res humanas libere disponentis; 4-8.

4°. Prædictionem salutis piorum, exitii impiorum, et venturi regni Christi. 9, 10.

III°. *Adolescentia*

I. Initiata sacro ministerio, sub Heli pontifice. 11, 18.

II. Instructa ministerii, signaculo et familiæ subsidio. 18, 19.

III. Commendata pontificis voto, et matris fœcunditate. 20, 21.

IV. Aucta dotibus internis et externis. 26.

## § II. DOMUS HELI DECREMENTA

I°. *Quoad vitæ honestatem* : per delicta

I. Commissa ab Heli filiis, qualia erant

1°. Ignorantia et negligentia officii sacerdotalis; *ibid. v.* 12, 13.

2°. Avaritia et rapacitas; 13, 14.

3°. Violentia et perversio ordinis, 15, 16.

4°. Scandalum hinc populo, et aversio a sacris injecta; 17.

5°. Libido sacrilega. 22.

II. Admissa ab ipso etiam Heli, qualia fuerant

1°. Tolerantia indulgentior vitiorum in filiis; 22.

2°. Reprehensio mollior iisdem data; 23-25.

3°. Neglecta correctio spernentium monita. 25.

II°. *Quoad familiæ fortunam* : per pœnas quas propheta intentat,

I. Præmissa exprobratione ingratitudinis, profanationis, et abusus suorum. 27-29.

II. Subjuncta enumeratione malorum inferendorum, videlicet, futura

1°. Translatio pontificatus ad aliam familiam; 30.

2°. Extenuatio posteritatis per immaturam mortem, ex dignitatis amissione, æmuli prosperitate, et animi ægritudine obventuram; 31-34.

3°. Mors filiorum uno die periturorum; 34.

4°. Substitutio sacerdotis melioris, et Deo probati; 35.

5°. Mendicitas et extrema paupertas posterorum. 36.

## § III. SAMUELIS INCREMENTA

I°. *In virtutibus* : cujusmodi notantur

I. Fidelitas ministerii,

1°. Animata spiritu religionis; *cap.* III, *v.* 1.

2°. Exempta a respectu humano; 2.

3°. Exercita diu noctuque. 3.

II. Promptitudo obsequii

1°. Erga Heli, quem trina Dei vocatione putabat jubere; 4-9.

2°. Erga Deum, quem, quarta vice sibi inclamantem, ex Heli instructione veneratur. 10.

II. *In prophetiæ donis :*

I. Per auditum oraculum

1°. Generale, de eventu stupendo; 11.

2°. Speciale, de adventu, causa, et certitudine malorum in Heli domum immittendorum. 12-14.

II. Per ejusdem oraculi cum aliis communicationem,

1°. Ex modestia et timore Samuelis declinatam; 15.

2°. Iterata jussione ab Heli postulatam; 16, 17.

3°. Generose ab illo factam, et fortiter ab hoc acceptam. 18.

III. Per confirmatum habitum

1°. Vere prædicendi futura; 19.

2°. Fideliter enuntiandi vera; 20.

3°. Frequenter consulendi et audiendi Deum in Silo. 21.

§ IV. POENARUM INTENTATARUM EVENTUS

I°. *Atterens populum:*

I. Illata per Philistæorum irruptionem quater mille Israelitarum clade. *Cap.* IV, *v.* 1, 2.

II. Adducta infausto consilio arca fœderis in Israelitarum castra. 3, 4.

III. Orta hinc Israelitarum præsumptuosa securitate et Philistæorum per desperationem ferocia. 5-9.

IV. Repetita prælio altero clade Israelitarum triginta millium occisorum. 10.

II°. *Affligens religionem :*

I. Arca a Philistæis capta, sacerdotibus occisis. 11.

II. Urbe Silo ad funestum hoc nuntium conturbata et funestata. 12, 13.

III°. *Perdens familiam Heli :*

I. Morte filiorum ad aures Heli jam senectute confecti allata. 14-17.

II. Heli ipso, ad auditam arcæ captivitatem, fractis ex lapsu retrorsum cervicibus, vitam et magistratum quadragenarium finiente. 18.

III. Nuru, partu per terrorem properato soluta, et absque solatio mortua. 19, 20.

IV. Nepote recens edito, ad tristem eventuum memoriam, nomen Ichabod capiente. 21, 22.

## SECTIO II.

### ACTA SUB JUDICE SAMUELE.

#### § I. ARCÆ PEREGRINATÆ PERISTASES

I°. ***Sub captivitatem apud Philistæos:***

I. Ignominia arcæ irrogata per collocationem coram Dagon. *Cap.* v, *v.* 1, 2.

II. Honor illi reparatus per Dagonis dejectionem iteratam et certo ritu commemoratam. 3-5.

III. Vindicta pro eadem, per pœnas corporibus ægris et vitæ civium inflictas, sumpta

1°. De Azotiis; 6-8.

2°. De Gethæis; 9.

3°. De Accaronitis. 10-12.

II°. ***Sub remissionem ad Israelitas:***

I. Consultatio ad hanc rem instituta,

1°. Notatis tempore, consiliariis, et argumento deliberationis; *cap.* vi, *v.* 1, 2.

2°. Relatum sacrificulorum responso,

1. Medium ad tollendam culpam et pœnam aptatum suggerente; 3-5.

2. Monitum ad cavendam obstinationem addente; 6.

3. Modum translationis præscribente; 7, 8.

4. Indicium, ad locum termini dignoscendum, designante. 9.

II. Consilium executioni datum,

1°. Junctis ad plaustrum novum vaccis, et arca huic imposita cum donariis; 10-11.

2°. Itinere spontanea jumentorum directione versus Bethsames inito, Philistæis pone sequentibus, Bethsamitis cum gaudio prospicientibus; 12, 13.

3°. Arca ad Bethsames appulsa, a Levitis deposita, et sacrificiis honorata; 14, 15.

4°. Philistæorum reditu, donis et memoriali nomine adnotatis. 16-18.

III°. ***Sub receptionem apud eosdem:***

In Bethsames,

1°. Irreverentia arcæ illata vindicatur, inflicta plaga ingenti; 19.

2°. Deliberatio hinc inita de ulteriori arcæ translatione; 20.

3°. Evocatio incolarum Cariathiarim, ad recipiendam penes se arcam. 21.

IV°. ***In Cariatharim,***

1°. Arca huc deducta, apud Abinadab collocata, ab Eleazaro custodita; *cap.* vii, *v.* 1.

2°. Commoratio ejusdem diuturna ibidem, et cum quiete conjuncta. 2.

§ II. SAMUELIS JUDICIARIUS MAGISTRATUS

I°. *Salutaris in religionis officiis*,

I. Per reliquias idololatriæ exterminatas. 3, 4.

II. Per Deum pœnitentia publica conciliatum. 5, 6.

II°. *Gloriosus in bellicis expeditionibus*,

I. Per victoriam reportatam, pietate precum et sacrificii propria, et divino miraculi Philistæos terrentis interventu. 7-10.

II. Per hostilium copiarum e Judæa ejectionem, et libidinem dominandi repressam. 11-13.

III. Per urbium ante amissarum recuperationem, pacemque ac securitatem restitutam. 14.

III°. *Commodus in negotiis politicis*,

I. Per judiciorum sedes variis in urbibus constitutas, et vicibus annuis frequentatas. 15, 16.

II. Per altare, in Ramatha natali urbe, etiam Deo consecratum. 17.

§ III. JUDICIARIÆ GUBERNATIONIS CUM REGIA COMMUTANDÆ CONSILIUM

I°. *Conceptum a populo*, ob vitia filiorum Samuelis, magistratum judiciarium perverse administrantium. *Cap.* VIII, *v.* 1-3.

II°. *Propositum*

I. Ab optimatibus Samueli rem ægre ferenti. 4-6.

II. A Samuele Deo, postulatum quidem permittenti, sed postulationis iniquitatem exponenti, postulantium tamen damnum præcaventi. 7-9.

III°. *Dissuasum sermone Samuelis*,

I. Exponentis populo jus regium circa exactiones servitiorum et stipendiorum. 10-17.

II. Prædicentis formam regiminis semel mutatam, posthac non mutandam amplius. 18.

IV°. *Decretum*

I. Voluntate populi obstinata. 19, 20.

II. Permissione Dei repetita, et dispositione Samuelis facta. 21, 22.

## PARS II.

AUSPICIA REGLÆ POTESTATIS APUD ISRAELITAS.

—

### SECTIO I.

SAULIS PRIMI ISRAELITARUM REGIS INITIA.

§ I. DIVINA SAULIS INSTITUTIO IN REGEM.

I°. *Prænotiones ad facti historiam.*

I. Prosopographia Saulis. *Cap.* IX, *v.* 1, 2.

II. Occasio conveniendi Samuelem

1°. Remota, inquisitio in asinas patris amissas; 3-5.

2°. Proxima, consilium consulendi de hoc negotio prophetam, a servo propositum, a Saule post aliquam difficultatem sublatam adoptatum. 6-10.

III. Opportunitas hujus propositi

1°. Perquisita ab obviis, et indicata; 11-13.

2°. Oblata etiam per occursum Samuelis. 14.

II°. *Revelatio divina primi regis facta Samueli*

I. Pridie, determinando quidem tribum, necdum tamen personam ungendam in regem. 15, 16.

II. Sub præsentem occursum, designando eam personam. 17.

III°. *Indicia hujus destinationis data Sauli a Samuele,*

I. Sub occursum,

1°. Per plenam humanitatis exceptionem et invitationem ad convivium publicum; 18, 19.

2°. Per notitiam de quæsitis datam, et consilium Dei insinuatum; 20.

3°. Per modestam responsi a Saule dati dissimulationem. 21.

II. Sub convivium,

1°. Per locum honorarium Sauli delatum;

2°. Per portionem cibi nobiliorem et largiorem appositam. 23, 24.

III. Sub moram reliquam,

1°. Per hospitium nocturnum Sauli datum; 25.

2°. Per comitatum dimisso post noctem præstitum; 26.

3°. Per captatam, præmisso servo, occasionem colloquendi cum solo. 27.

IV°. *Collatio dignitatis regiæ* auctoritate Dei facta per unctionem, osculum, et præsagium Sauli a Samuele datum. *Cap.* x, *v.* 1.

V°. *Persuasio acceptæ dignitatis*, confirmata Sauli,

I. Per prædictionem eventuum proximorum,

1°. In appulsu ad sepulchrum Rachel, circa nuntium de asinis inventis; 2.

2°. In via ad quercum Thabor, circa tres viros dona ferentes et oblaturos; 3, 4.

3°. In ingressu urbis in colle Dei, circa prophetantium chorum et adjunctionem ad eumdem. 5, 6.

II. Per instructionem adjectam de faciendis post prædictionis complementum. 7, 8.

III. Per complementum prædictionum

1°. Notatum universim; 9.

2°. Expositum specialim, circa donum Saulis propheticum, adjuncta admiratione observantium. 10-12.

IV. Per internam Saulis convictionem, experimento observati secreti contestatam. 13-16.

§ II. PUBLICA DIGNITATIS REGIÆ SAULI DIVINITUS COLLATÆ DECLARATIO.

I°. *Inaugurationis solemnitas.*

I. Electionis ratio:

1°. Comitia in Maspha celebrata; 17.

2°. Sermo Samuelis, præmissa reprehensione, populum ad electionem progredi jubentis, habitus; 18, 19.

3°. Sortilegium adhibitum, et Saul per illud rex designatus. 20, 21.

II. Electi productio in publicum,

1°. Post latebras Saulis absentis divinitus detectas; 22.

2°. Cum Samuelis demonstratione, et populi acclamatione; 23, 24.

3°. Insequente legis regni promulgatione et consignatione. 25.

III. Constituti deductio domum,

1°. A magna exercitus parte solemniter facta; 26.

2°. Ab hominibus nequam neglecta, a Saule dissimulata. 27.

II°. *Auctoritatis firmitas*

I. Conciliata felici bello: cujus narratur

1°. Occasio data a Jabensibus, auxilium contra Ammonitas poscentibus; *cap.* XI, *v.* 1-4.

2°. Apparatus factus a Saule vehementer commoto, et severis mandatis magnum exercitum adepto; 5-8.

3°. Societas promissa Jabensibus, hostem ambiguo responso aliquantum suspendentibus; 9, 10.

4°. Prælium decertatum cum cæde et dispersione Ammonitarum. 11.

II. Contestata generoso studio

1°. Populi quidem, spirantis vindictam in quoscumque dissidentes a facta inauguratione; 12.

2°. Saulis autem, prudenter priorem quorumdam repugnantiam condonantis. 13.

III. Amplificata Samuelis consilio : ex quo

1°. Comitia populi universi celebrata in Galgala ; 14.

2°. Ibidem confirmatum Saulis regnum, renovato fœdere, immolatis victimis, et communi exultatione secuta. 15.

III°. *Monarchiæ integritas*, insinuata comitiali Samuelis sermone, quo continetur

I. Magistratus abdicatio,

1°. Constituto jam ad populi vota et regnante rege ; *cap.* XII, *v.* 1.

2°. Samuele ob senium cedente, filiis ad conditionem privatam redactis ; 2.

3°. Postulata de gesto hactenus magistratu cognitione populi judiciali ; 3.

4°. Reddito ab hoc integritatis testimonio. 4, 5.

II. Variati regiminis descriptio :

1°. Ducibus primum Moyse et Aarone post patriarchas constitutis ; 6-8.

2°. Judicibus postea variis vario tempore et statu suscitatis ; 9-11.

3°. Rege tandem ad populi postulata concesso et præposito. 12, 13.

III. Felicitatis sub rege stabiliendæ documentum

1°. Datum, propositis de Deo colendo et peccato fugiendo monitis ; 14, 15.

2°. Confirmatum miraculo, per pluvias et tonitrua sub messis tempus edita. 16-18.

IV. Officiorum communium præstatio,

1°. Suggerendo fidelitatem in Dei servitio, tanquam medium ad obtinendam veniam ; 19-21.

2°. Excitando ad constantiam in vera religione, per juratam a Deo fidem, et promissam a se intercessionem ac doctrinam ; 22, 23.

3°. Adhortando ad officium ex motivo gratitudinis ac timoris. 24, 25.

### § III. GESTA SUB SAULE REGNANTE PRIORA.

I°. *Belli cum Philistæis initia*

I. Consignata anno regiminis et numero copiarum. *Cap.* XIII, *v.* 1, 2.

II. Facta, Philistæis e Gabaæ statione a Jonatha deturbatis, et Israelitis ad Saulem in Galgala accitis. 3, 4.

III. Turbata, Philistæis ingenti cum exercitu occurrentibus, Israelitis autem undique ex timore dispersis. 5-7.

II°. *Subjuncta his initiis funesta* :

I. Saulis delictum, sacrificio perperam peracto commissum. 8, 9.

II. Samuelis interventus,

1°. Examinantis factum ; 10, 11.

2°. Improbantis defensionem facti ; 12, 13.

3°. Denuntiantis pœnam, facto divinitus decretam, 14.

III. Utriusque hostilis partis conditio :

1°. Statio Saulis et Jonathæ in Gabaa, cum solis militibus sexcentis; 15, 16.

2°. Castra Philistæorum in Machmas, cum turmis tribus excursorum, depopulationem circumferentium ; 17, 18.

3°. Armorum defectus apud Israelitas, studio Philistæorum inductus. 19-22.

III°. *Excursio velitaris Jonathæ.*

I. Peristases :

1°. Philistæorum statio extima : 23.

2°. Jonathæ ad eam invadendam consilium, cum armigero solo communicatum ; *cap.* XIV, *v.* 1.

3°. Saulis castrametatio et agmen ; 2, 3.

4°. Locorum, inter stationem illam et hæc castra interjectorum, conditio. 4, 5.

II. Apparatus :

1°. Consilium invasionis in hostes, a Jonatha armigero rursus propositum ; 6.

2°. Obsequium ab armigero addictum ; 7.

3°. Indicium successus, ex eventu futuro conjectatum. 8-10.

III. Aggressio

1°. Eventu fausti indicii excitata ; 11.

2°. Certa cum spe a Jonatha suscepta ; 12.

3°. Cum strage viginti hostium, a Jonatha et armigero cæsorum, et perturbatione plurimorum conjuncta. 13-15.

IV°. *Pugna decretoria Saulis*

I. Inita,

1°. Ad datam a speculatoribus de hostium fuga notitiam ; 16.

2°. Ob conceptam, ex Jonathæ absentia, de facti auctore opinionem ; 17.

3°. Post interpolatam ex accrescente tumultu consultationem Dei. 18, 19.

II. Confecta,

1°. Perducto exercitu ad castra Philistæorum, se mutuo conficientium ; 20.

2°. Hebræis, antea sive ad Philistæos digressis, sive fuga dispersis, nunc Sauli se conjungentibus ; 21, 22.

3°. Certamine prospere facto, et cæde Bethaven usque prolata. 23.

V°. *Insectatio hostium fugitivorum*

I. Accelerata voto jejunii imprecatorio,

1°. Edito a Saule ; 24.

2°. Observato a populo ; 25, 26.

3°. Violato a Jonatha, paterni juramenti ignaro ; 27.

4°. Improbato ab eodem, factum edocto. 28-30.

II. Interpolata crimine,

1°. Commisso per populum esu vespertino carnis cum sanguine; 31, 32.
2°. Nuntiato Sauli, statim intento expiationi; 33.
3°. Expiato per eumdem, effuso ad altare subito erectum animalium occisorum sanguine. 34, 35.

III. Suspensa
1°. Contra imperium a rege datum et obsequium populi paratum, 36.
2°. Ob negatum, post consultationem de persequendis hostibus, responsum a Deo. 37.

VI°. *Causa impeditæ insectationis*

I. Indagata a Saule,
1°. In reum inquirente; 38.
2°. Pœnam mortis jam prævie in eum decernente; 39.
3°. Indicio divino populum illinc, se Jonathamque hinc statuente. 40.

II. Manifestata,
1°. Deo per sortem, jam populum, mox Saulem absolvente; 41, 42.
2°. Jonatha suam, per gustatum mellis paululum, culpam fatente. 43.

III. Decisa,
1°. Saule executionem anathematis urgente; 44.
2°. Populo autem Jonatham liberante. 45.

* Adjectio summaria

I. De bellis, post hanc expeditionem, a Saule gestis. 46-48.
II. De familia et genere Saulis. 49-51.
III. De prudentia illius militari. 52.

## § IV. REPROBATIO SAULIS.

I°. *Inductio reprobationis.*

I. Occasio,
1°. Mandatum divinum, Samuele internuntio, datum Sauli de exscindendis Amalecitis, anathemati subjectis in ultionem impedimenti, olim ab hac gente Israelitis peregrinantibus positi; *cap.* XV, *v.* 1-3.
2°. Bellum contra Amalecitas gestum, concessa Cinæis salute, reliquis ab Hevila usque ad Ægyptum habitatoribus exitiale. 4-7.

II. Causa, peccatum a Saule commissum,
1°. Donata regi Agag capto venia vitæ; 8.
2°. Reservatis item ex præda melioribus. 9.

II°. *Decretum reprobationis*

I. Manifestatum a Deo Samueli, graviter hinc dolenti. 10, 11.

II. Inopinatum Sauli
1°. Triumphanti, et de rebus velut optime gestis sibi gratulanti; 12, 13.

2°. Quæstionem, de servatis pecoribus motam, per religionis speciem solvere conanti. 14, 15.

III. Denuntiatum a Samuele Sauli,

1°. Facto initio per excitatam attentionem, repetitam beneficii et mandati divini memoriam, et postulatam neglecti imperii rationem; 16-19.

2°. Interposita Saulis defensione, et opposita Samuelis replica obedientiam commendante; 20-23.

3°. Addita, ad Saulis confessionem, deprecationem, et instantiam, iteratione denuntiationis etiam symbolo confirmatæ. 24-29.

III°. *Sequelæ reprobationis.*

I. Petita a Saule, et indulta a Samuele occultatio statutæ reprobationis. 30, 31.

II. Mors Agag, in publicum protracto, illata a Samuele. 32, 33.

III. Discessus Samuelis a Saule, et luctus illius de eodem. 34, 35.

## SECTIO II.

### DAVIDIS SECUNDI ISRAELITARUM REGIS PRODROMA.

#### § I. UNCTIO DAVIDIS IN REGEM CLANCULARIA

I°. *Indicata a Deo,*

I. Samueli Saulem lugenti negotium in Bethlehem committente. *Cap.* XVI, *v.* 1.

II. Eidem regem timenti, ad rem occultandam, sacrificium et convivium cum Isai domo præscribente. 2, 3.

II°. *Tentata a Samuele,*

I. Bethlehem appulso, et sub sacrificii specie tum civium suspicionem diluente, tum intentionem dissimulante. 4, 5.

II. Inter septem Isai filios, per ordinem lustratos, regno destinatum frustra inquirente. 6-10.

III. Residuum adhuc Davidem ex agro evocari jubente, ac regem designatum divinitus agnoscente. 11-12.

III°. *Perfecta ab eodem,* spectantibus Davidis patre et fratribus, et Deo unctum donis cœlestibus augente. 13.

* Reditus Samuelis in Ramatha. 13.

§ II. PROGRESSIO DAVIDIS AD CELEBRITATEM PUBLICAM

I°. *Per peritiam citharœdicam.*

I. Occasio postulandi citharœdi,

1°. Morbus Saulis spiritu divino destituti, et intemperio agitati; 14.

2°. Consilium medicorum, cantum citharœdi contra hunc morbum consulentium; 15, 16.

3°. Assensus Saulis, citharœdum adduci jubentis. 17.

II. Adductio Davidis in Regiam,

1°. Servo regio mentionem Davidis, velut citharœdi eximii, faciente; 18.

2°. Saule missis nuntiis eumdem evocante; 19.

3°. Isai filium cum muneribus mittente. 20.

III. Præsentia ejusdem ibidem

1°. Amore Saulis excepta, et honore armigeri aucta; 21.

2°. Commoratione ad regis postulationem diuturna; 22.

3°. Impensa arte citharœdica efficax, et morbi regii propulsatrix. 23.

II°. *Per fortitudinem bellicam.*

I. Occasio,

1°. Hostiles molitiones, et castra Philistæorum castris Israelitarum sub Saule opposita; *cap.* XVII, *v.* 1-3.

2°. Philistæorum consilium conficiendi belli per monomachiam, ineundam cum Goliatho,

1. Proceritate corporis altitudinem sex cubitorum superante; 4.

2. Armorum mole ac genere terrorem incutiente; 5-7.

3. Provocatione ad singulare certamen quotidiana, et contumeliis plena, insultante; 8-10, 16.

3°. Israelitarum timor inde conceptus. 11.

II. Interventus Davidis,

1°. Secundum genus, familiam, vitæ conditionem et ex aula regia reditum descripti; 12-15.

2°. Missi a patre ad fratres tres, Saulis castra in valle posita secutos; 17-19.

3°. Declinantis e via, ad spectandas acies e castris ad pugnam progressas. 20-22.

III. Generosus ejusdem animus,

1°. E constantia ad Goliath conspectum, et facta, ad auditum pugnæ pretium, oblatione sui, promicans, 23-27.

2°. A cœpto per contumeliosam fratris objurgationem minime prohibitus; 28-30.

3°. A Saule tentatus, sed eidem post enarrata quædam fortitudinis specimina probatus. 31-37.

IV. Monomachia :

1°. Apparatus armorum

1. Oblatus a Saule; 38.

2. Depositus a Davide, et cum baculo, funda ac lapidibus commutatus; 39, 40.

2°. Occursus pugnatorum colloquentium, exhibens

1. Goliath arrogantiam, præsumptionem, et maledicentiam; 41-44.
2. Davidis confidentiam in Deo, et certam spem victoriæ; 45-47.

3°. Aggressio Davidis, Goliath

1. Saxo funda projecto in fronte percussum sternentis; 48.
2. Proprio ipsius gladio capite spoliantis; 49-51.

4°. Effectus victoriæ:

1. Fuga et cædes Philistæis illata; 51, 52.
2. Direptio castrorum; 53.
3. Spoliorum et victoriæ monumentum. 54.

III°. *Per æstimationis gratiam*,

I. Indicatam a rege,

1°. In colloquio cum Abner, sub pugnæ ingressum; 55, 56.
2°. In alloquio ad Davidem, sub reditum e pugna; 57-58.
3°. In retentione ejusdem in aula post pugnam. *Cap.* XVIII, *v.* 2.

II. Contestatam a Jonatha,

1°. Tenerrime Davidem diligente; 1.
2°. Fœdus amicitiæ cum eodem ineunte; 3.
3°. Permutatis vestibus illud confirmante. 4.

III. Comparatam apud aulicos, per insignem prudentiam in gerendis negotiis. 5.

IV. Celebratam ab universo populo, Davidis victoriam lætis cantibus excipiente. 6, 7.

§ III. INCREMENTUM AUCTORITATIS, DAVIDI ACCEDENS INTER ADVERSA,

I°. *Collatum cum militari officio.*

I. Adversus Saulis furor,

1°. Natus ex invidentia laudis Davidi datæ; 8, 9.
2°. Auctus a spiritu malo; 10.
3°. Proditus lancea in Davidem licet incassum conjecta. 11.

II. Officium Chiliarchæ

1°. Impositum Davidi a Saule, illum timente et removente ab aula; 12, 13.
2°. Gestum ab eodem cum omnium approbatione. 14-16.

II°. *Additum a regali conjugio.*

I. Insidiosum Saulis consilium,

1°. In oblato cum Merob, sed alteri post data, conjugio; 17-19.
2°. In substituta Micholis a Davide amatæ oblatione ad conjugium; 20-23.
3°. In adjecta sponsalitii hujus contractus conditione. 24-26.

II. Conjugium cum Michol altera Saulis filia,

1°. Impleta conditione consummatum; 27.

2°. Uxoris amore roboratum; 28.

3°. Mariti prudentia, inimicis etiam venerabili, honoratum. 29, 30.

III°. *Stabilitum humano divinoque præsidio,*

I. Interventu Jonathæ,

1°. Consilium Saulis cruentum Davidi revelantis, et latebras suadentis; *cap.* XIX, *v.* 1, 2.

2°. Sauli facinus dissuadentis, secundum datam Davidi fidem; 3-5.

3°. Davidem Sauli conciliantis, et in aulam reducenti. 6, 7.

II. Ingenio Micholis,

1°. Davidem, post jaculum a Saule, ob illius victoriam ad æmulationem concitato, emissum, sed declinatum, ex aula profugum in ædes recipientis; 8-10.

2°. Eidem, ad declinandos excubitores a rege missos, fugam suadentis, et opportunitatem præbentis; 11, 12.

3°. Apparitores jam appulsos simulacro ludentis, et eosdem cum rege mendacio officioso fallentis. 13-17.

III. Prodigio Numinis,

1°. Davidem fuga elapsum ad Samuelem, et utrumque in Najoth deducentis; 18.

2°. Saulis satellites, ad Davidem capiendum semel, iterum, ac tertio ablegatos, spiritu prophetico afflantis; 19-21.

3°. Saulem ipsum insecutum eodem œstro a consilio divertentis. 22-24.

IV°. *Amplificatum pacto familiæ cum Jonatha sancito.* Hujus

I. Præparatio facta,

1°. Davide querelas et timorem apud Jonatham aperiente; *cap.* XX, *v.* 1.

2°. Jonatha securitatem et suum subsidium spondente. 2-4.

II. Dispositio adjecta,

1°. Davide medium, ad animum Saulis erga se explorandum, suggerente; 5-8.

2°. Jonatha postulatum addicente, et jurejurando confirmante. 9-13.

III. Sanctio edita,

1°. Jonatha sibi, familiæque suæ a David misericordiam deprecante; 14, 15.

2°. Utroque fœdus, pro posteris etiam, pangente. 16, 17.

IV. Experimentum datum a Jonatha,

1°. Constituta ad Saulis animum tum explorandum, tum denuntiandum, apta ratione; 18-23.

2°. Impenso ad hunc finem solerti studio; 24-29.

3°. Tolerato hinc etiam Saulis furore ac odio; 30-35.

4°. Usurpato conventionis, ad manifestationem factæ, indicio. 36-40.

V. Ratihabitio præstita,

1°. Osculis mutuo datis et lacrymis profusis; 41.

2°. Fœdere et juramento renovatis; 42.

3°. Davide et Jonatha tandem ab invicem digressis. 43.

## SECTIO III.

### COÆVA UTRIUSQUE PRIMI REGIS FATA.

#### § I. DAVIDIS EXULIS, ET SAULIS VINDICIS COMPARATIO.

I°. *David profugus*

I. Transiens Noben,

1°. Dissimulat fugæ nomen et rationem; *cap.* XXI, *v.* 1, 2.

2°. Fame compulsus petit ab Achimelech et obtinet panes sanctificatos; 3-6.

3°. Inermis ab eodem acceptat Goliath gladium; utrobique observatus a Doeg. 7-9.

II. Appulsus in Geth,

1°. Agnoscitur ab aulicis, et regi denuntiatur; 10, 11.

2°. Simulat phreneticum, ut periculum evadat; 12, 13.

3°. Obtinet hac arte dimissionem a rege, et abit. 14, 15.

III. Digressus

1°. In speluncam Odollam,

1. Recipit profugos ad se parentes et consanguineos; *cap.* XXII, *v.* 1, 2.

2. Colligit ex aliis ad se confluentibus turmam quadringentorum militum; 2.

2°. In Maspham Moabitarum, a rege

1. Petit pro parentibus stationem tutam; 3.

2. Obtinet eamdem diuturnam. 4.

IV. Regressus in Judæam jussu prophetæ Gad, considet in silva Haret. 5.

II°. *Saul vindex*,

I. Edoctus de reditu Davidis in Judæam, 6.

1°. Queritur de subditis Davidi faventibus; 7.

2°. Invehitur ob eumdem favorem in Jonatham. 8.

II. Informatus a Doeg de Davidico per Noben transitu, 9, 10.

1°. Evocatum ad se Achimelech reprehendit ut perduellem; 11-13.

2°. Eumdem, sua cum Davide gesta excusantem, addicit morti. 14-16.

III. Irritatus a satellitibus hanc sententiam exequi recusantibus, 17.

1°. Manu Doeg, impie obsequentis, Achimelech cum presbyteris occidit; 18.

2°. Noben ipse exscindit. 19.

III°. *Actionis utriusque corollarium.*

I. Abiathar Achimelech filius

1°. Fuga e communi strage elabitur; 20.

2°. Davidi factum nuntiat. 21.

II. David, commiseratione tactus,

1°. Fatetur, datam a se huic facinori ansam; 22.

2°. Abiatharem solatur, et in tutelam recipit. 23.

§ II. DAVIDIS INTRA JUDÆAM VAGI ET SAULIS UNDIQUE INFESTI VARIATIO.

I°. *In urbe Ceila.*

I. Statio in hac urbe, quam David,

1°. A Philistæis obsessam audit; *cap.* XXIII, *v.* 1,

2°. Consulto Domino, contempto suorum metu, liberandam suscipit; 2-4.

3°. Liberatam cum Abiathar comite insidet. 5, 6.

II. Periculum ob hanc stationem

1°. Proditam Sauli; 7.

2°. Cingendam ab ejusdem exercitu. 8.

III. Liberatio a periculo

1°. Per consultationem oraculi tentata; 9-12.

2°. Per Davidis ex urbe discessum, et Saulis ad hoc nuntium quiescentis dissimulationem, obtenta; 13.

3°. Per tutelam Dei, Davidem ubique conservantis, confirmata. 14.

II°. *In desertis Ziph*

I. Montosis

1°. Davidis commoratio tuta; 15.

2°. Jonathæ ad hanc stationem accessus, et amicitiæ contestatio; 16, 17.

3°. Utriusque fœdus renovatum; 18.

4°. Proditoria Ziphæorum delatio Davidis ad Saulem; 19, 20.

5°. Insidiosa instructio iisdem a Saule data. 21-23.

II. Campestribus:

1°. David descendit in campestria Maon; 24, 25.

2°. Saul Davidem undique cingit; 26.

3°. Nuntius, irruptionem Philistæorum in Judæam referens, Saulem ad patriæ defensionem evocat, Davidem a periculo liberat. 27-28.

III°. *In spelunca Engaddi.*

I. Continuata Saulis, Davidem in Engaddi profugum inquirentis, persecutio. *Cap.* XXIV, *v.* 1-3.

II. Ejusdem in speluncam, necessitatis ergo, secessus. 4.

III. Davidis ibidem latitantis opportunitas occidendi regem,

1°. Resecto chlamydis frusto contestata; 5.

2°. Contra suorum suasum, nec usurpata, nec permissa. 6, 7.

IV. Ejusdem ad regem e periculo dimissum allocutio, 8, 9. Qua David,

1°. Contra calumniantium delationes, fidelem se regi comprobat præsenti abstinentia; 10-12.

2°. Invocato in causæ vindicem Deo, securitatem a se promittit regi; 13, 14.

3°. Dehortatus regem a sui persecutione, se suamque causam Deo committit. 15, 16.

V. Saulis Davidem agnoscentis et emolliti responsum, 17. Quo Saul

1°. Fatetur propriam iniquitatem; 18.
2°. Laudat, cum apprecatione subnexa, Davidis virtutem; 19, 20.
3°. Agnoscit regnum Davidi a Deo destinatum. 21.

VI. Uterque, securitate familiæ Saulis firmata,

1°. Paciscitur juramento; 22.
2°. Discedit in pace. 23.

IV°. *In monte Carmelo.*

I. Adjuncta historiæ:

1°. Tempus quo Samuel mortuus; *cap.* XXV, *v*, 1.
2°. Locus commorationis Davidis, desertum Pharan; habitationis Nabalis, Carmelus; 1, 2.
3°. Conditio Nabalis et Abigailis; 3.
4°. Occasio, tonsura ovium. 4.

II. Legatio

1°. A Davide instructa et missa; 5-8.
2°. A militibus rite obita; 9.
3°. A Nabal indigne excepta. 10, 11.

III. Successus legationis:

1°. Davidis indignatio, et ad vindictam aspiratio; 12, 13.
2°. Servi prudens relatio facti, expositio meriti, et suggestio consilii; 14-17.
3°. Abigailis ad intercedendum periculo apparatus. 18-20.

IV. Compositio causæ:

1°. Davidis adventus, indignationis et minarum plenus; 21, 22.
2°. Abigailis occursus, factis et verbis deprecabundus; 23-24.
3°. Ejusdem oratio, qua
   1. Mariti sui culpam, se nescia commissam, fatetur; 25.
   2. Omissionis suæ qualecumque peccatum, delato nunc munere, emendat; 26, 27.
   3. Propositis Davidi proprii nominis honore, præmii spe, et conscientiæ quiete, veniam exorat; 28-31.
4°. Davidis responsum, quo
   1. Abigailis prudentiam laudat; 32.
   2. Eidem suam ab ultione abstinentiam tribuit; 33, 34.
   3. Eam placatus domum remittit. 35.

V. Consectaria historiæ:

1°. Prudens actorum relatio, ab Abigaile data Nabali; 36, 37.
2°. Nabalis ad illam consternatio, et improvisa mors; 37, 38.
3°. Davidis ad hoc nuntium affectus; 39.
4°. Ejusdem conciliatum cum Abigaile conjugium; 40-42.
5°. Polygamia Davidis altera, et polyviria Micholis memorata. 43, 44.

V°. *In colle Hachila.*

I. Renovatio hostilis,

1°. Ziphæorum proditione excitata; *cap.* xxvi, *v.* 1.

2°. Saulis perfidia adornata; 2, 3.

3°. Davidis prudenti observatione detecta. 3, 4.

II. Invasio nocturna :

1°. Ingressus Davidis et Abisai in castra Saulis, somno cum suis oppressi, exploratus, deliberatus, susceptus; 5 7.

2°. Oppressio Saulis proposita ab Abisai, prohibita et recusata a Davide; 8-11.

3°. Spolium hastæ et scyphi regii ablatum, in datæ indulgentiæ monumentum. 12.

III. Expostulatio Davidis,

1°. Abner et regiis custodibus negligentiam exprobrantis; 13-16.

2°. Saulem iteratæ contra se injustitiæ arguentis. 17-20.

IV. Convictio Saulis,

1°. Propria ipsius confessione declarata; 21.

2°. Remissione hastæ, et utriusque quieta separatione, confirmata. 75.

§ III. DAVIDIS INTER EXTEROS, ET SAULIS INTER VIVOS POSTREMA.

I°. *Commoratio Davidis apud Philistæos*

I. Quæsita,

1°. Deliberato prudenter consilio; *cap.* xxvii, *v.* 1.

2°. Translato cum suis omnibus in Geth domicilio; 2, 3.

3°. Secuto intermissæ a Saule persecutionis eventu. 4.

II. Obtenta,

1°. Davide stationem extra regiam urbem petente; 5.

2°. Achis rege Siceleg in habitationem tribuente; 6.

3°. Tempore quatuor mensibus annum excedente. 7.

III. Usurpata

1°. Strenue, ad exterminium vicinorum alienigenarum; 8, 9.

2°. Caute, ad offensam dissimulatione declinandam; 10, 11.

3°. Apte, ad conciliandam regis gratiam. 12.

IV. Adducta in discrimen,

1°. Parato a Philistæis contra Israelitas bello; *cap.* xxviii, *v.* 1.

2°. Evocato Davide in belli societatem, et regis comitatum. 1, 2.

II°. *Conditio Saulis male ominosa*,

I. Ex circumstantiis

1°. Temporis, quo Samuel jam mortuus, et ariolus omnis ejectus aberat; 3.

2°. Situs, quo Philistæi in Sunam, Saul in Gelboe castra tenebat; 4.

3°. Animi, quo idem nimio timori cedebat; 5.

4°. Experimenti, quo negatum sibi Dei oraculum sentiebat. 6.

II. Ex consilio suscepto, quo

1°. Pythonissam quærit, adit, sollicitat; 7, 8.
2°. Eam tergiversatam, promissa indemnitate, ad operam sibi præstandam urget; 9, 10.
3°. Eamdem, ad Samuelis ostentum turbatam, erigit et sciscitando confirmat. 11-13.

III. Ex consultatione cum Samuele, quam
1°. Saul adoratione prævia inchoat; 14.
2°. Samuel tentatam reprehendit; 15.
3°. Prior obtentu suæ derelictionis excusat; 15.
4°. Posterior absolvit
1. Damnando frustraneam operam; 16.
2. Asserendo decretam a Deo pœnam inobedientiæ immutabilem; 17, 18.
3. Denuntiando executionem cras instantem. 19.

IV. Ex consternatione,
1°. Qua inde Saul obruitur; 20.
2°. Quam Pythonissa oblato cibo dissipare studet; 21, 22.
3°. Ex qua, urgentibus servis, et parante Pythonissa, Saul, ægre reparatis viribus, sibi suisque castris redditur. 23-25.

III°. *Sors Davidis anceps, sed bene vertens.*

I. Periculum inter Philistæos,
1°. Natum ex comitiva ad expeditionem contra Israelem; *cap.* XXIX, *v.* 1, 2.
2°. Auctum ex dissidio principum Philistæorum et Achis Gethæi, ob Davidis præsentiam et sequelam; 3-5.
3°. Mitigatum dato a rege, cum æstimationis optimæ contestatione, secedendi e castris imperio; 6-10.
4°. Sublatum nocturno Davidis ad Siceleg discessu; 11.

II. Damnum inter suos,
1°. Acceptum ab Amalecitis, in Siceleg direpta et incensa; *cap.* XXX, *v.* 1, 2.
2°. Conspectum cum summo Davidis dolore, et populi desperatione; 3-6.
3°. Reparari cœptum Davidis confidentia, et Abiatharis oraculo. 6-8.

III. Expeditio contra direptores
1°. Suscepta cum sexcentis viris; 9.
2°. Diminuta, ducentis ob lassitudinem restitantibus; 10.
3°. Interpolata charitatis officiis et gestorum relationibus; 11-14.
4°. Directa ab Ægyptio, charitatis objecto et relationis interprete; 15, 16.
5°. Confecta cum hostium strage, quorumdam fuga, ereptorum recuperatione, et spoliorum additione. 17-20.

IV. Æquitas victoris,
1°. Lassos remoratos blande excipientis; 21.
2°. Pugnatores, sibi totam prædam vindicantes, corrigentis; 22-23.

3°. Legem, de præda inter ambos ejusmodi nunc et alias dividenda, statuentis. 24-25.

V. Liberalitas remuneratoris, distribuentis donaria

1°. Contribulibus; 26-30.

2°. Hospitibus. 31.

IV°. *Fata Saulis tragica.*

I. Ante mortem,

1°. Clades et fuga Israelitici exercitus; *cap.* XXXI, *v.* 1 (1).

2°. Cædes trium Saulis filiorum; 2.

3°. Vulnera sagittis illata Sauli. 3.

II. Sub mortem,

1°. Saulis in proprium gladium incumbentis desperatio; 4.

2°. Armigeri, scelus imitantis, similis interitus; 5.

3°. Tristis plurium, eodem die interemptorum, comitatus. 6.

III. Post mortem,

1°. Urbium ab Israelitis desertio, et a Philistæis occupatio; 7.

2°. Occisorum deprædatio, et cadaverum detruncatio; 8.

3°. Saulis armorum in idolio, et corporis truncati e muris Bethsan suspensio; 9, 10.

4°. Jabesitarum e Galaad pium ministerium, quo

1. Cadavera dehonestata noctu a muris abripiuntur; 11, 12.
2. Ossa, exustis carnibus, in nemore Jabes sepeliuntur; 12, 13.
3. Justa funebria, servato septem dierum jejunio, persolvuntur. 13.

(1) I. *Paralipom.* X. 1-2.

# LIBER SECUNDUS REGUM

CUM DIMIDIO TERTII ET ADJECTIS PARALIPOMENON PRÆCIPUIS.

HISTORIA POPULI A DEO ELECTI SUB REGIBUS TOTI ISRAELI IMPERANTIBUS.

---

## PARS I.

REGNUM DAVIDIS.

---

### SECTIO I.

REGNUM DAVIDIS IN HEBRON.

#### § I. PRINCIPATUS IN HEBRON INITIA.

I°. *Nuntium de Saulis interitu*

I. Delatum,

1°. Sub reditum Davidis in Siceleg; *cap.* I, *v.* 1.

2°. A juvene luctum simulante, et reverentiam exhibente; 2.

3°. Ad Davidem, in veritatem rei quæstionibus indagantem. 3-5.

II. Expositum a juvene Amalecita,

1°. Præambula ad Saulis mortem vera enarrante; 6.

2°. Mortis genus et modum mendaciter fingente; 7-9.

3°. Diadema et armillam, mortuo detractam, adferente. 10.

III. Exceptum a Davide

1°. Cum luctu et jejunio diurno; 11, 12.

2°. Cum inquisitione in patriam nuntii relata elocuti; 13.

3°. Cum vindicta mortis in eum tanquam regicidam decretæ et illatæ. 14-16.

II°. *Carmen funebre*

I. Sauli et Jonathæ a Davide dictum, et repeti populo præceptum; 17-18.

II. Ab adhortatione ad tristis casus considerationem inchoatum; 18, 19.

III. Exclusione Philistæorum a notitia, et montium Gelboe a fœcunditate, illustratum; 20, 21.
IV. Laudibus fortitudinis, pulchritudinis, et amicitiæ in Jonatham et Saulem collatis, amplificatum; 22, 23.
V. Commemoratione beneficiorum Israeli ab utroque præstitorum, et operum fortium patratorum, exaggeratum; 24, 25.
VI. Contestatione doloris, ex Jonathæ obitu in Davidem redundantis, incitatum; 26.
VII. Repetita, de fortissimorum morte, exclamatione terminatum. 27.

III°. *Accessus ad principatum*,
I. Per delectum Hebronis in Regiam,
1°. A Deo ad factas preces indicatum; *cap.* II, *v.* 1.
2°. A Davide obsequiosa migratione adoptatum; 2.
3°. A sociis communi sequela comprobatum. 3.
II. Per unctionem sacram in Hebron a tribu Juda collatam. 4.
III. Per promulgationem regiæ auctoritatis factam Jabesitis,
1°. Cum gratiis pro humanitate corpori Saulis exhibita actis; 5.
2°. Cum pollicitationibus beneficentiæ datis; 6.
3°. Cum commendatione fortitudinis addita. 7.

IV°. *Limites principatus*
I. Positi ab Abner, Isboseth universo Israeli regem præficiente. 8, 9.
II. Tolerati a Davide, tribui Juda duntaxat imperante. 10.
III. Observati septem annis et sex mensibus. 11.

§ II. PRINCIPATUS EJUSDEM INCREMENTA

I°. *Per felicitatem bellicam.*
I. Prælium
1°. Paratum, Abner Israelitas, et Joabo Judæos in castra educentibus; 12, 13.
2°. Cœptum prælndio militari duodecim ex utraque parte delectorum, se mutuis vulneribus sternentium; 14-16.
3°. Confectum clade et fuga Israelitarum. 17.
II. Persecutio fugientium,
1°. Ab Asaele, pertinacius contra Abner monitum inhærente, infeliciter promota; 18-23.
2°. Ab Abner, collectis in tumulo copiis, et denunciato desperationis periculo, suspensa; 24-26.
3°. A Joabo, indicta cessatione, sublata. 27, 28.

III. Induciæ

1°. Indultæ Abner trans Jordanem recedenti ; 29.

2°. Captæ a Joabo, recensitis ex utraque parte mortuis, Asaele sepulto, et copiis in Hebron reductis. 30-32.

IV. Bellum subin repetitum, domui Davidis prosperum, Saulis posteris noxium. *Cap.* III, *v.* 1.

II°. *Per accessionem domesticam*

I. Natorum Davidi filiorum

1°. Amnonis et Achinoa, 2.

2°. Cheleab ex Abigail, et Absalonis ex Maacha, 3.

3°. Adoniæ ex Haggith, 4.

4°. Saphatiæ ex Abital, et Jethrææ ex Egla. 4, 5.

II. Redditæ eidem Michol : cujus restitutionis fuit

1°. Occasio, objurgatio Isboseth, Abner de commercio cum Saulis concubina relicta reprehendentis ; 6-8.

2°. Dispositio, obfirmatio Abneris secedendi ab Isboseth ; 9-11.

3°. Causa, conditio adjecta contractui, Davidem inter et Abner inito ; 12, 13.

4°. Executio, effectus postulationis a Davide, jussionis ab Isboseth, et invitæ cessionis a Phaltiel factæ. 14-16.

III°. *Per diminutionem factionis adversæ,*

I. Curatam suasione ab Abner

1°. Sollicitante seniores Israel ; 17, 18.

2°. Urgente Benjamitas ; 19.

3°. Paciscente cum David. 20, 21.

II. Effectam proditione a Joab,

1°. Abneris factum perfidiæ apud Davidem insimulante ; 22-25.

2°. Eumdem dolo revocatum proditorie occidente ; 26, 27.

3°. Hoc scelere mortem Asaelis ulciscente. 30.

III. Improbatam quoad modum a Davide,

1°. Proditionis consortium a se amoliente, et malum auctori imprecante ; 28, 29.

2°. Funus solemne Abneris imperante, et elogio eum honorante ; 31-34.

3°. Luctum publicum, cum omnium approbatione, faciente ; 35, 36.

4°. Suam a scelere commisso immunitatem populo, abhorrentiam servis comprobante. 37-39.

IV°. *Per ruinam æmuli oppositi,*

I. Conjectatam

1°. Ex facta, ad auditum de Abneris nece nuntium, Isboseth et universi Israelis perturbatione ; *cap.* IV, *v.* 1.

2°. Ex Baanæ et Rechabi consilio ; 2.

3°. Ex fuga Berothitarum et nutricis, Miphiboseth deferentis, commemorata. 3, 4.

II. Secutam

1°. Ex furtivo Baanæ et Rechabi in Isboseth domum ingressu ; 5.

2°. Ex vulnere huic ab illis ad inguen inflicto ; 6.
3°. Ex abscisso vulnerati capite. 7.

III. Exceptam a Davide,
1°. Sicarios, caput occisi et rem gestam referentes, cum horrore sustinente ; 8, 9.
2°. Facinus tetrum, et graviori pœna dignum, reprobante; 10, 11.
3°. Auctoribus mortem et suspendium, occisi delato cadaveri sepulturam decernente. 12.

§ III. PRINCIPATUS PARTIALIS IN INTEGRUM ET UNIVERSALE REGNUM AMPLIFICATI COMPLEMENTA.

I°. *Regnum universi Israelis*
I. Oblatum Davidi ab omnibus tribubus. *Cap.* v, *v.* 1, 2 (1).
II. Acceptatum, icto cum senioribus fœdere, et unctione repetita. 3.
III. Consignatum annis ætatis, principatus, et imperii Davidis distinctis. 4 , 5.

II°. *Sedes regia*
I. Destinata in Jerusalem ; 6.
II. Occupata in arce Sion ; 7, 8.
III. Munita et instructa ibidem. 9.

III°. *Auspicia fortunata.*
I. Regimen secundum, et a Deo benedictum. 10, 12 (2).
II. Subsidium regis Hiram amicum. 11.
III. Auctum cum Hierosolymitanis conjugium. 13.
IV. Amplificatus prolium numerus. 14-16.

IV°. *Victoria de primis regni invasoribus geminata.*
I. Prior,
1°. Davide a castris Philistæorum in valle Raphaim positis provocato ; 17, 18.
2°. Oraculo divino consulto, successum pollicito; 19.
3°. Philistæis disjectis, et idolis in prædam relictis. 20, 21.

II. Posterior,
1°. Davide rursus et similiter provocato : 22.
2°. Oraculo jam etiam vincendi rationem præscribente, et ad amussim observato; 23, 24.
3°. Philistæis cæsis, et usque ad Geser profligatis. 25.

(1) I. *Paralip.* XI. 1-9.
(2) *Ibid.* XIV. 1-16.

# SECTIO II.

## DAVIDIS REGNUM IN JERUSALEM ANTE ABSALONIS REBELLIONEM.

### § I. DAVIDIS STUDIUM PRO RELIGIONIS CULTU.

**I°.** *Arca fœderis in montem sanctum translata* (1).

I. Deductio arcæ ex Gabaa

1°. Indicta, collectis armatorum præcipuis, et viris de tribu Juda; *cap.* VI, *v.* 1, 2.

2°. Ordinata, arca novo plaustro imposita, Oza autem et Ahio Abinadabi filiis vecturæ præpositis; 3, 4.

3°. Comitata a Davide et cantoribus, omni musicæ genere ludentibus; 5.

4°. Interpolata morte subitanea Ozæ, arcam ex turbata boum tractione inclinantem manu sustentare ausi; 6, 7.

5°. Suspensa, Davide ob hunc casum suæ domui timente, et arcam in domum Obededom divertente. 8-10.

II. Deportatio ejusdem ex domo Obededom

1°. Suscepta post menses tres, cum benedictionis domui Obededom a Deo datæ experimento; 11, 12 (2).

2°. Solemnius adornata interstitiis sacrificiorum, vestitu item saltu et cantu Davidis, ac omnis Israelis comitatu; 13-15.

3°. Notata iniquiore crisi Micholis, Davidem in sacra hac actione despicientis. 16.

III. Depositio arcæ in monte Sion

1°. Præparata, tabernaculo ibidem erecto; 17.

2°. Celebrata sacrificiis oblatis, et benedictione ac epulis populo impertitis; 18, 19.

3°. Terminata tristi eventu; scilicet

1. Micholis, factum mariti, tanquam rege indignum, sarcasmo traducentis; 20.
2. Davidis suam pietatem, cum gratitudine pro acceptis a Deo beneficiis, et spe futurorum, non sine aculeo defendentis; 21, 22.
3. Dei hanc Micholis mordacitatem sterilitate punientis. 23.

**II°.** *Davidis consilium de templo extruendo*

I. Initum a Davide tempore pacis. *Cap.* VII, *v.* 1 (3).

II. Propositum ab eodem prophetæ Nathan. 2.

III. Ab hoc propheta, rem ex humana sapientia æstimante, approbatum. 3.

IV. A Deo differri imperatum, edito sequenti nocte oraculo. 4, 5.

(1) 1 *Paral.* XIII. 5-14.
(2) *Ibid.* XV. 25-29; XVI. 1-3.
(3) *Ibid.* XVII.

Hoc Nathan jubebatur Davidi edicere,

1°. Templum a Deo, neque postulatum a Davide aut majoribus, neque habitari solitum; 5-7.

2°. Davidem a Deo singulariter electum, hactenus servatum, et magnifice exaltatum; 8, 9.

3°. Populum Israel sub Davidis domo felicitate confirmandum; 10, 11.

4°. Filium Davidis, post hujus obitum, ædificaturum Deo templum; 12, 13.

5°. Nec ejus posteritati fidelitatem, aut regno stabilitatem defuturam. 14-16.

V. Dissuasum a Nathane oraculum referente. 17.

VI. Intermissum a Davide, preces ante arcam fundente; queis

1°. Professus indignitatem et insufficientiam suam, beneficia Dei nova agnoscit; 18-20.

2°. Beneficentiam Dei in populum effusam summe extollit; 21-24.

3°. Promissa sibi domuique suæ facta, rata haberi petit; 25-27.

4°. Eadem etiam ut jam impleri incipiant, precatur. 28, 29.

§ II. DAVIDIS OFFICIA PRO BONO REIPUBLICÆ.

I°. *Securitas limitum procurata,*

I. Devictis et tributo subjectis

1°. Philistæis, *cap.* VIII, *v.* 1 (1).

2°. Moabitis. 2.

II. Exspoliatis et, imposito præsidio, ad obsequium adactis

1°. Adareser rege Soba; 3, 4, 7, 8.

2°. Possessoribus Syriæ Damasci. 5, 6.

III. Conciliatis amicitia et gratia a Thoa rege Emath. 9, 10.

IV. Consecratis Deo spoliis et muneribus. 11, 12.

V. Redactis in servitutem Idumæis ad salinas cæsis et custodiæ submissis. 13, 14.

II° *Administratio gubernationis ordinata*

I. In judiciis, 15.

II. In exercitu, 16.

III. In consilio, 16.

IV. In sacris, 17.

V. In prætorio. 18.

III°. *Remuneratio bene meritis præstita,*

I. Investigatis ex Jonathæ familia superstitibus, *Cap.* IX, *v.* 1, 2.

(1) I *Paral.* XVIII.

II. Accersito Miphiboseth, quem unum superesse David, ex Siba Saulis famulo, intellexerat. 3-5.

III. Eodem blande excepto, avi bonis donato, et mensa regis quotidiana honorato. 6–8.

IV. Mandato Sibæ dato, ut ipse cum sua familia rem Miphibosethi curet. 9–11.

V. Deductis ad effectum gratia et mandato. 12, 13.

IV°. *Jus gentium illustratum.*

I. Decorum cum vicinis observatum,

1°. Missa a Davide ad Hanon, regno Ammonitarum imperantem, officiosa legatione; *cap.* x, *v.* 1 (1).

2°. Memorata urbanitate similis missionis, a Naas Hanonis patre ad Davidem factæ. 2.

II. Legatorum sanctitas

1°. Violata ab Hanone, ad suspicacem aulicorum suasionem, legatos rasis barbis et vestibus præcisis dehonestante; 3, 4.

2°. Contestata a Davide, legatos secernente a conspectu publico, dum reparatis mora interposita barbis, honestas vultus rediret. 5.

III. Vindicta injuriæ subsequa,

1°. Agnita ab Ammonitis, ob imminens sibi bellum socios conducentibus; 6.

2°. Parata a Davide, misso cum copiis Joabo contra Ammonitas, reparationem injuriæ renuentes. 7.

IV. Belli ratio,

1°. Instituta ab Ammonitis et sociis dolose; 8.

2°. Ordinata a Joabo circumspecte, et ad omnem casum prudenter et fortiter; 9-12.

3°. Pugnata ab eodem feliciter, Syris primo, Ammonitis postea in fugam versis. 13, 14.

V. Societas injusti belli

1°. Repetita a Syris, majori numero in campum reversis; 15, 16.

2°. Indignius accepta a Davide, ipso jam aciem adversam educente; 17.

3°. Castigata ab eodem, ingenti Syris clade inflicta, nec pace reddita, nisi sub servitutis conditione. 18, 19.

### § III. DAVIDIS PECCATA, RESIPISCENTIA, PŒNA, EMENDATIO.

I°. *Peccata:*

I. Alterum adulterii,

1°. Notatum a tempore, tum anni, tum diei; *cap.* XI, *v.* 1, 2.

2°. Descriptum ex occasione, et adulteræ forma, genere, ac conditione; 2, 3.

3°. Recensitum cum operis consummati, observationis legalis, et concepti commemoratione; 4, 5.

(1) 1 *Paral.* XIX.

4°. Nequicquam occultari tentatum, Uria adulteræ marito
1. E castris evocato, sub specie informationis dandæ; 6, 7.
2. Somnum domi capessere bis jusso, sed toties ferocia religiosa refragato; 8-11.
3. Die altera inebriato quidem, nec tamen domum suam ingresso. 12, 13.

II. Alterum homicidii,
1°. Imperatum a Davide Joabo, litteris per Uriam missis, exequendum autem proditione; 14, 15.
2°. Perpetratum, Uria in extrema statione posito, et ab erumpentibus ex urbe hostibus occiso; 16, 17.
3°. Renuntiatum Davidi, nuntio, pro mitiganda cladis simul acceptæ molestia, per Joabum instructo; 18-21.
4°. Auditum a Davide, suam de mandati executione approbationem dissimulante. 22-25.

III. Consectarium utriusque:
1°. Luctus Bethsabeæ de Uriæ obitu; 26.
2°. Conjugium Davidis cum eadem, partus adulterinus ab ipsa editus, Dei indignatio. 27.

II°. *Resipiscentia*

I. Præparata per convictionem de peccati malitia; quam
1°. Nathan præformat proposita parabola; *cap.* XII, *v.* 1-4.
2°. David confirmat pronuntiata sententia. 5, 6.

II. Incitata per expositionem de peccantis miseria; qua
1°. Davidi applicatur parabola; 7.
2°. Exprobratur opposita datis Dei beneficiis ingratitudo, et criminum enormitas; 8-10.
3°. Denuntiantur pœnæ, et manifestatio criminum occultatorum. 10-12.

III. Demonstrata per confessionem Davidis se accusantis, et per responsionem Nathanis indulgentiam culpæ a Deo concessam declarantis. 13.

III°. *Pœna, hoc est mors infantis adulterini*

I. Intentata,
1°. Nathane prænuntiante; 14.
2°. Morbo puerum corripiente. 15.

II. Dilata per septiduum, Davide
1°. Jejunio et pœnitentia Deum deprecante; 16.
2°. Contra seniorum monita supplicationem laboriosam continuante. 17.

III. Secuta et nuntiata,
1°. Servis mortem indicare timentibus; 18.
2°. Davide rem suspicante, mox servos interrogante. 19.

IV. Excepta a Davide
1°. Religiose, animo nempe pacato, et sacrificiis Deo redditis; 21.
2°. Sapienter, data servis instructione, et variatæ suæ agendi rationis expositione. 21-23.

V. Reparata a Deo,

1°. Salomonis, e Bethsabea mox suscepti, substitutione; 24.

2°. Favoris in eumdem divini facta a Nathan prædictione. 25.

IV°. *Emendatio*

I. Probata

1°. Per continuatum sub Joabo bellum contra Ammonitas, jam ad extrema redactos; 26, 27.

2°. Per Davidis ipsius, huc a Joabo invitati, profectionem in castra, et expugnationem Regiæ hostilis. 28, 29.

II. Coronata

1°. Victoria de Ammonitis relata, et ingentibus spoliis regi et urbi ereptis; 30 (1).

2° Ultione severissima de reliquis regni civitatibus sumpta. 31.

§ IV. FILIORUM DAVIDIS FLAGITIA PATRIS, RECONCILIATIO.

I°. *Flagitia filiorum Davidis.*

I. Incestus Amnonis,

1°. Ex immoderato erga Thamar sororem consanguineam amore ortus; *cap.* XIII, *v.* 1, 2.

2°. Simulatione morbi, ex improbo prudentis amici consilio suscepta, destinatus; 3-6.

3°. Occasione servitii cibarii ab Amnone petiti, a Davide imperati, et a Thamare præstiti, præparatus; 6-10.

4°. Ad sollicitationem Amnonis, a Thamare repudiatus; 11-13.

5°. Vi Thamari illata, ab Amnone perpetratus; 14.

6°. Nova injuria amoris in odium conversi, et sororis foras ejectæ, ab Amnone cumulatus; 15-17.

7°. Luctu virginitatis amissæ publico, et ejulatu a Thamare manifestatus. 18, 19.

II. Fratricidium Absalonis,

1°. Conceptum animo,

1. Ex sororis germanæ infamia irritato; 20.

2. Ex neglecta patris Amnonem prædiligentis castigatione stimulato; 21.

3. Ex dissimulata quidem, sed retenta animi aversione, exasperato. 22.

2°. Captatum opportunitate convivii, ad quod David

1. Invitatus, ipse quidem non adiit; 23-25.

2. Sollicitatus autem, Amnonem cum filiis reliquis ire concessit. 26, 27.

3°. Perpetratum,

1. Absalone instructionem et mandatum dante; 28.

2. Servis facinus exequentibus, et convivis fuga dilabentibus. 29.

(1) I *Paral.* XX. 2. 3.

III. Consequentia ad postremum scelus :
1°. Rumor fugientes ad Davidem filios prævolans,
1. Falso de omnium filiorum nece exaggeratus; 30.
2. Jonadabi indicio moderatus; 32, 33.
3. Dilapsorum adventu secundum rei veritatem cognitus; 34, 35.
2°. Luctus Davidis et filiorum ; 31, 36.
3°. Fuga Absalonis in Gessur, et triennale ibidem exilium. 37, 38.

II°. *Reconciliatio patris*

I. Absalonem ab exilio revocantis.
Huc contulerunt
1°. Indulgentia Davidis,
1. A persequendo Absalone cessantis; 39.
2. Animum erga filium inclinantis. *Cap.* XIV, *v.* 1.
2°. Studium Joabi,
1. Mulierem Thecuitidem subornantis; 2.
2. Eamdem instruentis. 3.
3°. Opera Thecuitidis,
1. Veniam pro filio suo fratricida postulantis a Davide, urgentis, et iterato promissam obtinentis; 4-11.
2. Parabolam petitionis suæ ad postulandam pro Absalone remissionem applicantis. 12-17.
4°. Cunctatio Davidis,
1. De Joabi consilio inquirentis; 18.
2. Eum interpositæ deprecationis auctorem intelligentis. 19, 20.
5°. Facultas reducendi Absalonem
1. Joabo indulta; 21.
2. Ab eodem, post actas grates maximas, in opus deducta; 22, 23.
3. A rege eo restricta, ut Absaloni habitare Hierosolymæ, non tamen in regis conspectum venire liceat. 24.

II. Eumdem ad conspectum et alloquium admittentis. Pro hujus intelligentia
1°. Describitur Absalonis species corporis, coma capitis, et numerus prolium; 25-27.
2°. Notatur tempus biennale prohibiti ad regem accessus ; 28.
3°. Exponitur modus, quo Absalon Joabum, venire ad se et apud regem intercedere tergiversantem, compulerit ; 29-32.
4°. Narratur Joabi intercessio, Absalonis evocatio, et Davidis plena reconciliatio. 33.

## SECTIO III.

### DAVIDIS REGNUM IN JERUSALEM SUB ABSALONIS REBELLIONEM.

### § I. ABSALONIS REBELLIO, DAVIDIS FUGA.

I°. *Absalonis rebellio* : ejusdem

I. Machinatio prævia,
1°. Per numerosum famulitium; *cap.* XV, *v.* 1.

2°. Per blanditias populares, cum regis contemptu et sollicitatione plebis conjunctas. 2-6.

II. Dispositio proxima,

1°. Per secessum in Hebron, sub prætextu religioso obtentum; 7-9.

2°. Per emissarios quaquaversum missos, seditionem moturos; 10.

3°. Per evocatos ad sacrificium convivas inscios, et cum his Achitophel. 11, 12.

III. Editio publica,

1°. Conjuratione et concursu plurimorum celebrata; 12.

2°. Nuntio exaggerante ad Davidem perlata. 13.

II°. *Davidis fuga*,

I. Inita

1°. Ex timore amittendæ cum urbis excidio vitæ; 14, 15.

2°. Comitantibus regem peditem, præter concubinas decem relictas, civibus, servis, et prætorianis peditibus; 16-18.

3°. Jusso, sed recusante remanere, Ethai Gethæo. 19-22.

II. Directa trans torrentem Cedron,

1°. Cum omnium fletu; 23.

2°. Cum sequela Sadoc sacerdotis, et levitarum arcam portantium; 24.

3°. Cum remissione ejusdem in urbem, rege mandante, sacerdote obediente. 25-29.

III. Suscepta super montem olivarum : notatur

1°. In hujus aggressu,

1. Luctuosus regis habitus et comitatus; 30.

2. Davidis ad Deum aspiratio, contra Achitophelis, cum Absalone conjuncti, consilia. 31.

2°. In ascensu,

1. Occursus Chusai, luctum professi; 32.

2. Ejusdem remissio in urbem, et obsequium; 33, 34.

3. Instructio eidem de rebus nuntiandis et nuntiis data; 35, 36.

4. Reditus Chusai, et ingressus Absalonis in Jerusalem. 37.

3°. In transitu verticis, Siba

1. Occurrit cum muneribus; *cap.* xvi, *v.* 1, 2.

2. Insimulat Miphibosethum proditionis et perfidiæ; 3.

3. Refert a Davide donata heri sui bona omnia. 4.

IV. Promota usque Bathurim : ubi referuntur

1°. Semei contumeliæ, et cum lapidibus maledictiones in Davidem conjectæ; 5-8.

2°. Davidis mansuetudo, Abisai, maledicta jam ulturum, mandato summam pietatem spirante cohibentis; 9-12.

3°. Ejusdem profectio inter continuas Semei injurias continuata. 13.

V. Suspensa in deserto præ lassitudine, et ad vires reparandas. 14.

§ II. ABSALONIS ET DAVIDIS AC UTRIQUE ADHÆRENTIUM DIVERSA STUDIA.

I°. *Absalonis attentata hostilia :*

I. Occupatio Hierosolymæ, et ingressus cum factiosis ac Achitophele. 15.

II. Receptio Chusai ad factionem, post

1°. Motam de ejus sinceritate quæstionem ; 16, 17.

2°. Fictam ab eo fidelitatis promissionem. 18, 19.

III. Incestus cum relictis patris concubinis,

1°. Ab Achitophele suasus; 20, 21.

2°. Ab Absalone publice commissus; 22.

3°. Ad consultoris famam amplificandam assumptus. 23.

IV. Dispositio ad pugnam,

1°. Traducto trans Jordanem exercitu ; *cap.* XVII, *v.* 24.

2°. Præfecto copiis Amasa Joabi affine; 25.

3°. Positis in terra Galaad castris. 26.

II°. *Consulta sociorum opposita :*

I. Consilium Achitophelis

1°. Datum de opprimendo sine mora Davide; *Ibid.* 1-3.

2°. Probatum quidem, sed adhuc suspensum; 4, 5.

3°. Refutatum a Chusai, ad consilii examen evocato; 6, 7.

4°. Posthabitum ab omnibus, Deo sic ad Absalonis pœnam rem dirigente; 14.

5°. Vindicatum suspendio ab ipso auctore, spretum illud non ferente. 23.

II. Consilium Chusai

1°. Propositum de prælio nonnisi omnibus copiis collectis contra Davidis turmam, usu, situ ac desperatione fortissimam, suscipiendo; 8-13.

2°. Prælatum consilio Achitophelis; 14.

3°. Communicatum cum sacerdotibus; 15.

4°. Auctum monitione Davidi nuntianda, de traducendis absque mora copiis trans Jordanem. 16.

III°. *Nuntiorum negotium,*

I. Ancilla internuntia acceptum; 17.

II. Ferentium descensu in puteum, et mulieris eos abscondentis opera ab insectatione liberatum; 18-20.

III. Ad Davidem perlatum, et mox Jordane transmisso operi datum. 21, 22.

IV°. *Davidis apparatus ad defensionem:*

I. Castra trans Jordanem posita. 24.

II. Subsidia ibidem a Berzallai et aliis accepta. 27-29.

III. Populus in centurias et chiliadas distinctus, et exercitus in tres partes sub totidem ducibus divisus. *Cap.* XVIII, *v.* 1, 2.

IV. Profectio regis cum exercitu in prælium omissa, ad populi intercessionem. 3, 4.

V. Mandata de servando Absalone universis principibus a rege data. 5.

### § III. REBELLIONIS FINIS ET REGNI RECUPERATIO.

I°. *Interitus Absalonis.*

I. Clades accepta,
1°. Prælio in saltu Ephraim inito; 6.
2°. Viginti millibus Israelitarum cæsis; 7.
3°. Pluribus a saltu absumptis. 8.

II. Fuga capta,
1°. Absalon crinibus implicitis hærens e quercu; 9.
2°. Suspensio hæc Joabo nuntiata; 10.
3°. Notitia ista a Joabo ad tollendum e medio Absalonem assumpta. 11.

III. Mors illata,
1°. Nuntio priore excitato, sed refragato; 12, 13.
2°. Joabo ipso tres lanceas in cor injiciente; 14.
3°. Armigeris Joabi palpitantem conficientibus. 15.

IV. Sepultura data,
1°. Revocato a persecutione milite; 16.
2°. Conjecto in cadaver lapidum acervo; 17.
3°. Memorato ejus tumulo, alias constructo. 18.

II°. *Divulgatio hujus eventus.*

I. Certamen de ferendo illius ad Davidem nuntio,
1°. Achimaa se offerente, Joabo illum prohibente; 19, 20.
2°. Chusi ad Joabi jussa se in cursum dante; 21.
3°. Priore demum ire permisso, et posteriorem prævertente. 22, 23.

II. Nuntiorum ad Davidem adventus,
1°. Ab exploratoribus e longinquo observatus, et indicatus; 24, 25.
2°. Secundum personas etiam ab iisdem distinctus; 27.
3°. A Davide ubique in bonum omen acceptus. 25, 26, 27.

III. Appulsorum relatio:
1°. Prior Achimaæ victoriam referens, fatum Absalonis dissimulans; 28, 29.
2°. Posterior Chusi utrumque enuntians. 30-32.

IV. Relatorum exceptio
1°. Apud Davidem, causa luctus et ejulatus Absalonis mortem immoderate dolentis; 33.
2°. Apud populum, occasio pudoris et defectionis ob importunam regis de Absalone tristitiam. *Cap.* XIX, *v.* 1-4.

III°. *Reversio populi ad obedientiam :*

I. Curata a Joabo,

1°. Regem objurgante ob nimium luctum et datam hinc de populi sui neglectu suspicionem; 5, 6.

2°. Eumdem adigente, sub comminatione defectionis alias universalis futuræ, ad relinquendam mœroris solitudinem. 7.

II. Suspensa diversis diversorum studiis,

1°. Sub regis solemnem progressum plerisque accurrentibus, Israelitis autem domum diffluentibus; 8,

2°. In tribuum provinciis, aliis ob luctum post victoriam a rege editum hæsitantibus, aliis regem deducendum statuentibus. 9, 10.

III. Promota a rege, legatis pro tribu Juda excitanda missis

1°. Ad Sadoc et Abiathar sacerdotes; 11, 12.

2°. Ad Amasam, designatum loco Joabi magistrum equitum. 13.

IV°. *Reditus Davidis in Regiam.*

I. Progressus ad ripam Jordanis,

1°. Tribu Juda, tum reditum per legatos expetente, tum Galgalam usque occurrente; 14, 15.

2°. Semei inter Judæos, et Siba inter Benjamitas accurrentibus, et Jordanem transgressis. 16-18.

II. Transactiones interpositæ :

1°. Cum Semei

1. Culpam suam confesso et deprecato; 19, 20.
2. Contra incitationem Abisai ad vindictam, a Davide indulgentia vitæ donato. 21-23.

2°. Cum Miphiboseth

1. Luctum ob regis fugam conceptum etiamnum contestato; 24.
2. Sub suum occursum a rege in quæstionem vocato; 25.
3. Ostensa Sibæ perfidia, innocentiam suam tulto, jus tamen suum non persecuto; 26-28.
4. Davidi, prioris inconsideratæ sententiæ tenaci, ac bona inter Sibam et Miphiboseth dividi jubenti, penitus acquiescente. 29, 30.

3°. Cum Berzellai

1. Ad suum occursum et officiorum memoriam invitato, ut cum rege Hierosolymam concedat; 31-33.
2. Hanc gratiam deprecato, ob suum senium et insuetam aulicæ vitæ novitatem; 34-36.
3. Chamaam in locum suum substitui precato, et consecuto; 37, 38.
4. Ante Jordanis transitum a rege inter oscula et benedictionem dimisso. 39.

III. Transitus Jordanis,

1°. Prægresso populo, et comitante Chamaa susceptus a rege, et promotus usque ad Galgala; 39, 40.

2°. Notatus æmulatione et dissidio

1. Israelitarum, de sui neglectu in deductione regis queritantium; 41.
2. Virorum Juda, jus sibi majus ad hunc honorem vindicantium; 24.
3. Utrorumque suas causas asperius perorantium. 43.

3°. Fœdatus facinore
1. Sebæ, ad defectionem signum et monita dantis; *cap.* xx, *v.* 1.
2. Israelis, ad eamdem declinantis. 2.

IV. Appulsus regis in Jerusalem. 3.

## § IV. REGNI RECUPERATI CONFIRMATIO.

I°. ***Impensa cura***

I. Pro honestate conjugali, quam David declaravit, dum violatas ab Absalone uxores custodia liberali secrevit, et posthac intactas reliquit. 3.

II. Pro promptitudine militari, quam David,
1°. Constituto ad colligendum exercitum triduo, ab Amasa exegit; 4, 5.
2°. Non præstitam ab eodem, Abisai commisit. 6.

II°. *Adhibita solertia*

I. In maturata Sebæ persecutione,
1°. Ab Abisai ad regis mandatum suscepta, cum præcipuis militibus et Joabo; 6, 7.
2°. Prope Gabaon interpolata proditoria nece, Amasæ hic occurrenti a Joab illata; 8-10.
3°. Hæsitantibus ad interempti cadaver militibus suspensa; 11, 12.
4°. Amoto demum ex via cadavere, rursus promota. 13.

II. In strenua urbium quo Seba confugerat infestatione,
1°. Sociis Sebam secutis ibidem una conclusis; 14.
2°. Machinis ad expugnationem paratis. 15.

III. In prudenti obsidionis solutione, quam
1°. Mulier e muris cum Joabo collocuta postulavit; 16-19.
2°. Joab, extraditionem Sebæ pactus, promisit; 20, 21.
3°. Illa capite Sebæ abscisso obtinuit, hic eo accepto præstitit, pace simul data, et reditu in Jerusalem capto. 22.

III°. *Ordinata præfectura,* præpositis nempe

I. In re militari Joabo et Banaia; 23.
II. In cura ærarii Aduram; 24.
III. In negotiis consilii Josaphato et Siva; 24, 25.
IV. In ministerio sacro Sadoc et Abiathar; 25.
V. In causis politicis Ira. 26.

## SECTIO IV.

### DAVIDIS REGNUM IN JERUSALEM POST ABSALONIS REBELLIONEM.

#### § I. AUCTORITAS DAVIDIS REGIA, ÆMULATIONE ET VI HOSTILI SUPERIOR.

I°. *Superioritas contra æmulationem firmata per excidium posteritatis Saulis.*

I. Occasio excidii,

1°. Fames triennalis per oraculum cognita tanquam pœna, ob Saulis in Gabaonitas crudelitatem immissa; *cap.* XXI, *v.* 1.

2°. Postulatio Gabaonitarum, pro compensatione deletionem universæ Saulis familiæ eligentium. 2-4.

II. Executio ejusdem

1°. Permissa a Davide, Miphibosethum excipiente, septem vero Saulis partim filios partim nepotes tradente; 5-8.

2°. Facta a Gabaonitis, has Saulis reliquias crucifigentibus. 9.

III. Adjuncta illud consequentia :

1°. Cadaverum a direptione conservatio per Respham, in supplicii loco persistentem, eaque custodientem; 10.

2°. Sepultura eorumdem, cum Saulis et Jonathæ ossibus ex Jabes translatis, a Davide in sepulchro Cis curata; 11-14.

3°. Fames, Deo per hanc expiationem placato, sublata. 14.

II°. *Superioritas contra vim asserta, victoriis de gente Philistæorum maxime timenda frequenter relatis.* Earum

I. Prior relata ex prælio, quo David de vita periclitatus, et hinc a sequentibus per suos exclusus fuit. 15-17.

II. Gemina sequens in Gob, ex gemina gigantum strage illustris. 18, 19 (1).

III. Postrema in Geth, similiter a cæde gigantis numero digitorum famosi celebrata. 20, 21.

* Gigantum occisorum patria, et victorum a quibus perempti sunt, memoria notata. 22.

III°. *Magnitudo utriusque beneficii a Davide commendata*,

I. Cantico eucharistico, post completam a Saule et reliquis hostibus liberationem, decantato. *Cap.* XXII, *v.* 1. In eo David

1°. Deo liberationem suam adscribit, et grates cum laude promittit; 2-4.

2°. Pericula sua priora, et preces ad Deum fusas recenset; 5-7.

(1) I *Paral.* XX. 4-7.

3°. Hostium suorum subversionem a Deo factam, sub tempestatis allegoria, describit; 8-16.
4°. Liberationem inde suam Deo operante præstitam addit; 17-20.
5°. Beneficii hujus quædam merita a se posita subjicit; 21-25.
6°. Divinæ tamen bonitati ac virtuti omnia attribuit; 26-32.
7°. Datum sibi a Deo virium apparatum ad pugnam exhibet; 33-40.
8°. Victoriam et victoriæ fructus a Deo additos refert; 41-49.
9°. Grates pro beneficiis, sibi et posteritati concessis, Deo persolvit. 50, 51.

II. Carmine valedictorio. Hujus
1°. Inscriptio genus Davidis et munus propheticum exprimit; *cap.* XXIII, *v.* 1.
2°. Exordium fidem et auctoritatem canenti conciliat; 2, 3.
3°. Argumentum continet
1. Amplissimam Dei erga se ex pacto munificentiam; 4, 5.
2. Gravissimam omnibus, hoc pactum violantibus, imminentem punitionem. 7, 8.

IV°. *Catalogus heroum, qui ad hanc superioritatem contulerunt* (1).

I. Inter omnes præcipue tres,
1°. Tum factis singularibus et nominibus distincti,
1. Jesbaam, ex numero hostium uno simul impetu occisorum celeberrimus; 8. I *Paral. cap.* XI, *v.* 11.
2. Eleazar, a repulso hoste jam victore clarissimus; II *Reg. cap.* XXIII, *v.* 9, 10.
3. Semma, simili facto conspicuus. 11, 12.
2°. Tum facto communi illustres, 13, 14.
Quo Davidi attulerunt aquam
1. Ardentissime desideratam; 15.
2. Inter summa pericula haustam; 16.
3. Religiosissime Deo libatam. 17.

II. Secundi ordinis, et ipsi factis insignes, prioribus tamen inferiores,
1°. Abisai, pugnator fortissimus; 18, 19.
2°. Banaias, leonum domitor, et Ægyptii spectatissimi victor. 20-23.

III. Tertia classis continet heroas triginta et unum, quorum quidem nomina, non tamen facta recensentur. 24-39.

§ II. DEFECTUS POSTREMI DAVIDIS.

I°. *Defectus moralis ex numeratione populi resultans,*

1. Commissus
1°. Instigante Satana; *cap.* XXIV. *v.* 1 (2).

(1) I *Paral.* XI. 10-41.
(2) *Ibid.* XXI.

2°. Jubente numerationem Davide; 2.
3°. Dissuadente Joabo; 3.
4°. Exequente tandem eodem, et omnes ex ordine provincias lustrante; 4-8.
5°. Numero virorum ad arma aptorum, ex Israele ad octingenta, ex Juda ad quingenta millia excurrente. 9.

II. Castigatus,
1°. Conscientia Davidem ad reatus confessionem et deprecationem adigente; 10.
2°. Gad propheta, Dei nomine, inter tres plagas optionem unius imperante; 11-13.
3°. Ad Davidis electionem peste per triduum grassante et septuaginta millia hominum consumente. 14, 15.

III. Expiatus,
1°. Angelo, Dei miserentis jussu, plagam suspendente; 16.
2°. Davide, viso percutiente Angelo, se ad pœnam subeundam offerente; 17.
3°. Gad Davidem in aream Areunæ seu Ornan mittente et permovente; 18, 19.
4°. Areuna seu Ornan, ad Angeli spectaculum prius perterrito, postulanti regi aream pro altari, victimas pro sacrificiis et vota pro successu offerente; 20-23.
5°. Davide pretium emptionis solvente, et ædificato altari, oblatisque sacrificiis Deum placante. 24, 25.

II°. *Defectus naturalis in frigore corporis situs,*
I. Ortus ex senio; *Reg.* III, *cap.* I, *v.* 1.
II. Ex consilio aulicorum sanandus fomento corporis, ab uxore adolescentula præstando; 2.
III. Mitigatus ex Abisag pulcherrimæ ad hoc delectæ accubitu, sine conjugii tamen usu. 3, 4.

§ III. PRÆPARATIO AD ÆDIFICANDUM TEMPLUM A DAVIDE FACTA.
I *Paral. cap.* XXI.

I°. *Designatione loci, qui erat area Ornan,*
I. Post nuperam Dei placationem, manente licet arca et tabernaculo in monte Gabaon, frequentata sacrificiis. 28, 29.
II. Hactenus non usurpata a Davide, ob visum ibidem Angelum percutientem timente. 30.
III. Nunc autem domus Dei, et altare in holocaustum Israelis nuncupata. *Ibid. cap.* XXII, *v.* 1.

II°. *Procuratione materiæ*, scilicet
I. Lapidum a proselytis cæsorum et politorum. 2.

II. Ferri ad clavos et commissuras, et æris plurimi. 3.
III. Lignorum cedrinorum, a Sidoniis et Tyriis advectorum. 4.

III°. *Commendatione operis, per habitum a Davide sermonem,* quem is

I. Orditur, brevi difficultatum notatione et apostrophe ad Salomonem. 5, 6.
II. Ingreditur, facta expositione sui propositi a Deo non permissi, sed filio reservati. 7-10.
III. Prosequitur, data filio adhortatione ad implendum Dei de se vaticinium, ad regendum sapienter populum, et ad observandam fideliter legem divinam. 11-13.
IV. Finit, adjecta tum factarum impensarum, tum collectorum artificum enumeratione, et repetita ad opus adhortatione. 14-16.

IV°. *Præstatione subsidii*, ad quod ferendum David urget populi principes,

I. Dato illis mandato. 17.
II. Proposito debito gratitudinis Deo præstandæ. 18.
III. Exposita aptitudine pro rebus sacris ibidem honorifice collocandis. 19.

# PARS II.

## REGNUM SALOMONIS.

—

## SECTIO I.

### DAVIDIS ULTIMA, SALOMONIS PRINCIPIA.

#### § I. PROMOTIO SALOMONIS IN REGEM.

I°. *Ansa data ab Adonia,*

I. Ambitionem, ex naturæ donis ortam, per comitatum numerosiorem prodente; *Reg.* III, *cap.* I, *v.* 5, 6.

II. Cum Joab et Abiathar, neglectis Sadoc, Banaia, Nathan et aliis, conspirante; 7, 8.

III. Pro capessendo regno, immolatis sacrificiis in Rogel, asseclas suos, cæteris rursus omissis, ad convivium invitante. 9, 10.

II°. *Dispositio facta*

I. A Nathane, Bethsabeam instruente

1°. De ausu Adoniæ; 11.

2°. De propositione regi facienda; 12, 13.

3°. De opera a se addenda. 14.

II. A Bethsabea, in alloquio præsente Abisag ad regem habito, 15, 16.

1°. Promissa de Salomone in successorem Davidis assumendo data in memoriam revocante; 17.

2°. Factum Adoniæ regem se gerentis referente; 18, 19.

3°. Triste fatum sibi suoque filio hinc eventurum proponente. 20, 21.

III. A Nathane interveniente, et ad regem admisso, 22, 23.

1°. Interrogante num, quia Adonias a quibusdam tantum sectatoribus rex renuntiatus sit, id Davidis jussu factum fuerit? 24-26.

2°. Mirante hanc rem, non communicato secum consilio, constitutam. 27.

IV. A rege, coram Bethsabea ad se revocata, edito jurejurando, 28, 29.

1°. Salomonem suum regni successorem confirmante; 30.

2°. Gratias, pro his promissis a Bethsabea redditas, acceptante; 31.

III°. *Inauguratio celebrata:* ejus

I. Forma Sadoc, Nathani et Banaiæ præscripta, jubebat Salomonem, 32.

1°. Mulæ regiæ impositum, cum regiis servis in Gihon deduci; 33.
2°. Ungi a Sadoc et Nathan, ac regem proclamari; 34.
3°. Collocari in regis solio, et ducem Israelis ac Judæ declarari. 35.

II. Executio a Banaia votum reddente acceptata et facta: 36, 37. Salomone,

1°. Præeuntibus Sadoc et Nathan, comitantibus prætorianis, in Gihon deducto; 38.
2°. Opera Sadoc uncto, et ut rege proclamato; 39.
3°. Ab universa multitudine, inter cantus et gaudia, ut rege salutato. 39, 40.

IV°. *Eventus secuti:*

I. Fama hujus inaugurationis

1°. Ab Adonia et convivantibus, ex tubarum clangore et gratulantium clamore, obscure collecta; 41.
2°. Jonatha Abiatharis filio accurrente, apertius exposita, 32, 43.
1. Recensito inaugurationis factæ ritu et ordine; 44-46.
2. Recitata populi gratulati formula; 47.
3. Memorata adjectæ a Davide approbationis significatione. 48.

II. Terror et fuga

1°. Convivarum dispersorum; 49.
2°. Adoniæ, ad altaris cornu se recipientis. 50.

III. Pactio Adoniæ et Salomonis,

1°. Illo indemnitatem rogante; 51.
2°. Hoc vitæ genus quietum et privatum Adoniæ imperante. 52, 53.

### § II. ORDINATIONES A DAVIDE CONDITÆ POST SALOMONIS INAUGURATIONEM. I *Paral. cap.* XXIII, *v.* 1.

I°. *Ordinationes sacræ*

I. De tribu Levitarum universim:

1°. Census eorum initus; 2, 3.
2°. Distributio in ministros, præpositos, janitores et cantores; 4, 5.
3°. Subdivisio eorumdem secundum familias Gerson, Caath, et Merari, quorum filii et nepotes recensentur; 6-23.
4°. Initium ministerii promotum ad annum ætatis vigesimum, ob minores, templo erecto, subeundos labores; 24-27.
5°. Ordo, officia, stationes et tempus pro ministris et sacerdotibus generatim assignata. 28-32.

II. De stirpe Aaronis speciatim:

1°. Recensio filiorum Aaronis quatuor, stirpium autem duarum tantum; *Ibid. cap.* XXIV, *v.* 1, 2.
2°. Divisio familiarum ex his descendentium inæqualis, ob inæqualem posterorum numerum; 3-6.
3°. Vices viginti quatuor per sortem jactam designatæ et recensitæ. 7-19.

III. De Levitis reliquis :

1°. Recensio familiarum ab Inæqualibus posterorum Levi gradibus constitutarum ; 20-30.

2°. Vices inæquales inter illas per sortem distributæ. 31.

IV. De cantoribus :

1°. Ministerium canendi constitutum et distributum inter recensitas familias Asaphi, quæ voce, Idithun, quæ citharis, et Hemanis, quæ voce canerent ; *Ibid. cap.* XXV, *v.* 1-5.

2°. Directores præcedentium præpositi, et horum numerus datus ; 6, 7.

3°. Vices viginti quatuor per sortem definitæ, cantores duodecim singulis attributi. 8-31.

V. De janitoribus :

1°. Delectus fortissimorum, ex Meselemia octodecim, ex Obededom sexaginta duorum, ex Hosa tredecim filiorum, custodiæ templi præfectorum ; *Ibid. cap.* XXVI, *v.* 1-12.

2°. Distributio quatuor portarum custodiendarum inter illos facta ; 13-16.

3°. Additio excubitorum secundum mundi et portarum plagas descripta. 17-19.

VI. De custodibus constitutis

1°. Super thesauros, et vasa sacra ; 20-24.

2°. Super dona et vota, a variis divino cultui dedicata. 25-28.

VII. De doctoribus et judicibus assignatis regioni

1°. Cisjordanicæ versus occidentem ; 29, 30.

2°. Transjordanicæ ad orientem. 31, 32.

II°. *Ordinationes politicæ*

I. De turma viginti quatuor millium ad regni custodiam paranda, et singulis mensibus mutanda. *Ibid. cap.* XXVII, *v.* 1.

II. De ducibus turmæ ejusmodi præpositis, addito mutationis mense, et ducum quorumdam elogio. 2-15.

III. De capitibus singularum tribuum, numero hominum eas formantium utpote innumerabili omisso, nec per Joabum completo. 16-24.

IV. De præsidibus aliis præfectis

1°. Thesauro, proventibus, et animalibus regi propriis ; 25-31.

2°. Educationi prolium regiarum ; 32.

3°. Concilio et exercitui. 33, 34.

§ III. ORATIONES PUBLICÆ A DAVIDE DICTÆ.

I°. *Altera ad congregatos regni primates. Ibid. cap.* XXVIII, *v.* 1. In ea David

I. Narrat

1°. Suum templi ædificandi propositum, et apparatum ; 2.
2°. Oraculum Dei,
1. Davidem quidem in regem eligentis, sed a templi ædificatione, ob sanguinem in bello fusum, prohibentis; 3, 4.
2. Salomonem et ad successionem in regno, et ad templi ædificationem, addita regni stabiliendi promissione, designantis. 5-7.

II. Adhortatur
1°. Universam concionem ad observanda Dei mandata, unde salus reipublicæ duratura pendeat ; 8.
2°. Salomonem prætcrea ad opus a Deo destinatum perficiendum. 9, 10.

III. Exponit, secundum datam Dei manu descriptionem, 19.
1°. Ideam construendi templi, porticus, atriorum, aliorumque ædificiorum annexorum; 11-13.
2°. Pondus, qualitatem et quantitatem auri argentique, in vasa, candelabra, mensas, phialas, aras, aliaque utensilia vel ornamenta impendendi. 14-18.

IV. Excitat Salomonem ad opus aggrediendum, promissione data
1°. De Dei adjutoris assistentia certo eventura; 20.
2°. De subsidio a sacerdotibus et populo paratis ferendo. 21.

II°. *Altera ad collectum populum universum*, qua David

I. Proponit
1°. Referendo, Salomonem a Deo destinatum ad templum ædificandum; *Ibid. cap.* XXIX, *v.* 1.
2°. Enumerando impensas a se ad templum præparatas, in omnis generis metallo, ligno, lapide; 2.
3°. Offerendo dona ex suo peculio adjicienda ; 3, 4.
4°. Petendo collationem, si quam quis facere velit, cito præstandam. 5.

II. Obtinet
1°. A principibus populi talenta auri, argenti, æris, ac ferri plurima; 6, 7.
2°. A populo lapides et vota, non minus copiose quam liberaliter oblata. 8, 9.

III. Benedicit Deo,
1°. Extollendo divinarum perfectionum magnitudinem; 10-13.
2°. Celebrando Dei benignitatem in admittendis donis, a Deo datis, a populo redditis. 14-16.

IV. Postulat a Deo
1°. Suam populique in offerendo simplicitatem ratam gratamque haberi; 17.
2°. Hanc cordis bonitatem perseverantia donari; 18.
3°. Gratiæ vires, ad observanda mandata et perficiendum ædificii opus, Salomoni præberi. 19.

## § IV. POSSESSIO REGNI ANTE ET POST DAVIDIS OBITUM SALOMONI CONFIRMATA.

I°. *Promotio Salomonis in regem iterata.*
I. Præambula ad eamdem :
1°. Excitatio populi, ad benedicendum Deo, a Davide facta; 20.
2°. Populi obsequium, sacrificium, et convivium publicum. 21, 22.
II. Solemnitas ipsa per secundam Salomonis unctionem et collocationem in solio patris edita. 22, 23.
III. Homagium et fidelitatis promissum, a populo, principibus et filiis regiis præstitum. 23, 24.

II°. *Postrema Davidis ad Salomonem allocutio. Reg.* III, *cap.* II, *v.* 1. In hac David morti proximus Salomoni
I. Præcipit
1°. Fortitudinem animi et constantiam; 2.
2°. Custodiam et observantiam legis; 3.
3°. Agendi rationem ejusmodi, quæ promissionum a Deo factarum complementum mereatur. 4.
II. Committit curam
1°. Ulciscendi opportune geminum Joabi facinus proditorium; 5, 6.
2°. Reddendi gratiam filiis Berzellai erga se olim officiosis; 7.
3°. Plectendi, capta prudenter occasione, maledicentiam Semei. 8, 9.

III°. *Finis regni Davidici*,
I. Numerati ex annis pro epocha duplici distinctis. I *Paral. cap.* XXIX, *v.* 26, 27. III *Reg. cap.* II, *v.* 11.
II. Consignati morte Davidis, et elogio mortui. *Paral.* 28. *Reg. cap.* II, *v.* 10.
III. Descripti a Samuele, Nathan et Gad, secundum omnem factorum tum in Israele, tum in regnis aliis historiam. *Paral.* 29, 30.

IV°. *Auspicia Salomonis vacuo jam solio potiti. Reg. cap.* II, *v.* 12.
I. Submotio æmuli : in hac occurrunt
1°. Machinatio Adoniæ,
1. Bethsabeam invisentis; 13, 14.
2. Ejusdem intercessionem, pro obtinendo sibi a rege cum Abisag conjugio, postulantis. 15-17.
2°. Interventus Bethsabeæ,
1. Negotium in se suscipientis; 18.
2. Obtento regis honorifico alloquio, postulatum Adoniæ proponentis. 19-21.
3°. Judicium Salomonis,
1. Postulatum hoc pro aspiratione ad regnum accipientis; 22.
2. Postulatori mortem hinc decernentis; 23, 24.

3. Decretum hoc per Banaiam illico exequentis. 25.

II. Castigatio præcipuorum æmulo adhærentium; nempe

1°. Abiatharis,

1. Mortis quidem rei, sed ob gestum sacerdotium exilio solum mulctati; 26.

2. A pontificatus dignitate amoti. 27.

2°. Joabi

1. Audito Adoniæ fato, et urgente conscientia mala, ad tabernaculum et altare profugi; 28.

2. Ad mandatum regium ex asylo egredi renuentis; 29, 30.

3. Ex regis imperio, in priorum criminum ultionem, ad altaris cornu interfecti, ac in deserto sepulti. 31-34.

III. Substitutio Banaiæ in Joabi militare, et Sadoc in Abiatharis pontificale munus. 35.

IV. Punitio Semei,

1°. Sine maledicentiæ pœna quidem in Jerusalem tolerati, prohibitione tamen hinc egrediendi nec invito obligati; 36-38.

2°. Mandatum hoc, per servi fugitivi insectationem, triennio post transgressi; 39, 40.

3°. Ad dicendam hujus violationis causam a rege accersiti, et convicti; 41-43.

4°. Deo ita pristini in Davidem delicti pœnam repetente, Salomone autem ad laudis suæ et præmii meritum sic jubente, a Banaia interempti. 44-46.

V. Provida cura

1°. Pro posteritate, per matrimonium cum filia regis Ægypti contractum; *cap.* III, *v.* 1.

2°. Pro Regia, per templi, palatii, et murorum constructionem; 1.

3°. Pro religione, per sacrificia tum multa alibi, tum maximum in Gabaon oblata Deo. 2-4 (1).

## SECTIO II.

### DECORA REGNI SALOMONIS.

#### § I. MULTIPLEX SALOMONIS SAPIENTIA.

I°. *Sapientia gubernatrix,*

I. Oblata in somno, Deo apparente, et Salomoni facultatem petendi quidlibet atque optionem offerente. 5 (2).

II. Postulata a Salomone,

1°. Grates beneficentiæ divinæ sibi æque ac Davidi præstitæ præmittente; 6, 7.

(1) II *Paral.* I. 2-6.
(2) *Ibid.* I. 7-13.

2°. Suam pro tanto populo gubernando insufficientiam confitente; 7, 8.
3°. Proinde donum sapientiæ sibi exorante. 9.

III. Collata a Deo,

1°. Hanc sapientiæ aliis bonis præhabitæ optionem probante et laudante; 10, 11.
2°. Donum hoc in gradu ominente conferente; 12.
3°. Insuper divitias et gloriam addente; 13.
4°. Item longævitatem sub conditione tamen observantiæ mandatorum, promittente. 14.

IV. Acceptata post somnum, Salomone pro recepto beneficio, celebratis in Jerusalem sacrificiis ac convivio, gratitudinem contestante. 15.

II°. *Sapientia judiciaria.*

I. Causa disceptata a duabus meretricibus: 16.

1°. Actrice proponente
1. Utriusque commune contubernium, et successivum filiorum partum; 17, 18.
2. Filii alieni ab altera dormiente oppressi mortem, ejusque cum filio proprio sibi erepto commutationem nocturnam; 19, 20.
3. Plagium hoc, sub tentatam mane lactationem, primo cognitum. 21.

2°. Accusata negante, et accusatrice instante. 22.

II. Controversia decisa, Salomone

1°. Causæ actionem et exceptionem breviter repetente; 23.
2°. Litem velut ex æquo dubiam, dissecta in partes prolo controversa componere simulato parante; 24, 25.
3°. Ex fœminæ alterius hanc dissectionem prohibentis, alterius optantis indiciis, veram matrem discernente; 26.
4°. Huic filium integrum adjudicante. 27.

III. Decisio æstimata ab omnibus, tanquam documentum sapientiæ divinitus concessæ. 28.

III°. *Sapientia ordinatrix*

I. In negotiis universi regni gerendis, per summos principes rebus sacris, aulicis, militaribus, et tributariis præpositos. *Cap.* IV, *v.* 1-6.

II. In annona aulæ procuranda,

1°. Distributis in singulos menses per provincias vicibus, et præfectis earum designatis; 7-19.
2°. Notatis tum populi proventibus, tum regis redditibus amplissimis; 20, 21, 24, 25.
3°. Descriptis tum mensæ cibariis, tum animalium pabulis. 22, 23, 26-28.

IV°. *Sapientia Encyclopædica*

I. Supergressa scientiam

1°. Communem ingenii humani; 29.
2°. Omnium Orientalium et Ægyptiorum; 30.
3°. Quorumcumque hactenus celebrium sapientum. 31.

II. Complexa eruditionem
1°. Parabolicam et poeticam; 32.
2°. Botanicam et zoologicam. 33.

III. Promerita æstimationem, et studium addiscendi, a populis et regibus omnibus. 34.

§ II. OPERA SALOMONIS ARCHITECTONICA.

I°. *Apparatus ad templi fabricam.*

I. Occasio illius suscipiendæ
1°. Data per legationem Hirami officiosam; *cap.* v, *v.* 1 (1).
2°. Capta per legationem Salomonis negotiosam. 2.

II. Contractus de operis,
1°. Salomone conductore
1. Exponente ædificationis, tum adhuc non cœptæ moras, tum jam inchoandæ decretum; 3-5.
2. Expetente operam servorum Hiram lignandi peritorum, et offerente mercedem. 6.
2°. Hiramo sponsore
1. Laudante Deum velut auctorem hujus consilii; 7.
2. Addicente Salomoni petitam, quin et majorem operam; 8, 9.
3. Stipulante sibi annonam. 9.
3°. Utroque præstitore
1. Expletis mutuo pactis; 10, 11.
2. Pace ac fœdere inter ambos constitutis. 12.

III. Comportatio materiæ, scilicet
1°. Lignorum,
1. Destinatis ad operas in Libano etiam triginta millibus Israelitarum; 13.
2. Iisdem per vices distributis et Adoniram præfecto commissis. 14.
2°. Lapidum,
1. Adhibitis septuaginta millibus bajulorum, et octoginta latomorum; 15.
2. Additis ad horum directionem ter mille trecentis præfectis. 16.

IV. Delectus ejusdem, nempe
1°. Saxorum grandium, pretiosorum, quadratorum pro fundamento; 17.
2°. Reliquorum et lignorum dolatorum pro aliis ædificii partibus. 18.

II°. *Constructio templi*

I. Cœpta anno post egressum ex Ægypto quadringentesimo octogesimo, regni Salomonis quarto. *Cap.* VI, *v.* 1 (2).

(1) II *Paral.* II.
(2) *Ibid.* III.

II. Formata secundum partes extimas : ex quibus notantur

1°. Domus ipsa, ejusque longitudo, latitudo et altitudo; 2.

2°. Porticus præstructa cum suis dimensionibus; 3.

3°. Fenestræ domui insertæ; 4.

4°. Tabulatorum extrinsecus domui adjunctorum mensura, ostium et cochlea; 5, 6, 8.

5°. Laquearia et tectum. 9, 10.

* Interseritur, fabricam omnem factam ex lapidibus et lignis, jam antea plene aptatis. 7.

III. Probata divino oraculo, præsentiam suam ibidem perpetuam spondente, si Salomon cum populo in observandis Dei mandatis perseveraverint. 11-13.

IV. Continuata a Salomone. 14.

V. Perfecta secundum interiorum distributionem : qua exhibentur

1°. Sanctum, abiete stratum, cedro ad latera vestitum, tornatura et cælatura apte ornatum ; 15-18.

2°. Sanctum sanctorum, in medio situm, dimensionibus definitum, auro stratum et vestitum, appositis figurarum et picturarum ornamentis; 19-22, 29, 30.

3°. Cherubim duo ex oliva sculpti, auro tecti, expansis alis totam oraculi latitudinem emetientes; 23-28.

4°. Portæ et ostia oraculi ex oliva, postrema vero templi ex abiete, omnia utriusque cælaturis ornata, et auro obducta ; 31-35.

5°. Atrium templi interius, triplici lapidum, et uno cedri ordine distinctum. 36.

VI. Consummata anno regni Salomonis undecimo, a cœpta ædificatione septimo. 37, 38.

III°. *Additio palatii regii*

I. Universim proposita, cum annis in fabrica consumptis. *Cap.* VII, *v.* 1.

II. Speciatim exposita secundum varias illius partes : quæ sunt

1°. Domus saltus Libani, dimensionibus majoribus definita, et ambulacris, columnarum ordinibus, cameris incumbentibus distincta; 2-5.

2°. Porticus triplex, quarum una solii continebat tribunal ac sedem judicii ; 6-8.

3°. Domus reginæ, quoad materiam æqualis cum porticibus; 8-11.

4°. Atrium memorata hactenus ædificia complexum. 12.

IV°. *Supellex varia ad templi usum pertinens*,

I. Artificis ad id genus rerum accersiti stirps et peritia. 13, 14.

II. Opera ænea recensita :

1°. Columnæ duæ

1. Secundum suam dimensionem, capitella et ornamenta descriptæ; 15-20.

2. Erectæ, nominibus insignitæ, et imposito ad formam lilii ornamento consummatæ. 21, 22.

2°. Mare fusile secundum mensuram, formam, ornatum, et sustentacula expositum. 23-26 (1).

3°. Lavacra decem cum basibus vario opere elaboratis, secundum dimensionem, usum et situm exhibita. 27-39.

4°. Lebetes, pelves, aliaque vasa. 40.

III. Eadem opera breviter enumerata, 41-44.

1°. Assignato pro materia auricalcho; 45.

2°. Designato fusionis factæ loco; 46.

3°. Dissimulato aeris pondere ob nimiam magnitudinem. 47.

IV. Vasa ex auro conflata, scilicet

1°. Altare thymiamatis, et mensa propositionis; 48.

2°. Candelabra decem cum lucernis et forcipibus; 49.

3°. Hydriæ, phialæ, thuribula cum instrumentis aliis. 50.

V. Omnia hæc cum donis a Davide sanctificatis in templi thesauros illata. 51.

§ III. RELIGIOSA SALOMONIS EXERCITIA.

I°. *Arca fœderis in templum translata.*

I. Solemnitas instituta,

1°. Congregatis in Regiam omnibus populi principibus; *cap.* VIII, *v.* 1 (2).

2°. Delecto die festo. 2.

II. Deductio facta,

1°. Sacerdotibus arcam, levitis tabernaculum et vasa sacra portantibus; 3, 4.

2°. Rege cum populo præeunte, et victimas plurimas offerente. 5.

III. Illatio peracta,

1°. Collocata in sancto sanctorum sub Cherubinorum alis arca; 6, 7.

2°. Notatis, tum ampliore oraculi spatio quod vectibus arcæ recondendis sufficeret, tum tabulis Moysis lapideis quas solas arca continebat. 8, 9.

IV. Acceptatio divinitus indicata per nebulam,

1°. Per totum templum diffusam; 10.

2°. Sacerdotes a suo ministerio obeundo prohibentem; 11.

3°. A Salomone pro divinæ præsentiæ symbolo expositam. 12, 13.

II°. *Benedictio a Salomone data;* qua is,

I. Conversus ad populum, universo Israeli bene precatur. 14.

(1) II *Paral.* IV. 2-22. V. 1.
(2) *Ibid.* V. VI.

II. Præfatus, Deum magnificat ob præstitam promissis Davidi datis fidelitatem. 15.

III. Progressus in sermone, docet,

1°. Nec ante, nec per Davidem erigi templum placuisse Deo; 16-19.

2°. Hoc tamen opus fuisse commissum Salomoni, et nunc ab eodem confectum. 19-21.

III°. *Oratio ab eodem ad Deum coram altari fusa.* 22.

I. In exordio Salomon prædicat divinam fidelitatem,

1°. Præ omni creata eminentem; 23.

2°. Factis Davidi sibique contestatam. 24.

II. In argumento postulat

1°. Posteritati suæ promissam Davidi possessionem regni perpetuam; 25, 26.

2°. Templo præsens semper benignitatis divinæ Numen; 27-29.

3°. Israelitis in eo precantibus sed et vere pœnitentibus omne genus gratiarum: 30. speciatim vero

1. Manifestationem veritatis, ad jurantium vel impietatem puniendam, vel innocentiam tuendam; 31, 32.

2. Remissionem peccati et pœnæ ob hoc inflictæ; 33, 34.

3. Amotionem plagarum; nominatim sterilitatis, famis, pestis, locustæ, belli, morborum et malorum quorumcumque. 35, 40.

4°. Alienigenis huc etiam orationis causa venturis, exauditionem votorum, cessuram ad ampliorem Dei agnitionem: 41-44.

5°. Populo victoriam in bello, vel liberationem e captivitate. 44-50.

III. In epilogo, affert pro motivo postulati obtinendi, et exaggerat titulum Israelis in populum singularem a Deo electi, et hactenus tot factis confirmati. 51-53.

IV°. *Apprecatio votiva adjecta*, qua Salomon, reversus ab altari ad populum, 54, 55.

I. Celebrat pacem populo et omnia a Deo promissa fideliter reddita. 56.

II. Optat continuatum, ut cum patribus, ita cum posteris, divinæ protectionis pactum. 57.

III. Exorat gratiam

1°. Pro observanda lege; 58.

2°. Pro diffundenda ad gentes agnitione Dei; 59, 60.

3°. Pro comparanda vitæ sanctitate. 61.

V°. *Dedicatio templi celebrata*,

I. Oblatis a populo et rege sacrificiis numero plurimis. 62, 63 (1).

II. Sanctificato etiam per victimas in eo mactatas atrio. 64.

III. Festiva quatuordecim dierum solemnitate. 65.

(1) II *Paral.* VII. 4-10.

IV. Secuto populi demum dimissi applausu. 66.

VI°. *Officia cœlitus reddita :*

I. Visio Dei nova post opus completum Salomoni concessa. *Cap.* IX, *v.* 1, 2 (1).

II. Approbatio facti operis, et exauditio precum divinitus indicata. 3.

III. Promissio regni in Salomonis posteros continuandi facta, sub conditione observantiæ legum divinarum præstandæ. 4, 5.

IV. Comminatio adjecta ruinæ, Israelem et templum cum gentium stupore eversuræ, ad contrarium conditionis eventum. 6-9.

## § IV. POLITICA SALOMONIS STUDIA.

I°. *Securitas regni stabilita,*

I. Confirmato cum Hiram amicitiæ fœdere; quod factum,

1°. Datis in operarum et materiæ mercedem viginti urbibus; 10, 11.

2°. Iisdem, cum Hiramo displicerent, aliter compensatis; 12, 13 (2).

3°. Mutuo ab Hiramo accepto, et in commune bonum verso. 14, 15.

II. Aucto urbium robore,

1°. Per restaurationem aliquarum, inter quas Gazer, data uxori Salomonis Ægyptiæ in dotem; 16-18 (3).

2°. Per munitionem murorum pluribus additam. 19.

III. Instituto subditorum discrimine, quos inter

1°. Residui a Chananæis facti tributarii et servi; 20, 21 (4).

2°. Israelitæ omnes libertate donati, et rebus in campo, aula, aut foro gerendis præfecti, quorum numerus hic notatur; 22, 23.

3°. Ægyptia conjux e domo Davidis sacrata in palatium profanum translata. 24.

IV. Curata sacrorum observantia,

1°. Quoad sacrificiorum oblationem, et festorum celebrationem; 25. II *Paral. cap.* VIII, *v.* 12, 13.

2°. Quoad ministerii sacerdotalis et levitici ordinem a Davide introductum; *ibid.* 14, 15.

3°. Quoad thesauri custodiam, et impensarum apparatum. *Ibid.* 16, 17.

V. Locupletato aliunde ærario (5),

(1) II *Paral.* VII. 11-22.
(2) *Ibid.* VIII. 2.
(3) *Ibid.* 5-6.
(4) *Ibid.* 7-11.
(5) *Ibid.* 17. 18.

1°. Per classem ex Asiongaber missam, et Tyriis nautis instructam; *Reg. cap.* IX, *v.* 26, 27.

2°. Per multa auri talenta ex Ophir allata. 28.

II°. *Gloria regis illustrata triplici reginæ Saba documento* (1): scilicet

I. Consilio, dum, celebratam fama sapientiam Salomonis tentatura, iter longinquum suscipit. *Cap.* X, *v.* 1, 2.

II. Experimento, dum, exploratam ænigmatibus et observatam in omnibus, sapientiam regis fama majorem invenit. 3-7.

III. Testimonio, dum eam maximi æstimandam profitetur, commendata aulicorum felicitate, prædicato Dei largitoris favore, et profusa munerum oblatione. 8-10.

III°. *Felicitas reipublicæ amplificata*,

I. Ex gazarum regiarum abundantia,

1°. Sufficiente tum ligna thyina ad usus palatii et templi, tum dona ad remunerationem reginæ Saba; 11-13.

2°. Recipiente ex annuis tum negotiationibus, tum redditibus vim auri immensam. 14, 15.

II. Ex magnificentia aulæ resplendentis

1°. A scutis et peltis aureis; 16, 17.

2°. A throni eburnei compositione, ordine et adjunctis; 18-20.

3°. A vasorum et supellectilis reliquæ pretio ac multitudine. 21, 22.

III. Ex rerum omnium copia,

1°. Ob regis sapientiam undique affluente; 23-25.

2°. Per omnes provincias diffusa; 27.

3°. Ex curruum, equitum, et equorum numero, et nativo pretio, hactenus insolita. 26, 28, 29 (2).

## SECTIO III.

### DEDECORA REGNI SALOMONIS.

#### § I. PECCATA REGIS

I°. *Commissa humanitus.*

I. Inordinatio matrimonii,

1°. Ob assumptas ad thorum infideles fœminas per legem prohibitas; *Cap.* XI, *v.* 1, 2.

2°. Ob nimium uxorum et concubinarum numerum itidem legi repugnantem; 3.

(1) II *Paral.* IX. 1-28.

(2) *Ibid.* I. 14, 16, 17.

3°. Ob immoderatam erga eas amoris indulgentiam. 1-3.

II. Apostasia a Deo,

1°. Per mulierum seductionem effecta; 4.

2°. A pietate patris et pristino vitæ tenore deflexa; 4, 6.

3°. Ad idolorum cultum et fanorum erectionem progressa. 7, 8.

II°. *Reprobata divinitus*,

I. Concepta indignatione

1°. Ob ingratitudinem peccantis; 9.

2°. Ob malitiam legem violantis. 10.

II. Denuntiata castigatione,

1°. Per scissionem regni et partis translationem ad servum inferenda; 11.

2°. Per dilationem tamen pœnæ, et unius partis retentionem mitiganda. 12, 13.

## § II. DECREMENTA REGNI

I°. *Ex suscitatis a Deo contra Israelem hostibus*. Horum

I. Alter Adad princeps Idumæorum,

1°. Sub factam a Davide per Joabum excisionem Idumææ, puer exul e patria; 14-17.

2°. Sub reliquum Davidis regnum, in Ægypto honoratus regis hospitio, affinitate et gratia; 18-20.

3°. Post Davidis mortem, ægre dimissus ab Ægypti rege, et Israelis odium referens in patriam. 21, 22.

II. Alter Razor princeps Syrorum,

1°. Post Adarezeris cladem, tempore Davidis, dux prædonum; 23, 24.

2°. Abhinc Damasco potitus, et continuis excursionibus Israeli infestus. 24, 25.

II°. *Ex rebellione Jeroboami, gente Ephratæi, conditione servi*. 26. Ad hanc

I. Occasio nata ex ædificato in Jerusalem Mello. 27.

II. Opportunitas data ex præfectura operum Jeroboamo commissa. 28.

III. Excitatio facta ab Ahia propheta,

1°. Pallium suum novum in duodecim frusta scindente, et eorum decem Jeroboamo porrigente; 29-31.

2°. Per symbolum hoc tum scissionem regni, tum tribuum decem imperium Jeroboamo dandum, reliquarum autem Salomoni relinquendum, vaticinante; 31, 32.

3°. Utriusque eventus rationem et meritum exponente; 33, 34.

4°. Idem vaticinium repetente et amplificante; 35-37.

5°. Felicitatem posterorum Jeroboami a conditione probitatis pendulam,

afflictionem posteritatis Davidicæ non perpetuam definiente. 38, 39.

IV. Progressio interrupta a Salomone, omissa a Jeroboamo fugam in Ægyptum capessente. 40.

* Notitia compendiaria de Salomone adjecta (1).

I. Facta ejus et dicta notantur legenda in libro Verborum ejusdem. 41.

II. Anni queis regnavit numerantur quadraginta. 42.

III. Mors, sepulchrum, successor tribus duntaxat verbis recitantur. 43.

(1) II *Paral.* IX. 29-31.

# LIBRI TERTII

DIMIDIUM ALTERUM, CUM QUARTO REGUM INTEGRO, INSERTIS PARALIPOMENON SUPPLEMENTIS.

HISTORIA POPULI A DEO ELECTI SCHISMATE IN DUO REGNA DISTRACTI.

---

## SECTIO I.

SCHISMATIS AUCTORES ET PRIMI PROPAGATORES.

### § I. DIVISIO REGNI ISRAELITICI IN DUAS PARTES.

I°. *Occasio divisionis* (1) :

I. Conventus populi ad designandum Roboamum in regem. III *Reg. cap.* XII, *v.* 1-3.

II. Postulatum comitiorum pro minuendis oneribus. 4.

III. Deliberatio regis, et consultatio 5.

1°. Seniorum, 6-8.

2°. Juniorum. 8-11.

IV. Responsum durius redditum. 12-15.

II°. *Divisio ipsa* (2) :

I. Secessus Israelitarum seu decem tribuum. 16.

II. Adhæsio Judæorum seu habitantium in civitatibus Juda. 17.

III. Legatio præfecti tributorum frustrata et seditionem augens, 18, 19.

IV. Jeroboami electio in regem a seditiosis. 20.

V. Apparatus belli contra Israelitas tentatus, Dei prohibitione impeditus. 21-24.

III°. *Confirmatio divisionis addita*

I. Ex parte Jeroboami,

1°. Civitatum munitione; 25.

2°. Vitulorum ad cultum sacrilegum expositione; 26-28.

3°. Fanorum, ministrorum et festorum institutione. 29-33.

II. Ex parte Roboami, II *Paral. cap.* XI.

(1) II *Paral.* X. 1-15.
(2) *Ibid.* X. 16-19. et XI. 1-4.

1°. Urbium extructione ; 5-12.
2°. Levitarum et fidelium collectione ; 13-17.
3°. Uxorum multiplicatione ; 18-21.
4° Abiæ in successorem designatione. 22, 23.

§ II. JEROBOAMI OB PECCATA MONITI, ET PROPHETARUM ILLUM MONENTIUM FACTA.

I°. *Jeroboam vitulorum cultor*
- I. Monetur de cultu infami tollendo. *Reg. cap.* XIII, *v.* 1-3.
- II. Reluctari ausus punitur ariditate manus. 4.
- III. Terretur eventu prædicto. 5.
- IV. Humiliatur, sanatur. 6.

II°. *Propheta primus,*
- I. Tentatus a Jeroboamo, invitationem rejicit, per viam aliam discedit. 7-10.
- II. Sollicitatus a propheta, prima vice resistit. 11-17.
- III. Persuasus ab eodem prophetia ficta, cedit. 18, 19.
- IV. Reprehenditur divino oraculo. 20-22.
- V. Punitur morte divinitus illata. 23-25.
- VI. Sepelitur a deceptore propheta, plangitur, honoratur. 26-32.

III°. *Jeroboam non emendatus*
- I. Pergit in crimine. 33.
- II. Domui suæ accersit ruinam. 34.
- III. Occasione filii ægroti, per uxorem, sub alieno schemate, tentat prophetam et Deum. *Cap.* XIV, *v.* 1-4.

IV°. *Propheta alter, Ahias nomine,*
- I. Instruitur a Deo. 5.
- II. Eloquens oraculum, exaggerat regis peccatum,
  - 1°. Commemoratione beneficiorum ; 6, 7.
  - 2°. Comparatione cum Davide ; 8.
  - 3°. Magnitudine peccati. 9.
- III. Denuntiat excidium
  - 1°. Familiæ ; 10, 11.
  - 2°. Filii ægroti. 12, 13.
- IV. Prædicit et nominat futurum vindicem Jeroboami et Israelitarum. 14-16.
- V. Veridicus probatur ex morte et sepultura ægroti. 17, 18.

V°. *Historia Jeroboami reliqua per prolepsin notatur.* 19, 20.

§ III. RELIQUA ROBOAMI ET HISTORIA ABIÆ REGUM JUDA.

I°. *Roboami in regno confirmati, Paral. cap.* XII, *v.* 1. *Reg. cap.* XIV, *v.* 21.

I. Crimina :

1°. Idololatria, 22, 23.

2°. Mores corruptissimi. 24.

II. Castigatio : anno regni quinto, 25.

1°. Ægyptiorum irruptio, et occupatio Judæ; II *Paral. cap.* XII, *v.* 2-4.

2°. Obsidio Hierosolymæ. 4.

III. Reprehensio

1°. Facta a propheta Semeia; 5.

2°. Suscepta cum effectu. 6.

IV. Mitigatio pœnæ, quatenus

1°. Urbs non fuit eversa, nec habitatores occisi; 7, 12.

2°. Missi tamen sub jugum; 8.

3°. Hierosolyma, quantumvis liberata, 9.

4°. Tamen expilata, et æs auro substitutum. *Reg. cap.* XIV, *v.* 26-28, *Paral. cap.* XII, *v.* 10, 11.

V. Emendatio non secuta reliquo vitæ tempore. 14.

* Notitia compendiaria de Roboamo adjecta :

1°. Anni queis regnavit numerantur septemdecim; *Reg.* 21. *Paral.* 13.

2°. Facta et dicta ejus legenda notantur in libris Sermonum ejusdem, quos conscripsere Semeia et Addo; *Paral.* 15. *Reg.* 29.

3°. Bella cum Jeroboamo continua commemorantur; 30.

4°. Mors, sepulchrum, familia, successor recitantur. 31 (1).

II°. *Abiæ*

I. Tempus, regnum et stirps. *Cap.* XV, *v.* 1, 2.

II. Peccata. 3.

III. Indulgentia eidem propter Davidem a Deo concessa tempore belli : 4, 5.

1°. Hujus apparatus ex parte Israelitarum major; *Paral. cap.* XIII, *v.* 3.

2°. Causa ex parte Abiæ melior, proposita ab eodem

1. Exprobrante seditionem Jeroboami; 4-7.
2. Accusante temeritatem et apostasiam; 8, 9.
3. Exponente confidentiam suam in Deo, cultuque sancto; 10-12.

3°. Actio periculosa, extructis in certamine Jeroboamo insidiis; 13, 14.

4°. Eventus, Deo operante, Israelitis funestus, Judæis victoria de hostibus in fugam conjectis gloriosus. 15-19.

IV. Vis supra Jeroboamum eminens, familia et reliqua memoria. 20-22, *Reg. cap.* XV, *v.* 6-8.

(1) II *Paral.* XII. 15, 16.

### § IV. HISTORIA ASÆ REGIS JUDA.

I°. *Regnum, vita, familia, elogium.* 9-24. *Paral. cap.* XIV, *v.* 1, 2.

II°. *Virtutes* :

I. Cura religionis

1°. In excisione idololatriæ; 2, 3.

2°. In promotione pietatis. 4, 5.

II. Cura regni

1°. In munitione urbium; 6, 7.

2°. In instructione militum. 8.

III. Cura salutis publicæ

1°. In apparatu contra hostium invasionem; 9, 10.

2°. In victoria per preces divinitus impetrata; 11, 12.

3°. In persecutione, captivitate, et direptione hostibus illata. 13-15.

IV. Cura divini cultus

1°. Per Azariæ propheticam adhortationem excitata; *Paral. cap.* XV, *v.* 1-7.

2°. Per reformationem ministerii sacri, populi adunationem et oblationem sacrificiorum numero plurimorum universim protensa; 8-11.

3°. Per solemnem fœderis renovationem celebrata; 12-15.

4°. Per Maachæ idololatræ depositionem, et sacri thesauri augmentum amplificata. 16, 18.

III°. *Defectus*

I. Zeli pro religione, cum excelsa non auferret. 17.

II. Fiduciæ in Deum, cum Israelitis bellum moventibus, Syrum conduceret. *Paral. cap.* XVI, *v.* 1-6.

III. Obedientiæ erga prophetam monentem et minitantem. 7-11.

IV. Recursus ad Deum in morbo, ex quo est mortuus. 12-14.

### § V. TRES STIRPES REGUM ISRAEL EORUMQUE FATA.

I°. *Stirps prima Jeroboami*; ex qua

I. Rex, Nadab filius Jeroboami regnavit duobus annis. *Reg. cap.* XV, *v.* 25.

II. Crimen, continuatio apostasiæ a Jeroboamo cœptæ. 26.

III. Pœna,

1°. Nadab in obsidione Gebbethon occiditur a Baasa; 27, 28.

2°. Exscinditur familia Jeroboami. 29.

IV. Adjuncta historica :

1°. Eventus respondet prophetiæ; 29.
2°. Repetitur causa pœnæ; 30.
3°. Indicantur ulteriora historiæ monumenta. 31.

II°. *Stirps altera;* cujus

I. Auctor

1°. Rex Baasa, regnum viginti quatuor annorum, bellum cum Asa gestum; 32, 33.
2°. Crimen, continuata Jeroboami apostasia; 34.
3°. Monitio per prophetam Jehu, *cap.* XVI, *v.* 1.
  1. Accusatoria criminis; 2.
  2. Comminatoria supplicii similis illi, quod illatum familiæ Jeroboami. 3, 4.
4°. Adjuncta historica :
  1. Indicantur historiæ monumenta; 5.
  2. Refertur Baasæ mors et successio Elæ; 6.
  3. Repetitur prophetia et mors illata prophetæ. 7.

II. Successor

1°. Rex Ela, filius Baasæ, regnum duorum annorum; 8.
2°. Pœna,
  1. Occiditur Ela a Zambri; 9, 10.
  2. Exscinditur familia Baasæ. 11, 12.
3°. Crimen priori simile; 13.
4°. Adjuncta historica notantur. 14.

III°. *Controversia de regno inter usurpatores.*

I. Inter Zambri et Amri :

1°. Zambri usurpat regnum septem diebus; 15.
2°. Obsidetur ab Amri et redigitur ad desperationem; 16-18.
3°. Perit ob simile cum Jeroboamo crimen, et notatur ob tyrannidem. 19-20.

II. Inter Amri et Thebni, cui prior prævalet. 21, 22.

IV°. *Stirps tertia.*

I. Auctor

1°. Rex Amri, regnum duodecim annorum; 23.
2°. Memorabile, transfert sedem in Samariam; 24.
3°. Crimen, simile Jeroboamico; 25, 26.
4°. Mors, et notatio historica. 27, 28.

II. Successor

1°. Rex Achab, regnum viginti duorum annorum; 29.
2°. Crimen, apostasia prior, aucta per idololatriam Baal, inducente eamdem Jezabel uxore; 30-33.
3°. Adjunctum historicum, resuscitatur Jericho, cum eventu ædificatoris infausto per Josue prædicto. 34.

## SECTIO II.

### SYNCHRONI CUM ELIA PROPHETA ACHAB ISRAELIS REGIS DELICTA ET PŒNÆ.

#### § I. ELIAS NUNTIUS SICCITATIS PŒNALIS, IN EAQUE SERVATUS IPSE ET SERVANS ALIOS.

I°. *Elias denuntiat Achab in pœnam idololatriæ siccitatem*, a suo velut arbitrio pendulam. *Cap.* XVII, *v.* 1.

II°. *Servatur tempore famis*

I. In torrente Carith : quo

1°. Jubetur secedere, per miraculum sustentandus; 2-4.

2°. Secedit, per corvos panis et carnis bajulos sustentatus; 5, 6.

3°. Manet, dum aqua sufficit. 7.

II. In Sarephta :

1°. Huc ire jussus et appulsus; 8, 9.

2°. A vidua occurrente petit aquam, tum panem; 10, 11.

3°. Excusantem promissis persuadet, et nutritur. 12-15.

III°. *Servat viduam cum filio*

I. Ab interitu, farinam et oleum multiplicando. 16.

II. A luctu, filium ejus resuscitando, qui

1°. Mortuus cum expostulatione matris; 17, 18.

2°. Agente Elia tum variis ritibus, tum precibus; 19-21.

3°. Vivus redditur matri, Eliam ut prophetam veneranti. 22-24.

#### § II. ELIAS REDUX IN PUBLICUM, VINDEX RELIGIONIS CONTRA BAALLATRIAM, PROPHETA PLUVIARUM.

I°. *Elias redux*

I. In Israelis regnum,

1°. Anno tertio, jussus a Deo progreditur; *cap.* XVIII, *v.* 1, 2.

2°. Occurrit Abdiæ 7.

1. Achabi œconomo, viro Deum timenti; 3.

2. Prophetarum servatori et nutritio; 4.

3. Ad pastum et aquas investigandas per regnum misso. 5, 6.

3°. Adventum suum regi nuntiari imperat Abdiæ eidem, 8, 9.

1. Reluctanti ob vitæ periculum Eliæ et sibi imminens; 10, 11.

2. Timenti nuntium raptu Eliæ forsan deludendum; 12.

3. Merito meliora ob suam beneficentiam. 13, 14.

II. In conspectum regis,

1°. Abdia internuntio, progreditur; 15, 16.

2°. Accusatus turbarum a rege, accusationem retorquet; 17, 18.

3°. Ad retorsionem probandam, publicum certamen petit a rege et obtinet; 19, 20.

4°. Idem a populo objurgato, propositis conditionibus faventibus, postulat et impetrat. 21-24.

II°. *Vindex, sumpto experimento*

I. Ex parte prophetarum Baal, qui

1°. Concessas ab Elia partes tentaminis primas obeunt, sacrificando Baal; 25, 26.

2°. Sarcasmis Eliæ irritati, omnia tentant; 27, 28.

3°. Nihil tamen proficiunt. 29.

II. Ex parte Eliæ, qui,

1°. Excitato populo et restaurato altari, adornat sacrificium; 30, 31, 33.

2°. Facto aquæductu et sacrificio aquis perfuso, conditionem suam difficiliorem reddit; 32, 34, 35.

3°. Postulat a Deo signum et, delapso cœlitus igne, obtinet; 36-38.

4°. Populo, per miraculum convicto, vindictam de Baal prophetis sumendam imperat et exequitur. 39, 40.

III°. *Propheta pluviarum,* quas

I. Ex sonitus signo prædicit. 41.

II. Tardantes exorat. 42.

III. Repetita servi missione observat. 43.

IV. Viso tenuissimo indicio, regi denuntiat. 44.

V. Evadere Achab jubet, et ipse etiam cursu antevertit. 45, 46.

§ III. ELIAS RURSUS CONSERVATUS, ET AMPLIUS CONFIRMATUS.

I°. *Conservatus*

I. Ab hostili persecutione, quam

1°. Achab nuntiando facta concitavit; *cap.* XIX, *v.* 1.

2°. Jezabel decrevit et intentavit; 2.

3°. Elias fuga declinavit. 3.

II. A malo tum corporis ex fame, tum animæ ex dejectione, 4.

1°. Angeli alloquio et prandio; 5, 6.

2°. Ejusdem incitatione et iterato convivio; 7.

3°. Viribus hinc auctis, et promoto in Horeb adventu. 8.

II°. *Confirmatus*

I. Instructione Dei,

1°. Interrogantis et responsum recipientis; 9, 10.

2°. Monentis de statione capienda, et visione futura; 11, 12.

3°. Ad visionem præsentem priora repetentis. 13, 14.

II. Demandatione novæ legationis,

1°. Ad ungendos reges et prophetam; 15, 16.

2°. Ad puniendos apostatas; 17.

3°. Ad corroborandos fideles Israelitas. 18.

III. Accessione Elisæi, quem Elias

1°. Vocat ad ministerium, injecto pallio; 19.

2°. Obsequentem habet, concedentibus parentibus, et amicis lætantibus. 20, 21.

§ IV. ACHAB GEMINO BENEFICIO HAUD EMENDATUS, OB NOVUM CRIMEN DIVINO JUDICIO MORTI DESTINATUS.

I°. *Beneficium primum* :

I. Periculum ex hostili Benadad incursu in Samariam; quod patet

1°. Ex multitudine obsidentium urbem; *cap.* XX, *v.* 1.

2°. Ex legatione, traditionem postulante; 2-6.

3°. Ex anxietate regis et populi; 7-9.

4°. Ex minis obsidentis regis; 10.

5°. Ex apparatu oppugnationis. 11, 12.

II. Liberatio ab hoc periculo

1°. Per prophetam prædicta; 13, 14.

2°. Per eruptionem facta; 15-20.

3°. Prolata in hostium cædem, et confirmata. 21, 22.

II°. *Beneficium alterum* :

I. Periculum ex altera expeditione hostium; cujus

1°. Consilium priori diversum exponitur; 23-25.

2°. In opus redigitur; 26.

3°. Ex opposito comparatum amplificatur. 27.

II. Liberatio iterata; ejus

1°. Prænuntium et causa affertur; 28.

2°. Actus per victoriam describitur; 29, 30.

3°. Effectus, tum per oblatam a Benadab tributariam subjectionem et raptorum restitutionem, tum per fœdus ab Achab concessum, exponitur. 31-34.

III°. *Crimen, per Dei causam hac indulgentia neglectam commissum*, propheta regi

I. Aperire satagit, accepto ob hanc rem vulnere, quod

1°. Unus inferre detrectans punitur; 35, 36.

2°. Alter infligit. 37.

II. Occurrens proponit, sub schemate judicialis querelæ. 38-40.

III. Exponit et declarat,

1°. Se, remque manifestando; 41.

2°. Sententiam Dei referendo; 42.

3°. Obduratum regem relinquendo. 43.

§ V. CRIMEN ACHAB ALTERUM CONTRA NABOTH COMMISSUM ET DAMNATUM.

I°. *Occasio criminis :*
I. Vineæ Naboth situs palatio Achab contiguus. *Cap.* XXI, *v.* 1.
II. Cupiditas et postulatio regis. 2.
III. Naboth detrectatio et causa. 3.
IV. Mœror regis post factam recusationem. 4.
II°. *Crimen commissum* :
I. Consilium ejusdem a Jezabele
1°. Captatum, ad placandum regis animum; 5-7.
2°. Susceptum perfide ac violente. 8-10.
II. Executio facta
1°. Ex præscripto reginæ; 11.
2°. Cum hypocrisi, perfidia et crudelitate. 12, 13.
III. Consequentia :
1°. Nuntius patrati sceleris; 14.
2°. Jezabelis relatio; 15.
3°. Regis invasio in vineam. 16.
III°. *Idem damnatum*
I. A Deo,
1°. Mittente prophetam; 17, 18.
2°. Crimen et pœnam denuntiante. 19.
II. A propheta,
1°. Exprobrante crimen; 20.
2°. Denuntiante pœnam
1. In familiam regis; 21-22.
2. In Jezabelem; 23.
3. In Achab. 24.
III. A Scriptura,
1°. Hoc crimen et causam exaggerante; 25.
2°. Alia scelera repetente. 26.
IV. Ab Achab,
1°. Factum, signis pœnitentiæ datis, detestante; 27.
2°. Dilationem pœnæ hinc obtinente. 28, 29.

§ VI. ACHAB EXCŒCATI ET OBDURATI EXITIUM.

I°. *Occasio, bellum contra Syros* : hujus
I. Tempus; *cap.* XXII, *v.* 1, 2 (1).
II. Decretum et causa; 3.

(1) II *Paral.* XVIII.

III. Socius Josaphat rex Judæ. 4, 5.

II°. *Excæcatio* :

I. Consultatio pseudoprophetarum ; 6.

II. Aversio animi a propheta vero ; 7, 8.

III. Evocatio prophetæ coacta ; 9.

IV. Iterata admissio pseudoprophetarum ; 10, 11.

V. Tentata prophetæ corruptio, sed frustrata. 12-14.

III°. *Obduratio* :

I. Expositio prophetiæ

1°. Ironica ; 15.

2°. Seria per compendium et interrupta ; 16-18.

3°. Seria plenaria, referens prophetæ visionem

1. De permissa divinitus pseudoprophetarum deceptione ; 19, 20.
2. De promptitudine diaboli deceptoris ; 21, 22.
3. De executione deceptionis. 23.

II. Contumeliosa prophetæ exceptio,

1°. Per pseudoprophetam, verbera dantem, sed minas referentem ; 24, 25.

2°. Per regem Achab, qui

1. Prophetam carceri tradit ; 26, 27.
2. Sed vaticinium durum recipit. 28.

IV°. *Exitium* :

I. Apparatus ad prælium,

1°. Ex parte Achab cum vestium mutatione ; 29, 30.

2°. Ex parte Syri cum insidiis imperatis. 31.

II. Periculum

1°. Josaphati, pro Achab habiti ; 32, 33.

2°. Achab, incerta sagitta vulnerati. 34.

III. Finis,

1°. Achab deserit prælium, dato ad receptum signo ; 35, 36.

2°. Moritur et sepelitur ; 37.

3°. Sanguis ejus lingitur a canibus ; 38.

4°. Historia perstringitur ; 39.

5°. Ochozias successor notatur. 40.

## SECTIO III.

### COÆVA TUM REGUM TUM PROPHETARUM CUM ACHAB POSTERITATE HISTORIA

### § I. JOSAPHATI REGIS JUDA VIRTUTES ET DEFECTUS CUM VARIA FORTUNA SED CONSTANTE DEI FAVORE.

I°. *Summarium historiæ* (1).

I. Josaphati regnum, ætas, duratio regni, mater. *Cap.* XXII, *v.* 41, 42.
II. Pietas ad exemplum patris. 43.
III. Tolerantia excelsorum aliqualis, vel ad tempus. 44.
IV. Habitudo cum vicinis, memoria reliqua. 45-47.
V. Obitus et sepultura. 51.

II°. *Gesta a regni initio.*

I. Prævalet supra Israel, viribus, munitionibus et præsidiis. II *Paral. cap.* XVII, *v.* 1, 2.
II. Habet faventem Deum ob religionis studium. 3, 4.
III. Augetur divitiis et gloria. 5.
IV. Aufert excelsa et lucos de Juda. 6.

III°. *Gesta et eventus ab anno regni tertio.*

I. Circa religionem :
1°. Principes levitas et sacerdotes mittit in civitates ad docendum populum ; 7-9.
2°. Vicina regna continet terrore, indeque munera accipit. 10, 11.
II. Circa regni securitatem :
1°. Construit munitiones et opera ; 12.
2°. Auget copias militares ; 13.
3°. Earum duces nominantur, et numerus definitur. 14-19.
III. Circa conjunctionem armorum cum Achab :
1°. Inseritur hic historia belli contra Syros, et mors Achab, superiori paragrapho notata ; *ibid. cap.* XVIII, *v.* 1-34.
2°. Josaphat e bello regressus objurgatur a Jehu propheta Hanani filio ; *ibid. cap.* XIX, *v.* 1, 2.
3°. Obtinet indulgentiam ob bona hactenus facta. 3.

IV°. *Gesta et eventus ab anno regni decimo octavo.*

I. Tempore pacis :
1°. Promovet veram religionem in populo ; 4.

(1) II *Paral*, XX. 31-34.

2°. Ordinat et instruit tribunalia politica; 5-7.
3°. Idem facit circa tribunalia sacra. 8-11.

II. Tempore belli a Moabitis, Ammonitis, et Idumæis illati : *ibid. cap.* XX, *v.* 1, 2.

1°. Indicto jejunio et congregato ad templum populo supplicat; 3-5.
2°. Supplicationis exordium sumit ab agnitione divinæ potentiæ; in argumento recolit beneficia patribus collata, et promissa orantibus in templo facta, exponit periculi magnitudinem, et auxilii necessitatem; in conclusione exposcit cœleste consilium; 6-12.
3°. Accipit oraculum, timorem excutiens et victoriam sine pugna prænuntians; 13-17.
4°. Eductum contra hostes exercitum, levitarum canticis et adhortatione, ad fiduciam excitat; 18-21.
5°. Cantante laudes divinas exercitu, et hostibus in se mutuo irruentibus, victoriam plenam reportat; 22, 23.
6°. Spolia colligit, solemnitatem gratiarum agit, triumphans redit; 24-28.
7°. Securitate et pace fruitur. 29, 30.

III. Tempore intermedio:

1°. Init amicitiam cum Ochozia; 35.
2°. Socialem cum illo classem instruit, sed perdit; propheta hoc damnum ob amicitiam cum Ochozia contractam denuntiante; 36, 37.
3°. Ad eamdem expeditionem rursus ab Ochozia sollicitatus, renuit. III *Reg. cap.* XXII, *v.* 49, 50.

### § II. OCHOZIÆ REGIS ISRAELIS RELIQUA.

I°. *Publica :*

I. Regni initium, et biennalis epocha. 52.

II. Vitæ ratio sceleribus parentum affinis, et cultui Baal dedita. 53, 54.

III. Possessionis amplitudo defectione Moabitarum imminuta. IV *Reg. cap.* I, *v.* 1.

II°. *Privata :*

I. Defectus Ochoziæ

1°. Physicus, seu morbus ex lapsu per cancellos contractus; 2.
2°. Moralis, seu peccatum, per consultationem Beelzebub in Accaron tentatam, commissum. 2.

II. Intercessio Eliæ

1°. Imperata a Deo, facinus hoc reprobante, et mortem ex morbo tanquam pœnam decernente; 3, 4.
2°. Relata per legatos regressos regi, oraculi interpretem Eliam ex descriptione data dignoscenti; 5-8.
3°. Auctorata miraculo gemino, militibus, bis ad captivandum

prophetam missis, igne ad hujus mandatum e nubibus depluo consumptis 9-12.

III. Exitus causæ controversæ :

1°. Dux copiarum ad capiendum Eliam tertio missus non ferocia a prioribus usurpata, sed precatione agit; 13, 14.

2°. Elias, ab Angelo jussus, animatus et comitatus, Ochoziam accedit, crimen exprobrat, mortis pœnam denuntiat; 15, 16.

3°. Ochosias morte subsequa vaticinium triste confirmat, successorem habet fratrem Joram. 17.

* Designatur reliquæ historiæ conscriptæ liber. 18.

## § III. ELIÆ EXTREMA, ELISÆI INITIA.

### I°. *Eliæ extrema.*

I. Profectiones ultimæ :

1°. Prima ex Galgalis in Bethel; adjunctum habens *cap.* II, *v.* 1.

1. Colloquium Eliæ cum Elisæo, illo remansionem suadente, hoc ad comitatum se obfirmante; 2.
2. Colloquium filiorum prophetarum cum Elisæo, illis vaticinium de raptu Eliæ edentibus, hoc imperante silentium. 3.

2°. Altera ex Bethel in Jericho; repetito priori colloquio,

1. Tum Elisæum inter et Eliam; 4.
2. Tum inter prophetarum filios et Elisæum. 5.

3°. Tertia ex Jericho ad Jordanem; ubi intervenit

1. Repetitum Eliæ cum Elisæo colloquium; 6.
2. Progressus utriusque ad Jordanem, filiis prophetarum nonnisi a longinquo sequentibus; 7.
3. Miraculosa fluvii divisio per Eliam, et transitus cum Elisæo. 8.

II. Discessus seu raptus Eliæ.

1°. Antecedentia :

1. Data ab Elia et acceptata ab Elisæo optio memorialis; 9.
2. Spes postulati data sub conditione. 10.

2°. Raptus ipse cum circumstantiis; 11.

3°. Consequentia :

1. Conditio impleta et testificata; 12.
2. Assumptio pallii ab Elia relicti. 13.

### II°. *Elisæi initia.*

I. Successio ejusdem in locum Eliæ : declarata

1°. Ad Jordanem,

1. Per fluvium miraculose divisum, et paratum Elisæo transitum; 14.
2. Per agnitionem et contestationem filiorum prophetarum; 15.
3. Per investigationem Eliæ, frustra et reluctante Elisæo, ubique factam. 16-18.

2°. In Jericho, per emendationem aquarum,

1. Petitam a civibus; 19.

2. Præparatam naturali adjumento; 20.
3. Factam Dei operantis miraculo. 21, 22.
3°. Prope Bethel, ubi
1. Occasionem dedit insolens puerorum irrisio; 23.
2. Fidem fecit immissa illis per ursos pœna. 24.

II. Experimentum spiritus prophetici : cui occasionem præbuit
1°. Commoratio Elisæi in Samaria; 24.
2°. Sedes ibidem Jorami Israelitarum regis; cujus notantur
1. Initium et duratio regni; *cap.* III, *v.* 1.
2. Perversitas morum et cultus eadem, quæ in parentibus. 2, 3.
3°. Bellum cum Moabitis susceptum; cujus refertur
1. Occasio; 4, 5.
2. Apparatus ex Israelitis, Judæis ac Idumæis. 6-8.
4°. Evocatio Elisæi,
1. Conciliata per periculum sitis exercitibus imminens; 9, 10.
2. Proposita ad quæstionem Josaphati prophetam postulantis; 11.
3. Facta per accessum regum fœdere junctorum ad eumdem. 12.

III. Prophetia ab Elisæo
1°. Regi Israelis negata; 13.
2°. In gratiam regis Juda addicta; 14.
3°. Ad cantum psaltis excitata; 15.
4°. Exposita per promissum
1. Aquarum ad extinguendam sitim; 16, 17.
2. Victoriæ de Moabitis reportandæ. 18, 19.

IV. Eventus
1°. Quoad aquas, ad refectionem exercituum datas; 20.
2°. Quoad belli exitum, cujus narratur
1. Ex parte Moabitarum apparatus, et captum ex oculorum illusione omen; 21-23.
2. Ex parte fœdere junctorum, victoria de illis ingens reportata; 24, 25.
3. Ex parte priorum desperatio, et regis filii immolatio; posteriorum autem ad tantam indignitatem cessatio, et recessus. 26, 27.

## § IV. VIRTUS THAUMATURGA ELISÆI MULTIPLICI MIRACULO CONSIGNATA.

### I°. *Miraculum olei aucti.*

I. Occasio, vidua
1°. Auxilium ab Elisæo flagitans; *cap.* IV, *v.* 1.
2°. Indigentiam exponens. 2.

II. Apparatus, propheta jubens
1°. Colligere vasa; 3.
2°. Transfundere in ea oleum. 4.

III. Effectus, oleo

1°. Multiplicato et sufficiente, dum vasa viduæ a filiis ministrantur; 5.
2°. Fluxum cohibente, dum vasa deficiunt.
IV. Monitum prophetæ de superfluo in debitorum solutionem impendendo, de reliquo ad sustentationem usurpando. 7.

II°. *Miraculum filii bis Sunamitidi dati.*

I. Datus per impetrationem :
1°. Meritum Sunamitidis et liberalis hospitatio; 8-11.
2°. Gratitudo prophetæ et beneficii oblatio; 12, 13.
3°. Ratio promittendi filii, et promissio; 14-16.
4°. Eventus promissionis. 17.
II. Datus per resuscitationem :
1°. Morbus et mors filii; 18-20.
2°. Matris afflictæ consilium confugiendi ad prophetam; 21-23.
3°. Iter ipsum et occursus servi; 24-26.
4°. Colloquium cum propheta; 27, 28.
5°. Prophetæ studium suscitandi mortuum
1. Per operam servi, sed frustratam; 29-31.
2. Per omnimodum conatum, præmissis precibus, totius corporis accommodatione exertum; 32-35.
6°. Filius redivivus traditus a propheta, cum gratiis relatus a matre. 36, 37.

III°. *Miraculum pultis amaræ in dulcem conversæ.*

I. Fames gravior et, pro hac mitiganda, mandatum parandæ pultis. 38.
II. Collectio herbarum, et imprudens admixtio colocynthidum. 39.
III. Gustatio amaritiei et nausea. 40.
IV. Supernaturalis a cibo amaritiei depulsio. 41.

IV°. *Miraculum alimoniæ parcæ pro pluribus sufficientis.*

I. Panum viginti oblatio, et destinatio ad centum viros inde satiandos. 42.
II. Objectio de illorum insufficientia. 43.
III. Experientia sufficientiæ ex comedentium saturatione, et reliquiarum superfluo. 44.

V°. *Miraculum sanati a lepra Naamani.*

I. Sanationis occasio :
1°. Naamani dignitas et auctoritas, sed morbus lepræ; *cap.* v, *v.* 1.
2°. Spes sanationis, ex relato Elisæi dono miraculorum, suscepta; 2, 3.
3°. Commendatio pro ea obtinenda a rege Syriæ addita; 4, 5.
4°. Eadem a rege Israelis cum metu accepta; 6, 7.
5°. Hæc ipsa ab Elisæo admissa. 8.

II. Sanationis medium

1°. Præscriptum Naamano ad januam Elisæi stanti, septupla in Jordane lotio ; 9, 10.

2°. Contemptum cum indignatione a Naamano ; 11, 12.

3°. Persuasum tandem eidem a servis. 13.

III. Sanationis opus et sequelæ :

1°. Sanitas ex medii usu recuperata ; 14.

2°. Beneficium agnitum, remuneratio oblata, sed repudiata ; 15, 16.

3°. Professio proselytismi, consultatio de licentia suspecti muneris, administratio concessa. 17-19.

VI°. *Miraculum affecti lepra Giezi.*

I. Delictum Giezi,

1°. Deliberato conceptum ; 20.

2°. Postulatione mendaci muneris tentatum ; 21, 22.

3°. Acceptione cumulata completum ; 23, 24.

4°. Manifestatum et exprobratum. 25, 26.

II. Pœna lepræ denuntiata et inflicta. 27.

VII°. *Miraculum ferri natantis.*

I. Occasio, ædificationis consilium, ob angustias habitationis propositum a filiis prophetarum, approbatum ab Elisæo. *Cap.* VI, *v.* 1-3.

II. Casus delapsæ in aquam securis, dum cæderentur ad ædificium ligna. 4, 5.

III. Prodigium ferri, ad extensum ab Elisæo lignum, enatantis et extracti. 6, 7.

§ V. PROPHETICA ELISÆI AUCTORITAS INTER SYROS ET ISRAELITAS AMPLIFICATA,

I°. *Revelatione occultorum* : huc reducuntur

I. Manifestatio insidiarum, per explorationem a rege Israelis tentata, per frustratum regis Syriæ consilium confirmata. 8-12.

II. Cognitio invisibilium, hoc est, parati per Angelos præsidii, quæ habita reddit prophetam tranquillum in periculo, communicata, timorem eximit servo. 13-17.

III. Occultatio præsentium objectorum, inquisitoribus per cæcitatem injecta, per visus redditionem ablata. 18-23.

II°. *Enuntiatione rerum, dum fiunt, absentium* : hæ fuerunt

I. Orta ex obsidione Samariæ fames, et ex fame crudelitas. 24-29.

II. Concitatio regis in Elisæum, et mortis comminatio ante adventum nuntii enarrata. 30-33.

III°. *Prædictione futurorum.*

I. Circa Samariæ liberationem : quæ

1°. Iterato prædicitur ; *cap.* VII, *v.* 1, 2.

2°. Incusso obsidentibus terrore evenit ; 3-7.

3°. Nuntiatur per leprosos ; 8-11.

4°. Explorata per legatos cognoscitur ; 12-15.

5°. Secuta ducis increduli oppressione, cum prophetiæ vindiciis completur. 16-20.

II. Circa famen septennalem : quam

1°. Sunamitis, ex Elisæi consilio peregrinata, declinat ; *cap.* VIII, *v.* 1, 2.

2°. Recuperatione bonorum, in gratiam miraculi olim facti concessorum, redux compensat. 3-6.

III. Circa fata Benadadi et Hazaelis :

1°. Prioris mors cum nuntii fraude declaratur ; 7-10.

2°. Posterioris evectio ad regnum sed cum crudelitate conjuncta edicitur ; 11-13.

3°. Eventus proximus prophetiam priorem comprobat. 14, 15.

## § VI. COGNATÆ CUM ACHAB UTRIUSQUE DOMUS REGIÆ PARTIM EPOCHA, PARTIM EXCIDIUM.

I°. ***Historia Jorami regis Juda.***

I. Regni initia et anni, fratres, et fratrum conditio. IV *Reg. cap.* VIII, *v.* 16, 17. II *Paral. cap.* XXI, *v.* 1-3, 5.

II. Vitia :

1°. Crudelitas in fratres ; *Paral.* 4.

2°. Impietas ad exemplum Achab, ex impulsu Athaliæ uxoris ; *Reg.* 18. *Paral.* 6.

3°. Seductio regni Juda ad idololatriam. *Paral.* 11.

III. Pœna

1°. Primum mitior, ob Davidis parentis memoriam, et Dei cum illo pactum ; *Reg.* 19. *Paral.* 7.

2°. Dein severior, per rebellionem Idumæorum,

1. Cœptam primo, mox tamen compressam ; *Reg.* 20, 21. *Paral.* 8, 9.
2. Suscitatam secundo, et recessu Lobnæ auctam. *Reg.* 22. *Paral.* 10.

3°. Capitalis, denuntiata per Eliæ litteras

1. Exprobratorias vitiorum commissorum ; *Paral.* 12, 13.
2. Comminatorias plagarum infligendarum. 14, 15.

4°. Eadem illata,

1. Vastata regione, et regia stirpe præter unum Joachaz excisa per Idumæos et Arabes ; 16, 17.
2. Secuta ex alvi languore et biennali tabe morte ; 18, 19.

3. Sepultura, sine exequiis extra regum sepulchrum data, addita infami memoria. 19, 20.

II°. *Memoranda de Ochozia rege Juda.*

I. Successionis ratio, regni et ætatis annus, coævus rex Israelis, et mater. *Reg.* 24-26. *Paral. cap.* XXII, *v.* 1, 2.

II. Vitia, ex matris et consiliariorum impulsu, communia cum familiaribus Achab. *Reg.* 27. *Paral.* 3, 4.

III. Vindictæ divinæ

1°. Occasio, Symmachia cum Joramo rege Israelis in bello contra Syros, et ad ilium vulneratum invisio in Jezrahel; *Reg.* 28, 29. *Paral.* 5-7.

2°. Illatio per compendium exposita. *Paral.* 7-9.

1. Extensio ejusdem per Athaliam ad omnem stirpem regiam; 10.
2. Restrictio et exceptio in servato Joas per Josabeth industriam. 11, 12.

III°. *Apparatus ad excidium posteritatis Achab*, factus

I. Ex parte Elisæi, qui filium prophetarum

1°. Mittit in Ramoth Galaad ad Jehu in regem Israelis ungendum; *Reg. cap.* IX, *v.* 1.

2°. Docet cautelam et secretum observandum; 2.

3°. Instruit in modo negotii perficiendi. 3.

II. Ex parte hujus missi, qui Jehu repertum

1°. Vocat seorsim et ungit in regem; 4-6.

2°. Excitat, tum decreto tum mandato divino, ad exscindendam domum Achabi. 7-10.

III. Ex parte Jehu, qui regressus

1°. Sociis interrogantibus exponit internuntii divini facta et dicta; 11, 12.

2°. Proclamatur rex, et, conjuratione facta, captat occasionem opprimendi Joram regem Israelis; 13-15.

3°. Expeditionem adit, suscepto in Jezrahel itinere, et exploratoribus occurrentibus retentis. 16-20.

IV°. *Executio excidii*, diffusi

I. Per familiæ Achab capita:

1°. In Joram regem Israelis, qui

1. Occurrens trajicitur telo; 21-24.
2. Mortuus projicitur in agrum Naboth, ad prophetiæ complementum; 25, 26.

2°. In Ochoziam regem Juda, qui

1. In fuga occiditur; 27.
2. Sepelitur in Jerusalem, notato regni et eventus anno. 28, 29.

3°. In Jezabelem reginam Israelis, quæ

1. Fucata et regie ornata caput, expostulat cum Jehu; 30, 31.
2. Projicitur hujus jussu e fenestra; 32, 33.

3. Devoratur a canibus, memorato prophetiæ eventu. 34-37.

II. Per cognationem reliquam:

1°. In septuaginta filios Achab, Samariæ incolas; dum Samaritani ad epistolas Jehu

1. Primam, se submittunt imperio Jehu; *cap.* x, *v.* 1-5.
2. Secundam, mittunt abscissa filiorum Achab capita. 6-10.

2°. In propinquos alios, intra Jezrahel habitantes; 11.

3°. In fratres Ochoziæ, Samariæ inventos; 12-14.

4°. In reliquias Achab cæteras, teste Jonadab assumpto, excisas. 15-17.

V°. *Excidii adjuncta* :

I. Illius participes Baalitæ, quos Jehu

1°. Stratagemate in idoli templo congregat, et secernit; 18-23.

2°. Una omnes occidi jubet; 24, 25.

3°. Combusto idolo et destructo fano ac in latrinas mutato, abolet et extinguit. 26, 27.

II. Ejusdem auctor Jehu

1°. Baallatriam exterminat, sed vitulorum cultum retinet; 28, 29, 31.

2°. Ob alterum mercedem accipit regnum etiam ad posteros transiturum; 30.

3°. Ob alterum privatur regione transjordanica per Hazaelem. 32, 33.

* Quid ultra egerit, quomodo mortuus, quamdiu regnaverit, annotatur. 34-36.

## SECTIO IV.

### PROLATA UTRIUSQUE REGNI HISTORIA USQUE AD ISRAELITICI INTERITUM.

#### § I. JOAS REGIS JUDA VARIATA TUM SORTIS TUM VITÆ RATIO.

I°. *Joas in infantia servatus*,

I. Athalia in Ochoziæ familiam et sæviente et in Joam inquirente. *Cap.* XI, *v.* 1.

II. Josabeth eumdem e communi fratrum fato eripiente. 2.

III. Eadem per sexennium Joas in vicinis templo ædibus abscondente. 3.

II°. *In pueritia rex creatus.* 4-21.

I. Apparatus ad creationem regiam :

1°. Joiadas, facto cum militibus fœdere, per centuriones evocat Levitas, illisque ostendit Joam; II *Paral. cap.* XXIII, *v.* 1-3.

2°. Convocatos distribuit in excubias, ad templi portas; 4-8.

3°. Arma iisdem et stationes dat. 9, 10.

II. Creatio, coronatio, et proclamatio regis. 11.

III. Confirmatio ejusdem in regno,
1°. Per sublationem Athaliæ, quæ
1. Accurrens seditionem exprobrat; 12, 13.
2. Educta e templo occiditur; 14, 15.
2°. Per renovationem fœderis gemini; 16.
3°. Per deletionem cultus Baal; 17.
4°. Per restitutionem cultus legitimi; 18, 19.
5°. Per deductionem Joas in Regiam. 20, 21.

III°. *Joas bonus dum viveret Joiadas.* Reg. *cap.* XII, *v.* 1-16.
I. Ætas, familia, laus et matrimonium Joas. II *Paral. cap.* XXIV, *v.* 1-3.
II. Cura resarciendi templi
1°. Commissa a Joas sacerdotibus, sed ab his neglecta; 4, 7.
2°. Translata ad alios, feliciter cedit; 8-11.
3°. Facta in reparationem domus et vasorum dispensatio, et impensa pecuniæ. 11-14.

IV°. *Malus Joiada mortuo.*
I. Occasio mali :
1°. Mors et sepultura Joiadæ; 15, 16
2°. Adulatio et seductio procerum. 17.
II. Crimina commissa
1°. Per idololatriam restitutam; 18.
2°. Per obstinationem animi contra prophetas; 19.
3°. Per Zachariæ crimen exprobrantis mortem et lapidationem. 20-22.
III. Castigatio illata
1°. Ab Hazaele, ob vim Geth et minas Hierosolymæ injectas, regios sacrosque thesauros referente; *Reg. cap.* XII, *v.* 17, 18.
2°. Ab excursoribus Syris Hierosolymam expilantibus, et regem ignominiose tractantibus; *Paral. cap.* XXIV, *v.* 23, 24.
3°. A sicariis facinus contra Zachariam commissum occisione ulturis; a superstitibus Joas occiso sepulchrum regum non concedentibus. 25, 26.
* Annotatio summaria meritorum Joas, et politica de successore. 27.

## § II. REGUM ISRAELIS CUM JOAS ET AMASIA REGIBUS JUDA COÆVORUM HISTORIA.

I°. *Joachaz filius Jehu.*
I. Regni initium et duratio. *Reg. cap.* XIII, *v.* 1.
II. Crimen, vitulorum cultus. 2.
III. Pœna, incursio Syrorum. 3.
IV. Moderatio pœnæ ad preces regis. 4, 5.
V. Repetitio pœnæ gravior, ad repetitum crimen. 6, 7.

VI. Reliqua historia et mors alibi videnda. 8, 9.

II°. *Joas nepos Jehu.*

I. Facta communia:

1°. Regni initium et duratio; 10.

2°. Crimen, vitulorum cultus; 11.

3°. Historiæ et mortis narratio alibi exposita, et sepultura. 12, 13; *ibid. cap.* XIV, *v.* 15, 16.

II. Facta singularia:

1°. Oraculum victoriæ contra Syros:

1. Joas Elisæum ægrotantem consulit; *Reg. cap.* XIII, *v.* 14.

2. Ab eodem instruitur signo et facto symbolico de victoria reportanda; 15-17.

3. Itidem de victoriarum numero edocetur. 18, 19.

2°. Confirmatio oraculi, per miraculum resuscitati mortui ex contactu ossium Elisæi, proxime post oraculum defuncti. 20, 21.

3°. Eventus oraculi:

1. Oppressio Israelitarum a Syris, dum Joachaz Israelita et Hazael Syrus viverent; 22-24.

2. Victoriæ tres Joas israelitæ contra Benadad successorem Syrum, et recuperatio urbium amissarum. 25.

III°. *Amasiæ regis Judæ historia.*

I. Regni aditus et duratio, ætas et mater. *Reg. cap.* XIV, *v.* 1, 2. *Paral. cap.* XXV, *v.* 1.

II. Religio aliquantum diminuta. *Reg.* 3, 4. *Paral.* 2.

III. Justitia vindicativa legitima. *Reg.* 5, 6. *Paral.* 3, 4.

IV. Collectio exercitus ex milite proprio et conductitio. *Paral.* 5, 6.

V. Dimissio conductitiorum ad prophetæ monitum. *Paral.* 7-10.

VI. Victoria de Idumæis, grassatio militum dimissorum. 11-13.

VII. Idololatria admissa reprehensa a propheta, rege reprehensionem rejiciente. 14-16.

IV°. *Ejusdem controversia cum Joas rege Israelita.* Reg. *cap.* XIV, *v.* 8-14.

I. Amasias Joam provocat ad bellum, sed responsum insolentiam corrigens refert. *Paral. cap.* XXV, *v.* 17-19.

II. Non acquiescens ab occurrente Joas vincitur. 20-22.

III. Victus capitur, et Hierosolymæ tum denudatione, eversis muris, tum expilatione mulctatur. 23, 24.

IV. Victori licet suo superstes, vixit inglorius, ac tandem conjuratione suorum occisus in Lachis, sepultus est Hierosolymæ. 25-28. *Reg. cap.* XIV, *v.* 17-20.

§ III. REGUM JUDÆ DUORUM ET ISRAELIS SEX COÆVORUM DIVERSA FATA.

I°. *Ozias seu Azarias rex Juda.*

I. Regni initium, duratio, et prima acquisitio. *Reg. cap.* XIV, *v.* 21, 22; *cap.* XV, *v.* 1. *Paral. cap.* XXVI, *v.* 1-3.

II. Administratio regni bona,

1°. Per studium recti; *Reg.* 2. *Paral.* 4, 5.

2°. Per victoriam de Philistæis, Arabibus et Ammonitis relatam; 6-8.

3°. Per potentiam militarem,

1. Ex munimentis protensis et commeatu parato; 9, 10.
2. Ex collecto et instructo exercitu; 11-13.
3. Ex prompto armorum et machinarum apparatu. 14, 15.

III. Arrogatio sacrorum mala,

1°. Tentata per invasionem in ministerium sacerdotale, sed impedita; 16-18.

2°. Castigata per lepram contumaci divinitus immissam; *Reg.* 5. *Paral.* 19.

3°. Vindicata amplius per exclusionem a templo, regiæ potestatis exercitio, hominum consortio, et regum sepulcro. *Reg.* 5-7. *Paral.* 20-23.

II°. *Joatham rex Juda.*

I. Regni initium et duratio, ætas ac mater. *Reg. cap.* XV, *v.* 32-35. *Paral. cap.* XXVII, *v.* 1.

II. Pietas laudata

1°. Generatim; 2.

2°. Speciatim ex cura templi. 3.

III. Administratio regni

1°. Ex munitionibus excitatis provida; 4.

2°. Ex victoria de Ammonitis relata felix; 5.

3°. Ex incremento virium celebris; 6.

4°. Ex Syrorum et Israelitarum in Judam excursione synchrona, per prolepsin notata. *Reg.* 37.

IV. Remissio historiæ et repetitio. *Reg.* 36. *Paral.* 7, 8.

V. Mors et sepultura Joatham, successio Achaz. *Reg.* 38. *Paral.* 9.

III°. *Reges Israelis prioribus coævi.*

I. Jeroboam secundus:

1°. Occupatio regni et duratio; IV *Reg. cap.* XIV, *v.* 23.

2°. Mores, cultus vitulorum; 24.

3°. Recuperatio amissorum, Deo miserante, Jona propheta prædicante; 25-27.

4°. Reliqua ejus facta gloriosa, et mors notata alibi. 28, 29.

II. Zacharias:

1°. Occupatio regni et duratio; *Reg. cap.* xv, *v.* 8.
2°. Mores, vitulolatria; 9.
3°. Mors per conjurationem, et reliqua annotatio; 10, 11.
4°. Adjectio de stirpe Jehu destructa secundum prophetiam. 12.

III. Sellum a Manahem post unicum regni suscepti mensem occisus. 13-15.

IV. Manahem:
1°. Occupatio regni violenta et duratio; 16, 17.
2°. Mores idololatrici; 18.
3°. Conductio regis Assyriorum, cum gravissima subditorum exactione. 19, 20.
4°. Memoria reliqua, mors et successor. 21, 22.

V. Phaceia: ejusdem regnum, mores, et mors, similis cum prioribus, per conjurationem illata, cum notatione memoriæ. 23-25.

VI. Phacee:
1°. Regni occupatio et duratio; 27.
2°. Idololatria; 28.
3°. Regis Assyriæ expeditio in Israelem, partem regni eripiens, et populi partem in captivitatem abripiens; 29.
4°. Mors per conspirationem illata ab Osee successore, cum historiæ indicatione. 30, 31.

§ IV. REGNI JUDÆ PERICULUM, ISRAELIS INTERITUS.

I°. *Achaz rex Judæ*. Hujus notatur

I. Regni initium, ætas, et duratio. *Reg. cap.* xvi, *v.* 1, 2. II *Paral. cap.* xxviii, *v.* 1.

II. Impietas multiplicata cultu vitulorum, Baal, Moloch, et excelsorum. *Reg.* 3, 4. *Paral.* 2-4.

III. Castigatio et pœna
1°. Prima, obsidio Hierosolymæ suscepta a Syris cum Israele conjunctis, quamvis tandem soluta; *Reg.* 5.
2°. Altera, deprædatio a Syris circumlata; *Paral.* 5.
3°. Tertia, strages illata ab Israelitis, et captivitas Judæorum. *Paral.* 6-8.
* Mitigatio hujus plagæ, ad prophetæ monitum data captivis libertate. *Paral.* 9-15.
4°. Quarta, clades ab Idumæis et Philistæis accepta, et urbium direptio; *Reg.* 6. *Paral.* 17-19.
5°. Quinta, dissipatio donorum evocato Assyriæ regi incassum datorum, et vastitas ab ipso hoc adjutore illata. *Reg.* 7-9. *Paral.* 16, 20, 21.

IV. Impietas sub pœnis aucta,
1°. Per idololatriam Diis Damasci præstitam; *Paral* 22, 23.

2°. Per altare profanum, ex regis mandato ab Uria Hierosolymæ erectum; *Reg.* 10, 11.

3°. Per sacrificium in eodem a rege peractum, et dein ab omnibus peragi jussum; 12, 13, 15, 16.

4°. Per remotionem altaris ænei, et aliorum instrumentorum sacrorum; 14, 17, 18.

5°. Per omnimodam occlusionem templi, et altaria per regnum varia ubique erecta idolis. *Paral.* 24, 25.

V. Reliqua alio remissa; mors et sepultura extra sepulcra Israelitarum. *Reg.* 19, 20. *Paral.* 26, 27.

II°. *Regni Israelitici interitus.*

I. Antecedentia:

1°. Notatio temporis; *Reg. cap.* XVII, *v.* 1.

2°. Ansa respectu Dei, perversitas Oseæ regis Israelitarum; 2, 3.

3°. Ansa respectu hominum, rebellio Oseæ contra regem Assyriæ. 4.

II. Concomitantia:

1°. Oppugnatio et expugnatio Samariæ, ac translatio Israelitarum in Mediam. 5, 6.

2°. Causæ hujus excidii,

1. Mores et cultus alieni; 7-9.
2. Idololatriæ variæ species; 10-12.
3. Contemptus prophetarum; 13, 14.
4. Transitus a Deo vero ad falsa numina. 15-17.

3°. Applicatio causarum pro justificanda vindicta. 18-23.

III. Consequentia:

1°. Novorum Samariæ colonorum

1. Introductio facta ex Assyria; 24.
2. Infestatio tolerata a leonibus; 25.
3. Medium contra hanc quæsitum et datum. 26, 27.

2°. Eorumdem religio

1. Instituta a sacerdote in veri Dei cultu; 28.
2. Imbuta ab advenis patria idololatria; 29-31.
3. Commixta sacris falsisque ritibus. 32, 33.

3°. Religionis hujus nævi

1. Ex neglectu legis Mosaicæ; 34.
2. Ex dato idolis cum Deo vero simili cultu; 35, 36.
3. Ex cæremoniarum et pacti abolitione. 37-39.

4°. Depravati hujus cultus continuatio, et transmissio ad posteros. 40, 41.

## SECTIO V.

### RELIQUA REGUM JUDÆ USQUE AD EXCIDIUM HUJUS ETIAM REGNI.

#### § I. EZECHIÆ REGIS JUDÆ VIRTUTES ET FATA.

I°. *Compendiaria notitia præmissa*

I. De regni suscepti ætate, duratione, et familia. *Reg. cap.* XVIII, *v.* 1, 2. II *Paral. cap.* XXIX, *v.* 1.

II. De studio pietatis regiæ. *Reg.* 3-6. *Paral.* 2.

III. De benedictione pietati respondente. *Reg.* 7, 8.

II°. *Studium pietatis amplius expositum :*

I. Circa templum, cujus

1°. Instauratio ab Ezechia oratione gravissima imperatur; *Paral.* 3-11.

2°. Expiatio a sacerdotibus et levitis perficitur; 12-19.

3°. Dedicatio nova solemnibus sacrificiis et psalmodiis celebratur; 20-29.

4°. Solemnitas sanctificationibus et oblationibus completur. 30-36.

II. Circa phase, cujus celebratio

1°. In mensem secundum indicitur; *ibid. cap.* XXX, *v.* 1-4

2°. Litteris et legatis in Juda et Israele commendatur; 5-10.

3°. A Judæis ac Israelitis frequentatur; 11-13.

4°. Expurgata Hierosolyma, facientibus sacra officia sacerdotibus ac levitis, rege deprecante, a populo licet nondum purificato obitur; 14-20.

5°. In alios septem dies protrahitur; 21-24.

6°. Festive concluditur; 25-27.

7°. Idolis confractis per universam terram sancte coronatur. *Ibid. cap.* XXXI, *v.* 1.

III. Circa ministros sacros, quibus

1°. Officia singulis propria distribuuntur; 2.

2°. De victimis a rege, et de proventibus a populo providetur; 3-8.

3°. Horrea pro residuis donis asservandis decernuntur; 9-12.

4°. Administratores horum proventuum pro legitima eorumdem distributione constituuntur. 13-19.

* Laus et meritum tantæ pietatis adjectum. 20, 21.

III°. *Fiducia in Deum in periculo regni.*

I. Expositio periculi : *Reg. cap.* XVIII.

1°. Narratio regni Israelitici excisi repetita; 9-12.

2°. Invasio Sennacherib in Judæam; 13.

3°. Studium Ezechiæ pro mitigando hoste, oblata clientela, et soluto tributo gravissimo; 14-16.

4°. Consilium hostile contra Hierosolymam. *Paral. cap.* XXXII, *v.* 1, 2.

5°. Apparatus defensionis susceptæ ab Ezechia, et persuasæ populo. 3-8.

II. Incrementum periculi, per sollicitationem hostilem (1):

1°. Oratio Rabsacis ad legatos Ezechiæ, suasoria ad urbem dedendam, *Reg.* 17, 18, ejusque
1. Exordium exprobratorium ; 19.
2. Propositio irrisoria fiduciæ ab Ezechia assumptæ; 20.
3. Confirmatio opem humanam refutans, divinam exagitans, objiciens debilitatem virium, et fingens datum sibi Dei mandatum; 21-25.

2°. Legatorum monitio, cavens audiri has blasphemias a populo; 26, 27.

3°. Rabsacis oratio altera, ad populum conversa, cujus
1. Exordium attentionem postulat; 28.
2. Propositio dissuadet obedientiam Ezechiæ, et fiduciam Deo exhibendam; 29, 30.
3. Confirmatio promittit commoda obedituris, objicit impossibilitatem resistendi reluctaturis. 31-35.

4°. Silentium populi, relatio legatorum ad regem; 36, 37.

5°. Consultatio Ezechiæ cum Isaia per legatos, qui solatium referunt; *cap.* XIX, *v.* 1-7.

6°. Litteræ a Sennacherib pro urgenda deditione ad Ezechiam missæ, ejusdem cum orationibus argumenti; 8-13.

7°. Conversio Ezechiæ et deprecatio ad Deum; 14-19.

8°. Oraculum Dei per Isaiam redditum, continens
1. Sermonem Sennacherib reddendum; 20-28.
2. Promissionem melioris sortis, ad Ezechiam pertinentis. 29-34.

III. Depulsio periculi (2),

1°. Strage per Angelum ingenti hostibus illata; 35.

2°. Solutione obsidionis, et hostium in patriam recessu secutis; 36.

3°. Sennacherib internecione per proprios ejus filios facta. 37.

IV°. *Eadem iterata in periculo vitæ* (3).

I. Morbus Ezechiæ lethalis. *Cap.* XX, *v.* 1.

II. Deprecatio ad Deum cum fiducia. 2, 3.

III. Promissio sanitatis cum vitæ prorogatione. 4-6.

IV. Sanatio miraculosa morbi. 7.

V. Promissionis confirmatio per signi postulati oblatam optionem et præstationem. 8-11.

V°. *Humiliatio pœnalis* (4).

I. Occasio illi data per vanitatem regis, ostentantis suas divitias legatis Chaldæis. 12, 13.

(1) II *Paral.* XXXII. 9-20.
(2) *Ibid.* 21-23.
(3) *Ibid.* 24.
(4) *Ibid.* 25. 26. 31.

II. Impulsus ad illam factus per reprehensionem facti, et denuntiationem pœnæ. 14-18.

III. Exercitium ejusdem per submissionem animi ad pœnas parati. 19.

VI°. *Narratio compendiaria* factornm aliorum, mortis et sepulturæ. 20, 21. *Paral.* xxxii, 27-30, 32, 33.

§ II. TRIAS REGUM SEQUENTIUM MORIBUS ET EVENTIS DIVERSA.

I°. *Manasses :*

I. Rex Judæ annos duodecim natus, annis quinquaginta quinque regnans. II. *Paral. cap.* xxxiii, *v.* 1. *Reg. cap.* xxi, *v.* 1.

II. Impius,

1°. Idolorum cultu revocato; *Paral.* et *Reg.* 2, 3.

2°. Idololatria in templum et templi atria introducta; *ibid.* 4, 5, 7.

3°. Exercitiis superstitiosis adornatis. *Ibid.* 6.

4°. Perversione populi ad idololatriam revocati. *Ibid.* 9.

III. Sceleratus,

1°. Neglectu antiquæ promissionis; *ibid.* 7, 8.

2°. Contumacia contra Prophetarum exprobrationes et minas; *Paral.* 10. *Reg.* 10-15.

3°. Tyrannide. 16.

IV. Punitus cæde suorum, et captivitate propria. *Paral.* 11.

V. Mutatus in melius, et redditus

1°. Sibi, per resipiscentiam; 12.

2°. Regno, per recuperationem imperii et reparationem Hierosolymæ; 13, 14.

3°. Deo, per abrogationem idololatriæ et restitutionem veræ religionis. 15-17.

VI. Memorabilis ex factis tam malis quam bonis, denique mortuus. *Paral.* 18-20. *Reg.* 17, 18.

II°. *Amon :*

I. Rex, annos viginti duos natus, duobus regnans. *Reg.* 19, *Paral.* 21.

II. Malus ad patris exemplum, imo pejor. *Reg.* 20-23. *Paral.* 22, 23.

III. Occisus a conjuratis non absque occidentium vindicta et sepultus. *Reg.* 23-26. *Paral.* 24, 25.

III° *Josias :*

I. Ejusdem ætas, regnum, mater, elogium, et cœptum jam, anno regni octavo, ætatis decimo sexto, pro pietate

studium. *Reg. cap.* XXII, *v.* 1, 2. *Paral. cap.* XXXIV, *v.* 1-3.

II. Specimen pietatis multiplex :

PRIMUM, anno regni duodecimo, ætatis vigesimo editum, abolitio idololatriæ (1); removens

1°. Ex templo
  1. Vasa Baalitica; *Reg. cap.* XXIII, *v.* 4.
  2. Aruspices et sacrificulos idololatras; 5.
  3. Lucum profanum; 6.
  4. Officinas lasciviæ. 7.

2°. Ex urbe et regno
  1. Sacerdotes excelsorum cum aris; 8, 9.
  2. Locum Topheth; 10.
  3. Equos et currus soli dicatos; 11.
  4. Altaria et excelsa famosa. 12-14.

3°. Ex vicinia
  1. Altare in Bethel; 15.
  2. Ossa pseudoprophetarum, exceptis ossibus duorum prophetarum Jeroboamo coævorum, idque secundum vaticinium antiquum; 16-18.
  3. Excelsa Samaritanorum, cum eorum sacerdotibus. 19, 20.

SECUNDUM, anno regni decimo octavo, ætatis vigesimo sexto præstitum, cura pro reparando templo; ad quod pecunia a rege

1°. Indicitur per Saphan; *cap.* XXII, *v.* 3 (2).

2°. Colligitur per Helciam; 4.

3°. Distribuitur operariis pro fabrica. 5-7.

TERTIUM, studium legis.

1°. Inventus ab Helcia liber legis traditur regi, et legitur; 8-10. *Paral. cap.* XXXIV, *v.* 14-18.

2°. Rex ea lectione turbatur, et consultat de lege non observata; *Reg.* 11-13. *Paral.* 19 21.

3°. Prophetissa consulta reddit responsum
  1. Populo quidem, tanquam legis violatori, terrificum: *Reg.* 14-17. *Paral.* 22-25.
  2. Regi autem, tanquam legis observatori, consolatorium. *Reg.* 18-20. *Paral.* 26-28.

QUARTUM, fœderis cum Deo renovatio; quam

1°. Præcedit convocatio populi, et regia legis lectio; *Reg. cap.* XXIII, *v.* 1, 2. *Paral.* 29, 30.

2°. Excipit confœderatio, *Reg.* 3. *Paral.* 31.

3°. Sequitur stipulationis executio. *Paral.* 32, 33.

QUINTUM, solemnitas paschalis.

(1) II *Paral.* XXXIV, 3-7.
(2) *Ibid.* 8-13.

1°. Apparatus et mandatum regis; *Reg. cap.* XXIII, *v.* 21-23. *Paral. cap.* XXXV, *v.* 1-6.

2°. Victimarum a rege et ducibus, ac ministeriorum a sacerdotibus et levitis præparatio; 7-10.

3°. Celebratio festiva peracta,

1. Congrua victimarum mactatione, divisione et coctione; 11-13.
2. Conviviorum institutione; 14.
3. Musicorum concentu; 15.
4. Accurata cæremoniarum ac temporis observatione. 16-19.

III. Sinistra sub finem fata:

1°. Ruina Judææ, ob antecessorum scelus a Deo decreta, nec per Josiæ pietatem mutabilis; *Reg.* 24-27.

2°. Josiæ oppositio contra regis Ægyptii aggressionem; *Paral.* 20.

3°. Pacis ab hoc oblatæ repulsa; 21, 22.

4°. Vulnus in pugna lethale acceptum, recessus, mors, sepultura; 23, 24.

5°. Luctus populi et Jeremiæ; 25.

* Remissio lectoris ad commentaria. 26, 27. *Reg.* 28, 29.

§ III. EXTREMA REGNI JUDÆ SUB QUATUOR REGIBUS, CUM EVENTIS POSTERIORIBUS.

I°. *Joachaz*:

I. Electus a populo rex, annis ætatis ac regni, et matre notatis. *Reg. cap.* XXIII, *v.* 30, 31 (1).

II. Impius, 32.

III. Depositus et in captivitatem ductus, regno sub tributum Ægyptiorum misso. 33.

II°. *Joakim, antea Eliakim dictus*: 34. Paral. *cap.* XXXVI, *v.* 4.

I. Rex substitutus, expresso a subditis tributo et Ægyptiis reddito. *Reg.* 35.

II. Notatus ab ætatis et regni annis, matris nomine ac gente, morum perversitate. 36, 37. *Paral.* 5.

III. Missus sub tributum a Nabuchodonosore rege Babylonis. *Reg. cap.* XXIV, *v.* 1.

IV. Rebellis post triennium, gravissime afflictus, hostibus quatuor terram vastantibus, Deo antiqua Judæ scelera ulciscente. 1-4.

V. Captivus demum abductus Babylonem, cum vasis templi direptis. *Paral.* 6, 7.

VI. Mortuus, memoria ejus alibi notata. *Paral.* 8. *Reg.* 5.

(1) II *Paral.* XXXVI, 1-3.

III°. *Joachimus seu Jechonias :*

I. Regni initia coæva imperio Babylonis prævalenti Ægyptiis. *Reg.* 6, 7.

II. Regis ætas, epocha, mater, et perversitas. 8, 9 (1).

III. Pœna ultrix,

1°. Obsidio Hierosolymæ a Nabuchodonosore; 10, 11.

2°. Captivitas Jechoniæ; 12.

3°. Direptio thesauri sacri et regii; 13.

4°. Abductio regis cum civibus et aulicis. 14-16.

IV°. *Matthanias,* qui et *Sedecias :*

I. Surrogatio hujus, regnique initia ac duratio, addita matris notione. *Reg.* 17, 18. *Paral. cap.* XXXVI, *v.* 10, 11.

II. Impietas ejusdem in Deum, et rebellio contra Nabuchodonosorem. *Reg.* 19, 20. *Paral.* 12, 13.

III. Peccata populi peccatis regis adjuncta, et contemptu prophetarum aucta. *Paral.* 14-16.

IV. Punitio, exposita universim; *Paral.* 17-20. recensita singulatim : *Reg. cap.* XXV.

1°. Obsidio Hierosolymæ et fames gravissima; 1-3.

2°. Fuga regis, sed intercepti; 4-6.

3°. Captivitas ejusdem, et filiis oculisque privati abductio; 7.

4°. Devastatio templi, ædium, murorum; 8-10.

5°. Translatio nobilium, retentio pauperum; 11, 12.

6°. Deprædatio vasorum sacrorum; 13-17.

7°. Pœna capitalis sacerdotibus et ducibus irrogata. 18-21.

V°. *Eventus regni excidium subsequentes :*

I. Reliquiæ populi in Judæa dispersi

1°. Godoliæ ibidem præfecto bona spondenti junguntur, promisso obsequio; 22-24.

2°. Ex iisdem aliqui præfectum cum pluribus illi conjunctis occidunt; 25.

3°. Omnes metu pœnæ in Ægyptum aufugiunt. 26.

II. Joachim in Babylone captivus,

1°. Anno captivitatis trigesimo septimo, ab Evilmerodach levatur e carcere; 27.

2°. Donatur honore regio; 28.

3°. Magnifice ac laute habetur. 29, 30.

III. Captivitatis Babylonicæ

1°. Duratio septuaginta annorum divinitus constituta; *Paral.cap.* XXXVI, *v.* 21.

2°. Solutio secuta,

1. Auctore Cyro Persarum rege, 22.
2. Libertatem redeundi in patriam Judæis per decretum concedente. 23.

(1) II *Paral.* XXXVI. 9. 10.

# LIBER PRIMUS ESDRÆ.

POPULUS A DEO ELECTUS, SOLUTA CAPTIVITATE BABYLONICA, IN PATRIAM ET AD SACRA REDUX.

---

## SECTIO I.

### COLONIA REDUCUM PRIMA VARIUM SUCCESSUM EXPERTA.

§ I. REDITUS IN JUDÆAM, CUM CYRI FACULTATE, FAVENTIUM STUDIO, ET MAGNO PROFICISCENTIUM NUMERO, FELICITER SUSCEPTUS.

I°. *Facultas a Cyro data*

I. Notatur a circumstantiis causæ ac temporis. *Cap.* I, *v.* 1.

II. Exponitur per edictum regium. 2-4.

II°. *Profectio suscepta universim, indicatis peregrinantium præcipuis, et peregrinationis scopo.* 5.

III°. *Studia faventium*

I. Civium, datis subsidiis et oblationibus. 6.

II. Regis, redditis templi vasis; 7, 8. quæ

1°. Enumerantur singula; 9, 10.

2°. Colliguntur universa. 11.

IV°. *Catalogus proficiscentium. Cap.* II, *v.* 1. Et quidem

I. Ducum, 2.

II. Judæorum et Benjamitarum, recensitorum

1°. Secundum familias; 3-21.

2°. Secundum urbes patrias antiquitus habitatas. 22-35.

III. Sacerdotum et levitarum, secundum officia distincta. 36-42.

IV. Servorum tam sacrorum quam profanorum. 43-58.

V. Familiarum confusarum. 59-63.

VI. Summa hominum cum jumentis. 64-67.

V°. *Appulsorum in Judæa*

I. Liberalis oblatio ad templi fabricam. 68, 69.

II. Distributa in urbes habitatio. 70.

§ II. INITIA REDUCUM PIA, SED A SAMARITANIS IMPEDITA.

I°. *Initia pia a reducibus facta*,

I. In celebratione festi tabernaculorum. Ad quod notatur

1°. Conventus Judæorum in Jerusalem celebratus; *cap.* III, *v.* 1.

2°. Altare sacrificiorum erectum; 2, 3.

3°. Sacrificia in eo peracta solemnia pro festivitatibus, juge pro diebus singulis. 4-6.

II. In fundatione templi. Hujus describitur

1°. Apparatus, quoad materiam et artifices; 7.

2°. Initium factum, et facti tempus; 8, 9.

3°. Fundamentorum positorum varia exceptio,

1. Aliis jubilantibus; 10, 11.

2. Aliis illacrymantibus. 12, 13.

II°. *Impedimentum pii operis* a Samaritanis

I. Tentatum,

1°. Per societatem laboris sacri subdole petitam, sed prudenter rejectam; *cap.* IV, *v.* 1-3.

2°. Per turbationem ædificationi injectam; 4.

3°. Per corruptionem consiliariorum regiorum; 5.

4°. Per querelam contra Judæos ædificatores ad regem delatam. 6-8.

5°. Hujus libelli refertur

1. Superscriptio, 9, 10.

2. Inscriptio, 11.

3. Narratio facti, 12.

4. Expositio rationum pro inhibenda templi ædificatione. 13-16.

II. Obtentum et positum,

1°. Per regis interdictum; cujus exhibetur

1. Inscriptio epistolaris; 17.

2. Narratio tum libelli, tum factæ perquisitionis et obtentæ relationis; 18-20.

3. Responsoria sententia, ædificationem interdicens, et interdictum observari imperans. 21, 22.

2°. Per interdicti executionem; 23.

3°. Per omissi ad hoc operis moram longiorem. 24.

§ III. ÆDIFICATIO TEMPLI RESUMPTA, ADVERSARIIS NON JAM OBSTANTIBUS CONTINUATA, REGIO BENEFICIO CONSUMMATA, ET SOLEMNI FESTIVITATE CORONATA.

I°. *Ædificatio templi resumpta*,

I. Excitantibus ad opus Dei prophetis. *Cap.* V, *v.* 1.

II. Principibus sacris et politicis præeuntibus. 2.

II°. *In quæstionem adducta a ministris*,

I. Rationem moliminis exigentibus; 3.

II. Responsum æquanimiter accipientibus; 4.
III. Nihil innovantibus. 5.

III°. *Regis judicio proposita per epistolam ministrorum*; 6. hujus exhibetur
I. Inscriptio; 7.
II. Narratio expositoria :
1°. Quid moliantur Judæi; 8.
2°. Quid fecerint ipsi; 9, 10.
3°. Quid responderint illi pro jure suo tam antiquo, quam novo. 11-16.
III. Relatio causæ ad regis arbitrium. 17.

IV°. *A rege examinata* : qui
I. Inquirit in causæ documentum; *cap.* VI, *v.* 1.
II. Reperit inquisitum; 2.
III. Examinat repertum. 3-5.

V°. *Rescripto regis favente confirmata* : eo fuit
I. Interdictum ne quis Judæos ab opere prohibeat. 6, 7.
II. Mandatum de subministrandis necessariis ad templi structuram et sacrificia. 8-10.
III. Sanctio pœnalis adjecta contra adversantes. 11, 12.

VI°. *Prospere ad finem perducta* :
I. Facta rescripti regii executione. 13.
II. Data operis circumstantiis vestiti consummatione. 14, 15.
III. Addita inauguratione ac dedicatione. 16, 17.
IV. Peracta sacerdotum in suas functiones introductione. 18.
V. Secuta solemniore paschatis celebratione. 19-22.

## SECTIO II.

### COLONIA ALTERA FACILIUS SCOPUM CONSECUTA.

#### § I. ACCESSIO JUDÆORUM IN PATRIAM REVERSORUM, DUCE ESDRA DEDUCTA.

I°. *Nova Judæorum in patriam profectio*; cujus
I. Dux Esdras, notatus
1°. A genealogia ex Aarone; *cap.* VII, *v.* 1-5.
2°. A doctrina sacra et favore apud regem. 6.
II. Comites et commigrantes universim distincti. 7.
III. Appulsus, cum tempore post discessum in iter insumpto consignatus. 8, 9.
IV. Scopus, qui erat populi in lege institutio, nominatus. 10.

II°. *Regium de ea decretum Esdræ inscriptum* : 11, 12. in eo

I. Esdræ confertur

1°. Facultas deducendi comites; 13.

2°. Auctoritas visitandi Judæam et Jerusalem ; 14.

3°. Negotium transferendi pecuniam, oblationes et vasa, illuc a quocumque destinata. 15-19.

4°. Potestas ordinandi rempublicam. 25, 26.

II. Præfectis regiis datur

1°. Mandatum ex regio ærario subministrandi

1. Universim omnia necessaria; 20, 21, 23.

2. Specialim pecuniam, vinum, oleum et sal; 22

2°. Prohibitio ne a sacris ministris exigatur quidpiam ; 24.

3°. Vindicta et pœna de violatoribus hujus edicti sumenda. 26.

* Gratiarum actio Esdræ Deo facta, pro hujus decreti beneficio. 27, 28.

III°. *Catalogus comitum cum Esdra profectorum.* Cap. VIII, v. 1-14.

IV°. *Profectionis institutæ ratio* : qua notatur

I. Locus, conventus et lustratio profectorum. 15.

II. Levitarum ulterior curata adunatio. 16-20.

III. Jejunium cum precibus conjunctum, pro defensione obtinenda, itineri præmissum. 21-23.

IV. Delectus custodum et commendatio thesaurorum custodibus creditorum. 24-30.

V. Iter ipsum, et appulsus in Jerusalem. 31, 32.

V°. *Facta post appulsum*

I. Traditio concrediti thesauri integra. 33, 34.

II. Oblatio sacrificiorum gratiarum actoria. 35.

III. Communicatio edicti regii cum præfectis. 36.

§ II. REFORMATIO POPULI, RATIONE CONNUBIORUM ILLEGITIMORUM, AB ESDRA SUSCEPTA ET CONFECTA.

I°. *Reatus reformandus.*

I. Notitia reatus

1°. Delata per principes ; *cap.* IX, *v.* 1.

2°. Exposita per factum. 2.

II. Dolor de reatu

1°. Manifestatus ab Esdra, scissione vestium ; 3.

2°. Communicatus cum omnibus timoratis ; 4.

3°. Declaratus humili deprecatione. 5.

III. Oratio reatus confessoria, in qua Esdras, populi nomine, peccatorum

1°. Multitudinem amplificat, ex diversis temporibus et pœnis ; 6, 7.
2°. Malitiam exaggerat, ex indulta remissione; 8, 9.
3°. Gravitatem ostendit auctam ex contemptu mandati et moniti divini. 10-12.

IV. Clausula orationis deprecatoria,
1°. Laudando beneficium liberationis præsens ; 13.
2°. Implorando misericordiam ulteriorem ; 14.
3°. Confitendo indignitatem propriam. 15.

II°. *Reformatio.*

I. Dispositio ad reformationem :
1°. Ex parte populi,
1. Ad Esdræ orationem commoti ; *cap.* x, *v.* 1.
2. De reatu pœnitentis; 2.
3. Reformationem optantis; 3.
4. Se Esdræ penitus permittentis. 4.
2°. Ex parte Esdræ,
1. Ecclesiasticos et populum jurejurando ad propositi executionem obstringentis ; 5.
2. In luctu de reatu perseverantis; 6.
3. Congregationem populi sub pœna indici jubentis. 7, 8.

II. Pertractatio de reformatione :
1°. Comitia populi ad modum reformationis audiendum parati ; 9.
2°. Sententia Esdræ dimissionem uxorum alienigenarum proponentis ; 10, 11.
3°. Assensus populi hanc sententiam approbantis et acceptantis. 12.

III. Executio reformationis :
1°. Separatio uxorum alienigenarum pro certo tempore et loco constituta, ac quibusdam judicibus et adjutoribus commissa ; 13, 14.
2°. Eadem a designatis viris suscepta ; 15.
3°. Itidem facta, et recensita secundum familias 16, 17.
1. Ecclesiasticas
α. Sacerdotum, 18-22.
β. Levitarum, 23.
γ. Cantorum; 24.
2. Laicas reliquarum tribuum. 25-44.

# LIBER SECUNDUS ESDRÆ.

## RES POPULI A DEO ELECTI POST REDITUM IN PATRIAM QUOAD POLITICA ET SACRA AMPLIUS RESTAURATÆ.

---

## SECTIO I.

### URBIS HIEROSOLYMÆ RESTAURATIO.

#### § I. INITIA OPERIS.

I°. *Occasio ad restaurandam urbem data*, seu nuntium de afflicta Judæorum et Hierosolymæ conditione,
- I. Expositum ab Hanani in mense Casleu. *Cap.* I, *v.* 1-3.
- II. Exceptum a Nehemia vehementer hinc dolente. 4.
- III. Commendatum Deo ab eodem precibus, quibus
  - 1°. Implorat divinam benignitatem; 5.
  - 2°. Subjicit confessionem peccatorum; 6, 7.
  - 3°. Provocat ad promissiones olim datas; 8, 9.
  - 4°. Postulat auxilium. 10, 11.

II°. *Facultas illius restaurandæ*
- I. Petita : hujus petitionis
  - 1°. Opportunitatem præbuit luctus Nehemiæ a rege observatus; *cap.* II, *v.* 1, 2.
  - 2°. Veniam dedit quæstio regis, causam luctus edoceri postulantis; 3, 4.
  - 3°. Argumentum fecit postulata urbis restauratio. 5.
- II. Impetrata,
  - 1°. Sub certa reditus stipulatione; 6.
  - 2°. Cum regio mandato ad subsidium Nehemiæ profecturo præstandum; 7, 8.
- III. Executioni data,
  - 1°. Per profectionem susceptam et appulsum in Jerusalem; 9-11.
  - 2°. Per lustrationem murorum triduo post institutam; 12-15.
  - 3°. Per consilii prius dissimulati manifestationem opportunam; 16, 17.
  - 4°. Per inductionem Judæorum ad idem consilium; 18.
  - 5°. Per promptam Samaritanorum intercedere ausorum repulsam. 19-21.

III°. *Opus restaurationis cœptum* describitur, nominatis tum operariis, tum suscepti operis partibus, quarum aliæ a portis, aliæ a muris distinguuntur.

I. Respectu portarum, notatur mensura operis suscepti, cum valvis additis,

1°. A porta gregis; *cap.* III, *v.* 1, 2.
2°. A porta piscium; 3-5.
3°. A porta veteri; 6-12.
4°. A porta vallis; 13.
5°. A porta stercoris; 14.
6°. A porta fontis. 15.

II. Respectu murorum, notatur exstructio muri

1°. Meridionalis in monte Sion; 16-23.
2°. Orientalis in eodem; 24-27.
3°. Diffusi ad partes templi. 28-32.

§ II. IMPEDIMENTA OPERIS.

I°. *Impedimentum ab extraneis et vicinis*

I. Primum,

1°. Positum per irrisionem moliminis; *cap.* IV, *v.* 1-3
2°. Sublatum per Nehemiæ orationem, et populi industriam. 4-6.

II. Secundum,

1°. Positum per conspirationem
1. Conflatam ab hostibus; 7, 8.
2. Facilitatam ab operariis tædio fractis; 10.
3. Progressam ad insidias. 11.

2°. Sublatum
1. Per consilii hostilis manifestationem; 12.
2. Per oppositas preces Nehemiæ, collectionem armatorum, et excitationem pugnantium; 9-13, 14.
3. Per instructionem civium ad pugnam æque ac ad opus; 16-18.
4. Per dispositionem tum vigiliarum et stationum, tum agendorum; 19-23.
5. Per insidiarum cessationem, et operis resumptionem. 15.

II°. *Impedimentum a civibus*

I. Positum, concitatis querelis contra opulentos, ob paupertatem plures urgentem. *Cap.* V, *v.* 1.

1°. Ad vendendas proles; 2.
2°. Ad oppignoranda prædia; 3.
3°. Ad tributa solvenda ex mutuo; 4.
4°. Ad servitutem subeundam. 5.

II. Sublatum,

1°. Reprehensione divitum et optimatum; 6, 7. quos Nehemias peccati convincit, argumento desumpto

1. A majori ad minus; 8.
2. Ab iniquo et turpi; 9.
3. Ab exemplo proprio. 10.

2°. Adhortatione ad liberalem remissionem; 11.
3°. Persuasione ad sequendum monitum; 12, 13.

III. Præclusum in futurum a Nehemia,

1°. Facta remissione præstationis ducibus aliis antea solutæ; 14, 15.
2°. Impenso in opus labore, et abstinentia ab omni questu; 16.
3°. Præstita aliis alimonia; 17, 18.
4°. Oblata Deo factorum protestatione. 19.

III°. *Impedimentum ab utrisque conflatum*, post perfectos quidem muros, sed portas necdum clausas. *Cap.* VI, *v.* 1.

I. Ex parte extraneorum et vicinorum:

1°. Nehemias invitatur ad egressum ex urbe, et ineundum fœdus; sed recusat causatus ædificationis negotium; 2, 3.
2°. Eadem invitatio et recusatio repetitur aliquoties; 4.
3°. Proposito per litteras rumore rebellionis de Nehemia, invitatur is rursus ad consilium; sed refutato mendacio iterum venire detrectat. 5-9.

II. Ex parte civium:

1°. Pseudopropheta pretio emptus Nehemiam invitat ad intentatæ mortis fugam, et latebras in templo capiendas, sed non auditur ab illo; 10-13.
2°. Pseudoprophetæ alii terrere eumdem student, sed negliguntur; 14.
3°. Optimates, affinitatem et commercium litterarum cum Tobia proditorium foventes, partim laudibus in illum, partim minis ab illo relatis, turbare student, sed frustra. 17-19.

### § III. CONSUMMATIO OPERIS

I°. *Quoad fabricam:*

I. Muris spatio duorum et quinquaginta dierum confectis, et fama ad hostium terrorem undique sparsa. *Cap.* VI, *v.* 15, 16.

II. Valvis portarum appensis, et janitoribus appositis instructis. *Cap.* VII, *v.* 1-3.

II°. *Quoad incolatum:*

I. Civibus quidem ac ædibus amplitudini loci non respondentibus. 4.

II. Prioribus tamen in profectione prima huc delatis, et in libro census recens invento enumeratis. 5, 6.

III. Catalogo eodem, qui libro primo Esdræ capite secundo habetur, hic inserto. 7-69.

III°. *Quoad utriusque complementum:*

I. Collatis tum in opus, tum in thesaurum, per principes et vulgus, pluribus auri argentique donis. 70-72.

II. Capta a plerisque per reliquas civitates hæreditaria sua statione. 73.

## SECTIO II.

### CULTUS ANTIQUI REPARATIO.

#### § I. SOLEMNIOR FESTORUM CELEBRATIO.

I°. *Festum Tubarum*, celebrius

I. A lectione libri legis, quæ

1°. Postulatur a populo; *cap.* VIII, *v.* 1.

2°. Suscipitur ab Esdra; 2.

3°. Notatur a loco audientium, legentis, et circumstantium; 3-5.

4°. Inchoatur solemni formula; 6.

5°. Perficitur adjutorio et interpretatione sacerdotum ac levitarum. 7, 8.

II. A populi compunctione. 9.

III. A festivitatis lætitia, quam, monitus a Nehemia et levitis, populus assumit. 10-12.

II°. *Festum Tabernaculorum*, quod

I. Revocatur in memoriam per lectionem legis repetitam. 13, 14.

II. Indicitur celebrandum. 15, 16.

III. Celebratur magna cum solemnitate et lætitia. 17.

IV. Continuata legis auditione et adjecta collecta perficitur. 18.

#### § II. FŒDERIS CUM DEO RENOVATIO.

I°. *Apparatus ad eamdem*,

I. Publica pœnitentiæ contestatione,

1°. Per jejunium in sacco et cinere; *cap.* IX, *v.* 1.

2°. Per dimissionem alienigenarum; 2.

3°. Per repetitam a populo peccatorum confessionem. 3.

II. Solemni ad Deum levitarum oratione; 4, 5. qua

1°. Invitant se mutuo ad laudem Deo creatori et conservatori omnium dicendam; 5, 6.

2°. Enarrant beneficia præstita Abrahæ; 7, 8.

3°. Subjungunt merita collata populo Judaico

1. In Ægypto; 9-11.

2. In itinere per desertum; 12-15.

3. In concessione veniæ; 16-19.
4. In subministratione alimoniæ; 20, 21.
5. In deductione ad terram promissam; 22-25.

4°. Commemorant indultam, sub variis peccatis et afflictionibus, conservationem; 26-31.

5°. Contestantur divinam justitiam; 32-35.

6°. Deprecantur peccata. 36, 37.

II°. *Sanctio*

I. Enuntiata a principibus, sacerdotibus et levitis. 38.

II. Consignata ex ordine

1°. A Nehemia et sacerdotibus; *cap.* x, *v.* 1-8.

2°. A levitis; 9-13.

3°. A principibus familiarum; 14-27.

4°. Ab aliis tum proprio tum alieno nomine accedentibus. 28, 29.

III°. *Pacta fœderis renovati;* quibus omnes spondent

I. Matrimonii peregrini devitationem. 30.

II. Sabbati hebdomadarii et annui observationem. 31.

III. Solutionum sacrarum præstationem. 32, 33.

IV. Ignis sacri conservationem. 34.

V. Primitiarum adductionem. 35-37.

VI. Decimarum solutionem. 38.

VII. Pertinentium ad cultum Dei ac templum exhibitionem. 39.

## SECTIO III.

### COMPLEMENTA RESTAURATIONIS.

#### § I. IN POLITICIS.

I°. *Frequentia civium Hierosolymæ*,

I. Curata per sortem decimæ partis omnium Israelitarum. *Cap.* xi, *v.* 1.

II. Laudata in familiis sponte sua incolatum capientibus. 2.

III. Recensita secundum principes familiarum, 3.

1°. Ex tribu Juda; 4-6.

2°. Ex tribu Benjamin; 7-9.

3°. Ex tribu Levi,

1. De sacerdotibus; 10-14.
2. De levitis; 15-18.
3. De janitoribus, Nathinæis, et cantoribus. 19-24.

II°. *Distributio in urbes et oppida reliqui populi;* et quidem

I. Judæorum. 25-30.

II. Benjamitarum. 31-35.

III. Levitarum. 36.

§ II. IN SACRIS.

I°. *Catalogus virorum Ecclesiasticorum*,

I. Sub Josue summo pontifice,

1°. Sacerdotum; *cap.* XII, *v.* 1-7.

2°. Levitarum. 8, 9.

* Genealogia summorum pontificum. 10, 11.

II. Sub Joacim,

1°. Sacerdotum; 12-21.

2°. Levitarum. 24-26.

III. Sub Eliasib et Jonathan. 22, 23.

II°. *Dedicatio muri Hierosolymitani*; cujus

I. Apparatus exhibet ministrorum sacrorum

1°. Evocationem; 27.

2°. Congregationem; 28, 29.

3°. Mundationem cum lustratione aliorum. 30.

II. Celebratio continet populi et levitarum

1°. Distinctionem in duos choros; 31.

2°. Progressum primi chori ad occidentem muros ascendentis, et per latus septentrionale ad medium latus orientale progredientis; 32-36.

3°. Circuitum secundi chori ex opposito per meridionale latus ad medium orientale pervenientis; 37, 38.

4°. Concursum utriusque in templo, cantum item et oblationes. 39-42.

III. Clausula et appendix

1°. Constituit quæstores et œconomos; 43.

2°. Confirmat janitores et cantores; 44-45.

3°. Laudat redditum illis a populo stipendium et honorem. 46.

§ III. IN ETHICIS.

I°. *Communio cum alienigenis*,

I. Et quidem civitatis cum Ammonitis et Moabitis, tanquam specialiter prohibita, ex occasione auditæ legis discissa. *Cap.* XIII, *v.* 1-3.

II. Etiam bonorum, deposito Tobiæ in gazophylacium templi recepto,

1°. Absente Nehemia tentata; 4-6.

2°. Ab eodem reduce cognita; 7.

3°. Ejectione alienorum, et reductione sacrorum vasorum sublata. 8, 9.

II°. *Defraudatio stipendii Levitici*,

I. Cum diminutione ministerii sacri inducta. 10.

II. A Nehemia populo exprobrata. 11.

III. A populo correpto reparata. 12.
IV. Constitutis fidis præfectis, in futurum prohibita, cum voto ad Deum. 13, 14.

III°. *Violatio Sabbati*,
I. Servili opere et forensi negotiatione in Jerusalem invecta. 15, 16.
II. A Nehemia reprehensa. 17, 18.
III. Ab eodem correcta,
1°. Occlusis in sabbato portis et custodibus appositis; 19.
2°. Abactis per minas negotiatoribus extra portas persistentibus; 20, 21.
3°. Custodia levitis commissa. 22.

IV°. *Matrimonia cum alienigenis*
I. Suscepta, cum prolibus ad alienigenarum etiam loquelam assuetis. 23, 24.
II. A Nehemia, cum objurgatione et propositis malis sequelis, reprehensa. 25-27.
III. Ejecto etiam summi pontificis filio, et amotis ecclesiasticis hujus culpæ reis, castigata: 28-30.
IV. Novis pro ordine ecclesiastico curis emendata. 31.

# LIBRI DUO MACHABÆORUM.

HISTORIA POPULI A DEO ELECTI POST HIEROSOLYMAM RESTAURATAM ET TEMPLUM SECUNDUM ERECTUM.

---

PRÆFATIO

I°. *Argumentum scribendorum exhibet.* Lib. II, cap. II, v. 20-23.
II°. *Formam scribendi exponit et commendat.* 24–30.
III°. *Brevitatem tum scriptionis tum præfationis excusat.* 31-33.

## PARS I.

HISTORIA A TEMPORIBUS ALEXANDRI MAGNI USQUE AD BELLA MACHABÆORUM.

---

## SECTIO I.

STATUS JUDÆORUM VARIUS SUB ALEXANDRI MAGNI SUCCESSORIBUS.

§ I. EPITOME HISTORICA.

I°. *Alexandri magni*
   I. Victoriæ et dominatus. *Lib.* I, *cap.* I, *v.* 1–5.
   II. Morbus, dispositio extrema, et mors cum annorum regni annotatione. 6-8.
II°. *Successorum Alexandri*
   I. Aditus in suas cujuslibet provincias. 9.
   II. Regnum, posteritas et bella. 10.

§ II. STATUS JUDÆORUM COÆVUS SELEUCO.

I°. *Prius prosper*
   I. Ob pietatem populi. *Lib.* II, *cap.* III, *v.* 1.
   II. Ob honorem templo sancto etiam a regibus gentilibus habitum. 2.

III. Ob sumptus sacrorum a Seleuco subministratos. 3.

II°. *Postea perturbatus*,

I. Simone Benjamita turbas ciente, per injectam Apollonio, et ab hoc Seleuco spem occupandi thesauros templi. 4–7.

II. Heliodoro regis commissario

1°. De thesauris Hierosolymæ inquirente; 8, 9.

2°. Oniam veras et tenues depositi conditiones enarrantem non exaudiente; 10-13.

3°. Pecunias jam attrectare parante. 14.

III. Hierosolyma tota trepidante, nempe

1°. Sacerdotibus ante altare prostratis et Deum deprecantibus, 14, 15.

2°. Pontifice summum animi dolorem et metum, externis etiam mœstitiæ et horroris indiciis, prodente; 16, 17.

3°. Viris, fœminis et universo populo, per varios deprecationis, pœnitentiæ et sollicitudinis actus, gravissimam afflictionem probantibus. 18-22.

III°. *Subin compositus*,

I. Deo ausus Heliodori reprimente, 23–24.

1°. Per equitem armatum immissum, qui, impactis equi calcibus, Heliodorum prosternit; 25.

2°. Per duos juvenes succedentes prostratum flagellantes; 26.

3°. Per ejectionem Heliodori sensibus privati extra templum, et manifestationem divinæ tum potentiæ tum curæ pro templi sanctitate. 27-30.

II. Onia, ad deprecandum pro Heliodori salute

1°. Per hujus amicos rogato, 31.

2°. Ad declinandam malignitatis suspicionem, hostiam salutarem offerente; 32.

3°. Salutem eidem, duobus illis juvenibus rem contestantibus, obtinente; 33, 34.

III. Heliodoro, pro sua erga Deum et Oniam gratitudine,

1°. Beneficium sibi factum ubique divulgante; 35, 36.

2°. Regi repetitionem ausus dissuadente; 37, 38.

3°. Dei potentiam contra sacrilegos inculcante. 39, 40.

IV°. *Rursus inquietus*,

I. Simone eodem

1°. Calumnias contra Oniam spargente; *lib.* II, *cap.* IV, *v.* 1, 2.

2°. Per suos cædes patrante. 3.

II. Onia, pro avertendo periculo, 4.

Detersis calumniis, medelam malo per regiam auctoritatem captante. 5, 6.

## SECTIO II.

### STATUS JUDÆORUM PERVERSUS SUB PRIMORDIA ANTIOCHI EPIPHANIS.

#### § I. DEFECTIO JUDÆORUM AD SUPERSTITIONEM GENTILEM,

I°. *Occasionem præbente*

I. Perversa indole novi regis Antiochi illustris. *Lib.* I, *cap.* I, *v.* 11.

II. Ambitiosa aspiratione Jasonis ad pontificatum. *Lib.* II, *cap.* IV, *v.* 7, 8.

III. Insano multorum consilio ad procuranda temporalia. *Lib.* I, *cap.* I, *v.* 12, 13.

II°. *Initium faciente*

I. Jasone, per pecuniæ oblationem pro facultate gymnasii ethnici obtinenda. *Lib.* II, *cap.* IV, *v.* 9.

II. Factione Judæorum, per legationem ob eumdem finem ad regem missam. *Lib.* I, *cap.* I, *v.* 14.

III°. *Incrementum addente utroque*,

I. Per substitutas sacris ritibus et piis institutis profanas novitates. *Lib.* II, *cap.* IV, *v.* 10, 11.

II. Per erectionem gymnasiorum et usum lupanarium. *Lib.* I, *cap.* I, *v.* 15; *lib.* II, *cap.* IV, *v.* 12.

III. Per neglectam a popularibus circumcisionem, et a sacerdotibus sacrificationem. *Lib.* I, *cap* I, *v.* 16; *lib.* II, *cap.* IV, *v.* 13, 14.

IV. Per universam ad gentilium mores conformationem. *Lib.* I, *ibid.*; *lib.* II, *cap.* IV, *v.* 14–17.

V. Per pecuniam in sacrificium Herculis a Jasone submissam, in usus tamen bellicos bajulorum rogatu impensam. *Lib.* II, *cap.* IV, *v.* 18-20.

#### § II. VARIATIO PSEUDOPONTIFICUM FACINOROSA.

I°. *Epocha historiæ, prima Antiochi expeditio in Ægyptum*,

I. Sub initium felix,

1°. Occupato regno; *lib.* I, *cap.* I, *v.* 17, 18.

2°. Profligato Ptolemæo; 19.

3°. Expugnatis munitionibus et captis spoliis. 20.

II. Sub progressum difficilis, ob suspicionem eripiendæ legitimo hæredi coronæ motam. *Lib.* II, *cap.* IV, *v.* 21.

III. Sub finem irrita, a Jasone tamen, reducem Antiochum Jerosolymis magnifico excipiente, celebrata. 22.

II°. *Translatio pontificatus*

I. Imprudenter initiata a Jasone, Menelaum negotiorum causa legatum ad regem mittente. 23.

II. Perfide pertractata a Menelao, pontificatum sibi pro majore pecunia regi oblata mercato. 24.

III. Normaliter usurpata, Menelao pontificatum et Jerusalem involante, Jasone extruso et in Ammanitem profugo. 25, 26.

III°. *Menelai facinora :*

I. Perfidia in regem,

1°. Non satisfaciens promissis pecuniariis, 27.

2°. Punita, translato in Lysimachum pontificatu. 28, 29.

II. Rapacitas sacrilega,

1°. Tentata ex occasione discessus Antiochi ad domandos seditiosos; 30, 31.

2°. Exercita et conversa ad emendam Andronici amicitiam, et augendum proprium lucrum; 32.

3°. Reprehensa ab Onia. 33.

III. Oniæ occisio,

1°. Opera Andronici perpetrata; 34.

2°. Damnata ab omnibus, et delata ad regem; 35, 36.

3°. Vindicata infami Andronici supplicio. 37, 38.

IV. Consilium diripiendi sacra,

1°. Lysimacho a Menelao suggestum; 39.

2°. Executori funestum; 40-42.

3°. Datori periculosum. 43, 44.

V. Impunitas sceleris,

1°. Obtenta interventu Ptolemæi promissionibus empti; 45-47.

2°. Conversa in cladem innocentum accusatorum; 48, 49.

3°. Aucta subsidio pecuniæ ad ampliorem nocendi potestatem. 50.

IV°. *Jasonis extrema :*

I. Occasio facinoris,

1°. Expeditio Antiochi altera in Ægyptum; *lib.* II, *cap.* V, *v.* 1.

2°. Portenta in aere observata; 2-4.

3°. Rumor de Antiochi morte sparsus. 5.

II. Perfidia in patriam

1°. Edita a Jasone, facto in Hierosolymam assultu; 5.

2°. Exasperata, promiscua civium cæde; 6.

3°. Frustrata eventu, et versa in turpem auctoris fugam. 7.

III. Discursatio extorris,

1°. Urgente undique et per plures urbes insectante Arabiæ rege, in Ægyptum projecta; 8.

2°. Hinc in Lacedæmoniam deflexa; 9.

3°. Ibidem finita morte, non lacrymis nec sepulcro honestata. 10.

## SECTIO III.

### STATUS JUDÆORUM AFFLICTUS POST ÆGYPTIACAS ANTIOCHI EXPEDITIONES.

#### § I. IMPIA TYRANNIS EXERCITA

I°. *Ab Antiocho ipso ex Ægypto reduce;* qui,

I. Suspicione et ira plenus, invadit Hierosolymam. *Lib.* I, *cap.* I, *v.* 21, 22; *lib.* II, *cap.* V. *v.* 11.

II. Stragem maximam edit in cives. *Lib.* I, *cap.* I, *v.* 25-29; *lib.* II, *cap.* V, *v.* 12-15.

III. Diripit sanctuarium, Deo permittente in Judæorum sceleratorum pœnam. *Lib.* I, *cap.* I, *v.* 23, 24; *lib.* II, *cap.* V, *v.* 15-20.

IV. Relinquit discedens oppressores gentis Philippum, Andronicum, et Menelaum. *Lib.* II, *cap.* V, *v.* 21-23.

II°. *Ab Appollonio, ad Antiochi mandatum cum copiis in Judæam appulso*, qui,

I. Pacem simulans, in sabbato trucidat plurimos, flammas ædibus, et vincula fœminis injicit. *Lib.* I, *cap.* I, *v.* 30-34; *lib.* II, *cap.* V, *v.* 24-26.

II. Arcem Sion munit et implet præsidiariis, ad turbanda Judæorum sacra intentis. *Lib.* I, *cap.* I, *v.* 35-39.

III. Inducit desolationem sacrorum, Judæis partim quaquaversum dilapsis, partim cum Machabæo in desertum receptis, gentilibus autem in urbem confluentibus. *Lib.* I, *cap.* I, *v.* 40-42, et 56; *lib.* II, *cap.* V, *v.* 27.

III°. *A Sene Antiocheno, itidem per Antiochum submisso;* sub quo

I. Promulgatur, sancita mortis pœna, lex de abolenda Judæorum, et universim adoptanda gentilium religione. *Lib.* I, *cap.* I, *v.* 43-52; *lib.* II, *cap.* VI, *v.* 1.

II. Statuitur in templo sancto idolum Jovis olympii, et ubique

erigntur aræ idololatræ. *Lib.* I, *cap.* I, *v.* 57, 58; *lib.* II, *cap.* VI, *v.* 2-5.

III. Adigntur ad idololatrica Judæi, librique sacri flammis traduntur; mulctantur pœnis aut morte constantes in religione. *Lib.* I, *cap.* I, *v.* 53-56, et 59-67; *lib.* II, *cap.* VI, *v.* 6-11.

§ II. RELIGIOSÆ FORTITUDINIS SPECIMINA.

I°. *Proloquium historici*

I. Præoccupans sinistram lectoris opinionem; *lib.* II, *cap.* VI, *v.* 12.

II. Exponens inflictas Judæis plagas, velut indicia divinæ erga gentem hanc misericordiæ; 13-16.

III. Concludens hanc prænotationem, et transiens ad narrationem. 17.

II°. *Matura Eleazari virtus.* Describitur herois hujus

I. Dignitas, ætas, et tentatio ad violandam legem. 18.

II. Propositum moriendi potius quam delinquendi. 19, 20.

III. Sollicitatio ab amicis ad simulandam saltem transgressionem. 21, 22.

IV. Repulsa iisdem data, opposito argumento

1°. Ex propria viri conditione; 23.

2°. Ex secuturo aliorum scandalo; 24, 25.

3°. Ex timenda Dei vindicta; 26.

4°. Ex honestatis et religionis officio. 27, 28.

V. Contemptus tormentorum et odii, a repulsis sustinendi. 28, 29.

VI. Contestatio ad Deum, pro morte religionis ergo acceptanda. 30.

VII. Mors secuta, et cedens ad universæ gentis exemplum. 31.

III°. *Martyrium septem fratrum et matris, ad escam carnis porcinæ sollicitatorum.* Lib. II, cap. VII, v. 1.

I. Certamen sex priorum :

1°. Primus, contestatus verbis obfirmatum pro lege contra tentationem et mortem animum, 2.

1. Ab Antiocho efferato immaniter torquetur, abscissione linguæ, abstractione cutis, amputatione summarum manuum ac pedum, ac corporis tostione; 3-5.

2. Adhortatione mutua fratrum et matris ad fortiter pro Deo moriendum excitatur; 5, 6.

2°. Secundus, abstracta capitis cute et propositis majorum pœnarum minis, ad manducationem vetitam incitatus, 7.

1. Generose renuit, et hinc torquetur amplius; 8.
2. Sub extremum spiritum, exprobrata regi tyrannide, spem mercedis æternæ sibi propositam declarat; 9.

3°. Tertius, linguam postulatus, eamdem cum manibus protendit; reparationem damni a Deo faciendam contestatus, tortores ipsos in admirationem rapit; 10-12.
4°. Quartus, tertio defuncto succedens, et tortus, eamdem sibi fixam fiduciam, regi autem pœnam denuntiat; 13, 14.
5°. Quintus, similia subiens, similia verbis exaggerat; 15-17.
6°. Sextus æqualia præstat. 18, 19.

II. Comparatio matris huic scenæ præsentis : hæc,

1°. Spe in Deo concepta, mortem filiorum fert æquo animo; 20.
2°. Sapientia et fortitudine ultra fœminam præstans, sermone patrio, h. e. hebræo, eosdem cohortatur; 21.
3°. Proposita Dei, in hominis formatione et resuscitatione omnipotentis, remuneratione animat. 22, 23.

III. Certamen postremi adolescentioris, et matris :

1°. Antiochus, nisi audiretur pudore se suffundendum metuens,
   1. Promissis amplissimis juniorem aggreditur; 24.
   2. Ab hoc neglectus, matrem ad filium persuadendum sollicitat; 25.
   3. Ab eadem ægre, et simulato quidem, obsequii assensum obtinet. 26.
2°. Mater sermone patrio filium ad constantiam et martyrium adhortatur, postulans id
   1. Tanquam gratitudinis, pro maternis suis officiis, munus; 27.
   2. Tanquam debitum conditori omnium Deo obsequium; 28.
   3. Tanquam laudabilem fraterni exempli imitationem. 29.
3°. Filius, matris sermonem interpellans,
   1. Postulat maturari sibi mortem pro lege; 30.
   2. Declarat persecutionem gentis præsentem peccatis quidem meritam, sed Dei misericordia prope finiendam; 32, 33.
   3. Exprobrat persecutori crudelitatem et minatur futuram Dei vindictam; 31, 34, 35.
   4. Repetit eamdem confessionem et spem, ac e contra exprobrationem et comminationem. 36-38.

IV. Castastrophe præcedentis scenæ :

1°. Antiochus ob factam sibi illusionem atrocius furit; 39.
2°. Juvenis difficillimum mortis genus generose subit; 40.
3°. Mater filiorum sorti gaudens postrema adjungitur. 41.

*Clausula sermonem de idololatria et tyrannide finiens. 42.

# PARS II.

### DE MACHABÆIS EORUMQUE BELLIS.

—

## SECTIO I.

### DE MATHATHIA DUCE MACHABÆORUM.

#### § I. MATHATHIÆ INITIA.

I°. *Notio personalis*

I. Genealogica : sacerdos ex filiis Joarib. *Lib.* I, *cap.* II, *v.* 1.

II. Topographica : habitans in Modin. 1.

III. Œconomica : pater quinque filiorum, nempe Joannis Gaddis, Simonis Thasi, Judæ Machabæi, Eleazari Abaram, Jonathæ Apphus. 2-5.

IV. Synchronica : coævus persecutioni ab Antiocho excitatæ. 6.

II°. *Zelus relegionis*

I. Contestatus affectu ; quem prodit

1°. Oratio querula,

1. Afflictam religionis conditionem tristissime depingens ; 8-12.

2. Vitam ideo sibi molestam enuntians ; 7, 13.

2°. Signum multiplex doloris et tristitiæ. 14.

II. Declaratus professione ; quam edit

1°. Contra Modinensium defectionem religiosa constantia ; 15, 16.

2°. Contra emissariorum sollicitationem, ratione et promisso defectionem suadentium, responsio 17, 18.

1. Prava aliorum exempla damnans ; 19, 20.

2. Utilitatem defectionis refutans ; 21.

3. Obedientiam sacrilegam palam detrectans. 22.

III. Illustratus ausu triplici ; quem perficit

1°. Interempto super aram Judæo idolis sacrificante ; 23, 24.

2°. Occiso similiter, cum aræ eversione, Antiochi emissario : utrobique facta ad Phinees exemplum imitatione ; 25, 26.

3°. Indicto et facto cum multis secessu in desertum, ad religionis exercitium a vi et oppressione liberandum. 27-30.

#### § II. GESTA EJUSDEM RELIQUA.

I°. *Sapiens divinæ legis interpretatio.*

I. Casus dubius de feriatione sabbatina, ortus ex prælio in diem sabbati ab insectatoribus constituto, contra Judæos in desertum digressos. 31-34.

II. Religiositas minus prudens Judæorum, ex sabbati veneratione, repugnare non ausorum, seque magno numero occidi sinentium. 35-38.

III. Decreta, ex Mathathiæ consilio, et ponderato excidii universalis periculo, sententia vim vi etiam in sabbato repellendi. 39-41.

II°. *Felix ejusdem defensio*,

I. Conflato ex viris fortissimis et religiosissimis, sponte accurrentibus, exercitu. 42, 43.

II. Illata apostatis cæde, et aris eversione. 44, 45.

III. Inducto rursus circumcisionis ritu, et legum usu contra adversantes vindicato. 46-48.

III°. *Sollicita commendatio*, qua Mathathias morti proximus filios ad legis custodiam adhortatur,

I. Desumpto a necessitate temporis et utilitate rei argumento. 49-51.

II. Addito in confirmationem multiplici patriarcharum præmia consecutorum exemplo. 52-61.

III. Subjuncto de inani adversariorum contentione documento. 62, 63.

IV. Repetito ad commendationem inculcandam gloriæ incitamento. 64.

IV°. *Ultima dispositio*

I. De Simone, tanquam patre colendo. 65.

II. De Juda, tanquam belliduce sequendo. 66.

III. De Judæis colligendis et vindicandis, de gentilibus castigandis, de legibus colendis. 67, 68.

V°. *Mors placida*,

I. Post impertitam filiis benedictionem secuta. 69.

II. Anno Græcorum 146 notata. 70.

III. Sepultura et luctu honorata. 70.

## SECTIO II.

### GESTA JUDÆ MACHABÆI COÆVA REGNO ANTIOCHI EPIPHANIS.

#### § I. PRÆLUDIA BELLICA.

I°. *Præfectura militaris post patris obitum a Juda assumpta*,
- I. Suffragantibus fratribus et antiquis belli sociis. *Lib.* I, *cap.* III, *v.* 1, 2.
- II. Correspondentibus tum præstantibus corporis armis, tum heroicis animi dotibus. 3, 4.

II°. *Apparatus ad bellum factus*,
- I. Conscriptis ad militiam et extra gentilium urbes clanculum eductis Judæis. *Lib.* II, *cap.* VIII, *v.* 1.
- II. Fusis ad Deum precibus pro restauratione gentis, templi et civitatis, ad ultionem innocentum, et pœnam blasphemantium. 2-4.

III°. *Excursiones improvisæ, nocturnæ et disparatæ, in hostiles stationes factæ*, 5-7.
- I. Cum multa hostium strage et terrore. *Lib.* I, *cap.* III, *v.* 5, 6.
- II. Cum Judææ ab impiis purgatione, gentis suæ lætitia, et proprii nominis gloria. 7-9.

#### § II. PRÆLIA CUM ANTIOCHI DUCIBUS COMMISSA.

I°. *Cum Apollonio*, quem bellum parantem Judas opprimit, fundit, spoliat inter cætera gladio, posthac Judæ servituro. 10-12.

II°. *Cum Serone:* ubi narratur
- I. Seronis consilium, apparatus et progressio. 13-16.
- II. Judæ occursus, et oratio excitans animos suorum, ob paucitatem timentium. 16-22.
- III. Seronis clades et fuga, Judæ victoria et fama. 23-25.

III°. *Cum subordinatis Lysiæ ductoribus:* hic occurrunt
- I. Regis Antiochi, gestorum nuntio excitati,
  - 1°. Apparatus ad bellum, collecto universo regni exercitu et datis stipendiis; 26-28.
  - 2°. Cura ærarii, ad sumptus haud sufficientis, aliunde reficiendi; 29-31.
  - 3°. Mandatum Lysiæ datum de tutela sui filii, belloque contra Judæos gerendo, et gente hac penitus exscindenda; 31-36.

4°. Discessus ad expilandam Persidem. 37.

II. Ductores Ptolemæus, Nicanor et Gorgias

1°. Delecti a Lysia, et magno exercitui præfecti; 38, 39.

2°. Progressi Emmauntem usque; 40

3°. Conventi a mercatoribus, prævie jam Judaica mancipia licitantibus. 41.

III. Judæ et fratrum

1°. Propositum defensionis capiendæ; 42-44.

2°. Conventus cum populo in Maspha; 45, 46.

3°. Supplicatio ad Deum, susceptis jejunio et pœnitentia, celebratis ritibus sacris, et fusis ad cœlum precibus et tubarum clangoribus; 47-54.

4°. Ordinatio exercitui officiales præfiniens, et vulgus inutile domum remittens; 55, 56.

5°. Eductio et instructio exercitus contra hostes pugnaturi. 57-60.

IV. Pugna Gorgiæ :

1°. Consilium Gorgiæ, Judæos in castris opprimere cogitantis, elusum a Juda, populo in castra necdum inducto; *lib.* I, *cap.* IV, *v.*1-5.

2°. Cohors Gorgiæ armata in fugam disjecta et cæsa a minore et inermi Judæorum cohorta, adhortatore et animos inspirante Juda; 6-15.

3°. Exercitus Judæorum, a spoliis detentus et ad prælium in campo applicatus, eminus procedentem Gorgiæ exercitum, de clade accepta suspicantem, terret et in fugam vertit; 16-22.

4°. Judæi nunc ad spolia versi ditantur, et benedicunt Deum pro accepta salute; 23-25.

5°. Lysias, sinistro Gorgiæ eventu territus, hoc anno quiescit. 26, 27.

V. Expeditio Nicanoris :

1°. Nicanor, Philippi monitu, Ptolemæi mandato, missus cum exercitu ad inhibendos Judæ progressus, spe victoriæ plenus, capienda Judæorum mancipia jam venum proponit; *lib.* II, *cap.* VIII, *v.* 8-11.

2°. Judæi, audito Nicanoris adventu, partim in fugam, partim in desperationem abeunt; 12-15.

3°. Judas, inspirata ultione, promisso Dei auxilio, et laudato patrum experimento, adjunctum sibi exercitum erigit ad constantiam, et in turmas distributum committit ductoribus; 16-22.

4°. Confligitur, facto per Judam initio, secuta Nicanoris clade et fuga, pecuniis mercatorum victori in spolium cedentibus; 23-25.

5°. Sabbato interveniente, cessatur ab hostium persecutione; transacto autem, distribuuntur spolia, data etiam viduis et indigentibus portione: utroque tempore solvuntur Deo grates et vota; 26-30.

6°. Effectus cladis in Nicanore, humiliatio et confusio, præterea agnitio divinæ potentiæ et tutelæ pro Judæis. 31-36.

IV°. *Cum ipso Lysia :*

I. Adventus ejusdem cum ingenti exercitu ad Bethoron. *Lib.* I, *cap.* IV, *v.* 28, 29.

II. Occursus Judæ cum copiis multo paucioribus, sed precibus ad Deum ardentissimis. 29-33.

III. Prælium commissum, vincente Juda, victo Lysia, et regresso Antiochiam ad restaurandum exercitum. 34, 35.

§ III. COROLLARIA VICTORIARUM.

I°. *Expiatio templi*

I. Parata,

1°. Communicato a Juda cum suis consilio, et adducto in Sion exercitu; 36, 37.

2°. Occupatis urbe et templo; *lib.* II, *cap.*, X, *v.* 1.

3°. Concepto ad triste loci deformati spectaculum dolore et luctu; *lib.* I, *cap.* IV, *v.* 38-40.

4°. Destructis aris sacrilegis et delubris; *lib* II, *cap.* X, *v.* 2.

5°. Opposito contra præsidiarios arcis milite obsessore. *Lib.* I, *cap.* IV, *v.* 41.

II. Suscepta,

1°. Sacerdotibus mundis lapides contaminatos e templo dimoventibus; 42, 43.

2°. Altaris holocaustorum, ob profanationem ex prudenti consideratione destructi, lapidibus interim in loco apto sepositis; 44-46.

3°. Altero ad prioris formam constructo, et domus sanctæ interioribus ac atriis restauratis et sanctificatis; 47, 48.

4°. Vasis novis conflatis, omnibusque sacrorum supellectilibus templo illatis, adornatis et usurpatis. 49-51; *lib.* II, *cap.* X, *v.* 3.

II°. *Dedicatio altaris celebrata*

I. Solemni inauguratione;

1°. Sacrificiis primis, die 25 mensis Casleu, profanationis anniversario, iterum oblatis; *lib.* I, *cap.* IV, *v.* 52-54; *lib.* II, *cap.* X, *v.* 5.

2°. Gratiis Deo actis, et precibus, ad similem castigationem avertendam, adjunctis. *Lib.* I, *cap.* IV, *v.* 55; *lib.* II, *cap.* X, *v.* 4.

II. Festiva commemoratione

1°. Octiduana præsenti, ad tabernaculorum festi ritum et pompam jucundissimam exacta; *lib.* I, *cap* IV, *v.* 56-58; *lib.* II, *cap.* X, *v.* 6, 7.

2°. Anniversaria, simili festivitate in eumdem diem universo populo constituta. *Lib.* I, *cap.* IV, *v.* 59; *lib.* II, *cap.* X, *v.* 8.

III°. *Securitas urbis firmata*,

I. Arce præsidiaria in Sion, ex opposito arcis hostilis, constructa. *Lib.* I, *cap.* IV, *v.* 60.

II. Munitione alia, ex Idumææ opposito, Bethsuræ adjecta. 61.

## § IV. BELLUM CUM VICINIS GENTIBUS.

I°. *Expeditio meridionalis.*

I. Occasio, gentilium æmulatio contra sacrorum restaurationem, et conspiratio in Judæorum excidium. *Lib.* I, *cap.* V, *v.* 1, 2.

II. Successus secundus,

1°. Idumæis præsertim Acrabathaneis cæsis; 3.

2°. Becanitis, cum suo turrium receptaculo, exustis igne et deletis; 4, 5.

3°. Ammonitis, cum duce Timotheo, repetita clade attritis, et urbe Gazer hujusque pago mulctatis. 6-8.

II°. *Expeditio orientalis et septentrionalis.*

I. Occasio :

1°. Galaaditarum, sub duce Timotheo, consilia et facta hostilia contra Judæos; horum in Datheman profugorum litteræ, auxilium a Juda postulantes. 9-13.

2°. Judæorum e Galilæa nuntii idem de Ptolemaiditis, Tyriis et Sidoniis contra se agentibus referentes et rogantes. 14, 15.

II. Dispositio :

1°. Decretum de subsidio vexatis ferendo; 16.

2°. Expeditio in Galilæam Simoni commissa, in Galaaditidem Judæ et Jonathæ reservata; 17.

3°. Custodia Hierosolymæ Josepho et Azariæ credita, cum mandato abstinendi ab omni excursione; 18, 19.

4°. Divisio exercitus ex præscripto. 20.

III. Successus in Galilæa :

1°. Hostium numerosa clades, et infestatio ad portam Ptolemaidis usque; 21, 22.

2°. Liberatio et translatio Judæorum in Judæam. 23.

IV. Successus in Galaaditide : Judas,

1°. Trajecto Jordane, excipitur pacifice a Nabathæis, et de Galaaditarum contra Judæos factis et consiliis instruitur; 24-27.

2°. Converso itinere, occupat Bosor, occisis incolis; 28.

3°. Vicinam munitionem. Judæorum asylum, oppugnantes sub Timotheo hostes die altera obruit, et magna strage edita fugat; 29-34.

4°. Succedentibus aggressionibus, urbes Maspha, Casbon, Mageth et alias capit, succendit, et, masculis occisis, exspoliat; 35, 36.

5°. Timotheum cum restaurato exercitu et Arabum auxilio regressum, contra illius omen, invadit, vincit, et Carnaim usque fugat, eamque urbem cum fano tandem exusto occupat; 37-44.

6°. Cum emigrantibus secum Judæis redux, innoxio per Ephronem transitu negato offensus, urbem, occisis civibus, devastat; 45-51.

7°. Relecto Jordane, nullo amisso regressus, grates in monte Sion persolvit. 52-54.

III°. *Expeditio occidentalis,*

I. Tentata a Josepho et Azaria,

1°. Tempore absentis Judæ, studio captandæ gloriæ; 55-58.

2°. Sorte sinistra et clade per Jamnienses illata, Judæis in fugam conjectis; 59, 60, 67.

3°. Documento inobedientiæ castigatæ, et negotii sine divina vocatione infeliciter suscepti relicto. 61, 62.

II. Resumpta a Juda,

1°. Post faustas populi acclamationes; 63, 64.

2°. Initio facto contra Idumæos australes et urbem Chebron; 65.

3°. Bello per Samariam in Philistæorum regionem et Azotum translato, cum clade hostium utrobique edita. 66-68.

§ V. FATA ANTIOCHI POSTREMA.

I°. *Deprædatio Persepolis urbis et templi,*

I. Ob ingentes divitias, ab Antiocho tentata. *Lib.* I, *cap.* VI, *v.* 1-3; *lib.* II, *cap.* IX, *v.* 2.

II. A civibus, prævia moliminis fama jam excitatis, vi et armis prohibita. *Lib.* I, *cap.* VI, *v.* 3, 4.

III. In fugam, dedecus et dolorem Antiochi conversa. *Lib.* I, *cap.* VI, *v.* 4; *lib.* II, *cap.* IX, *v.* 1, 2.

II°. *Nuntia ad Antiochum in Perside delata,*

I. Exponentia clades tribus ejus ducibus illatas, Jerusalem autem cum templo, et Bethsuram a Judæis recuperatas. *Lib.* I, *cap.* VI, *v.* 5-7; *lib.* II, *cap.* IX, *v.* 3.

II. Injicientia animo ejus terrorem, mœstitiam, ac tandem ultionis furorem. *Lib.* I, *cap.* VI, *v.* 8; *lib.* II, *cap.* IX, *v.* 4.

III. Afferentia, Deo puniente, corpori sævum viscerum dolorem, membrorum collisionem, vermium e carne nascentium cruciatum et fœtorem. *Lib.* I, *cap.* VI, *v.* 8; *lib.* II, *cap.* IX, *v.* 5-10.

III°. *Pœnitudo de factis contra Judæos*

I. Concepta animo,

1°. Commoto, dolorum continuatione et vehementia, ad agnoscendum Dei dominium, sine desideratæ tamen salutis consecutione; *lib.* II, *cap.* IX, *v.* 11-13.

2°. Pollicito Hierosolymæ libertatem, Judæis autonomiam, et templo sumptus ac reverentiam; 14-16.

3°. Professo se Judæum etiam, ac potentiæ divinæ præconem futurum; 17.

II. Declarata, habito ad suos sermone, quo exponit

1°. Corporis animique sui afflictam conditionem; *lib.* I, *cap.* VI, *v.* 9-11.

2°. Confessionem considerationis suæ, hæc mala tanquam meritam suis contra Judæos factis pœnam agnoscentis. 12, 13.

III. Consignata litteris ad Judæos deprecatoriis. *Lib.* II, *cap.* IX, 17. Harum litterarum

1°. Inscriptio gratiosa est Antiochi ad Judæos; 18.

2°. Exordium contestatur benevolentiam; 19.

3°. Narratio exponit valetudinis conditionem, et suam de subditorum felicitate sollicitudinem; 20, 21.

4°. Propositio continet, declarari a se, ad similis a patre facti imitationem, filium suum regni successorem; 22-25.

5°. Postulatio exigit fidelitatem sibi et filio præstandam. 26, 27.

IV°. *Fata ultima :*

I. Constitutio Philippi

1°. In curatorem regni; *lib.* I, *cap.* VI, *v.* 14.

2°. In tutorem filii regis. 15.

II. Mors, annotato anno, loco, et merito. *Lib.* I, *cap.* VI, *v.* 16; *lib.* II, *cap.* IX, *v.* 28.

III. Cura funeris et digressio curantis. *Lib.* II, *cap.* IX, *v.* 29.

## SECTIO III.

### GESTA JUDÆ MACHABÆI COÆVA REGNO ANTIOCHI EUPATORIS.

#### § I. TURBÆ SUB REGNI AUSPICIA.

I°. *Præfatio historici ad enarrationem factorum sub Eupatore. Lib.* II, *cap.* X, *v.* 10.

II°. *Turbæ ex parte Syrorum :*

I. Lysias, digresso Philippo, procurator regni ab Eupatore constitutus. 11; *lib.* I, *cap.* VI, *v.* 17.

II. Ptolemæus, ob favens Judæis studium ad Eupatorem delatus, veneno se ipsum perimens. *Lib.* II, *cap.* X, *v.* 12, 13.

III°. *Ex parte Judæorum :*

I. Gorgiæ et Idumæorum, accedentibus gentilibus et apostatis auctorum, excursiones, a Juda frequentatis cladibus repressæ. 14-17.

II. Hostilium turrium expugnandarum negotium

1°. Simoni, Josepho, et Zachæo commissum; 18, 19.

2°. A Simonis sociis, pro pecunia aliquos inclusorum elabi sinentibus, proditorie neglectum; 20.

3°. Proditione hac supplicio castigata, demum a Juda confectum. 21-23.

III. Gravior belli alea

1°. Jacta a Timotheo, exercitum potentissimum adducente; 24.

2°. Excepta a Juda, post imploratum ritibus solemnibus Numen, occurrente; 25-27.

3°. Decisa, post pugnam ambiguam, a viris de cœlo in Judæ tutelam et subsidium missis. 28-30.

IV. Victoriæ hujus supplementa:

1°. Strages hostium ingens et Timothei in Gazaram fuga; 31, 32.

2°. Asyli hujus obsessio a Juda per quatriduum continuata, ab obsessis maledicentius subsannata; 33, 34.

3°. Conscensus murorum a juvenibus aliquot die quinta tentatus, mox exemplum imitantibus pluribus, injecto in turres et portas igne, completus; 35, 36.

4°. Interitus Timothei latebras quærentis, item Chæreæ et Apollophanis, triumphus Judæ et sociorum; 37, 38.

5°. Comportatio spoliorum, et epinicia in Jerusalem; pœna Philarchi socio Timothei et Callistheni incendiario irrogata. *Lib.* II, *cap.* VIII, *v.* 31-33.

## § II. VICISSITUDINES SUB REGNI PROGRESSUM.

### I°. *Bellum gestum :*

I. Lysiæ, rebus Judæorum prosperis offensi,

1°. Apparatus ingens; *lib.* II, *cap.* XI, *v.* 1, 2.

2°. Consilium adversum; 2, 3.

3°. Confidentia præsumptuosa; 4.

4°. Machinatio contra Bethsuram prospera. 5.

II. Judæ, hostili hac irruptione ad defensionem excitati,

1°. Preces ad Deum, et adhortatio ad socios; 6, 7.

2°. Comitatus Angeli a Deo datus, et fortitudo animi divinitus indita; 8, 9.

3°. Irruptio fortissima in hostes, cladem et fugam iisdem injiciens. 10-12.

### II°. *Pax inita :*

I. Negotium pacis tractatum,

1°. Lysia victo, fugato, suarumque et Judaicarum rerum statum prudenter dimenso, propositionem faciente; 12-14.

2°. Juda, sub postulatis a Lysia et promissis a rege conditionibus, propositionem acceptante. 15.

II. Documenta tractatus litteris consignata:

1°. Epistola Lysiæ, inscripta Judæis, 16.

1. Narrat postulata legatorum Judæorum regi proposita, et ab eodem concessa; 17, 18.

2. Promittit, supposita Judæorum fidelitate, reciprocum favorem; 19.

3. Significat reliqua per legatos a se missos complananda ; 20.
4. Finit apprecatione et anni notatione. 21.
2°. Epistola Eupatoris, inscripta Lysiæ, 22.
1. Exponit suum commodis subditorum faventem animum, ab initio regni jam susceptum ; 23.
2. Recenset postulatam a se facultatem, qua liceat Judæis proprio suo instituto, non autem ritibus græcis vivere; 24.
3. Decernit, pro sua in Judæos benevolentia, iisdem templum et sacrorum libertatem restitui ; 25.
4. Mandat rem hanc cum Judæis communicari, et componi. 26
3°. Epistola ejusdem, inscripta Judæis, 27.
1. Habet initialem benevolentiæ formulam ; 28.
2. Memorat relatam per Menelaum postulationem Judæorum, pro facultate invisendi suos in Syria; 29.
3. Concedit illis liberum commeatum ad quindecim dies, et usum rituum propriorum; 30, 31.
4. Notat Menelaum a se missum ad tractandum cum ipsis; 32.
5. Subdit apprecationis clausulam, et anni, mensis, ae diei notam. 33.
4°. Epistola Romanorum legatorum Q. Memmii et T. Manlii, inscripta Judæis, 34.
1. Dat assensum transactis cum Lysia ; 35.
2. Monet de mittendis legatis, negotia a Lysia ad regem remissa tractaturis; 36.
3. Petit acceleratum responsum et voluntatis declarationem; 37.
4. Clauditur communi voto et epocha scriptionis. 38.

III. Quies utrinque capta et culta. *Lib.* II, *cap.* XII, *v.* 1.

III°. *Quies interturbata*

I. Infestatione frequenti regiorum in vicinia præsidum. 2.

II. Proditorio facinore,
1°. A Joppitis contra Judæos concives submersione perpetrato; 3, 4.
2°. A Juda scapharum exustione et reorum occisione castigato ; 5, 6.
3°. A Jamnitis contra eamdem gentem decreto, a Juda autem præoccupato. 7-9.

III. Occursu Arabum,
1°. Evocatorum a Timotheo ; 10.
2°. Victorum a Juda prælio ; 11.
3°. Residuorum, pro oblatis pascuis, libertatem sibi et pacem pactorum. 12.

IV. Ferocia incolarum urbis Casphin,
1°. Deditionem contemptu et maledictis recusantium ; 13, 14.
2°. A Juda, post preces ad Deum fusas, expugnatorum ; 15.
3°. Plena sanguinis strage deletorum. 16.

V. Expeditione contra Timotheum,
1°. Cœpta per obsidionem urbis Characæ, quam, dilapso hinc Timotheo, Judas urgendam committit Dositheo et Sosipatro; 17-19.
2°. Promota per progressum utriusque exercitus ad pugnam ; 20, 21.

3°. Decisa per terrorem divinitus injectum, et cladem ingentem a Juda inflictam copiis Timothei; 22, 23.

4°. Finita, Timotheo intercepto primum, ad preces et promissa dein per Dositheum et Sosipatrum dimisso, Carnione autem præcipuo Timothei præsidio per Judam devicto; 24-26.

5°. Coronata monumento triplici

1. Fortitudinis quidem, quia Ephron urbem præsidio et machinis munitissimam Judas expugnat, 27, 28.

2. Mansuetudinis dein, qua idem Scythopoli ad Judæorum, de incolis sibi hactenus faventibus testantium, preces parcit 29, 30.

3. Religionis denique, qua Judas, interrupto victoriarum cursu, Hierosolymam abit ad Pentecosten celebrandam. 31.

VI. Excursione in Idumæam,

1°. Excepta occursu Gorgiæ et conflictu; 32-34.

2°. Notata periculo ejusdem, captivitatem vix elapsi; 35.

3°. Interpolata tum conflictu, per fugam hostium precibus Judæ ægre obtentam finito, tum reducto Odollam exercitu, sabbatoque ibidem celebrato; 36-38.

4°. Consignata documento triplici,

1. Imprimis experientiæ, qua innotuit aliqualis cladis acceptæ causa, scilicet donaria idolorum sub prostratorum tunicis reperta; 39-41.

2. Tum ritus religiosi, quo preces funduntur et sacrificia offeruntur pro defunctorum peccatis; 42, 43.

3. Demum observationis historicæ, qua, ex factis relatis, veritas resurrectionis et sanctitas orationis pro defunctis colligitur.

## § III. CONVERSIONES SUB REGNI FINEM.

I°. *Obsidio arcis Sion*

I. Suscepta a Juda,

1°. Ob frequentes præsidiariorum sacra turbantium excursiones, *lib.* I, *cap.* VI, *v.* 18.

2°. Cum populi consensu et machinarum apparatu. 19, 20.

II. Denuntiata Antiocho ab apostatis, 21.

1°. Postulantibus auxilium; 22.

2°. Criminantibus Judam de illata sibi, ob paganismi cultum, vi et oppressione; 23-25.

3°. Exaggerantibus periculum ex hac machinatione secuturum. 26, 27.

III. Turbata ab Antiocho,

1°. Ad hoc nuntium maximam contra Judæos expeditionem decernente; 28-30.

2°. Exercitum Bethsuræ admovente et præsidiarios fortius urgente. 31.

IV. Soluta a Juda, ad auxilium Bethsuræis ferendum. 32.

II°. *Ambitio Menelai*

I. In spem maximam assurgens,

1°. Occasione expeditionis contra Judæos instructæ; *lib.* II, *cap.* XIII, *v.* 1, 2.

2°. Opportunitate comitivæ et colloquii cum Antiocho concessi. 3.

II. In interitum dejecta,

1°. Morte eidem decreta, Deo disponente, Lysia suggerente, et Antiocho jubente; 4.

2°. Executione per præcipitationem e turri in cineris cumulum facta; 5, 6.

3°. Atrocitate pœnæ ad culpæ meritum accommodata. 7, 8.

III°. *Prælium decretorium :*

I. Apparatus ingens

1°. Ex parte Eupatoris,

1. Festinato e castris motu; *lib.* I, *cap.* VI, *v.* 33, 34.

2. Instructo tum elephantorum, tum militum ordine; 35-38.

3. Ordinato ad pompam et terrorem exercitus in aciem progressu. 39-41.

2°. Ex parte Machabæi,

1. Indictis genti universæ precibus; *lib.* II, *cap.* XIII, *v.* 9-11.

2. Dato militibus mandato et senioribus consilio; 12, 13.

3. Copiis versus Modin promotis. 14.

II. Conflictus memorabilis,

1°. Ob factam, sub Judæ classico, nocturnam in hostes irruptionem; 15.

2°. Ob stragem inter illos editam; 16, 17; *lib.* I, *cap.* VI, *v.* 42.

3°. Ob heroicum factum Eleazari

1. Elephantem generoso consilio et ausu aggredientis; 43-45.

2. Eumdem quidem sternentis, sed se simul sub eodem sepelientis. 46.

III. Proventus certaminis neutri secundus,

1°. Judæis retrogradis partes meræ defensionis eligentibus; 47.

2°. Eupatore non vi sed arte duntaxat sibi agendum intelligente. *Lib.* II, *cap.* XIII, *v.* 18.

IV°. *Catastasis obsidionalis :*

I. Munimenti Bethsuræ

1°. Oppugnatio a rege incassum repetita; 19.

2°. Difficultas annonaria a Juda aliquamdiu, donec res a Rhodoco proderetur, sublevata; 20, 21.

3°. Libertas et cura alimoniæ ad pacem a rege promulgatam capta; *lib.* I, *cap.* VI, *v.* 48, 49.

4°. Occupatio perfida a rege contra pacis leges usurpata; *ibid.* 50; *lib.* II, *cap.* XIII, *v.* 22, 23.

II. Urbis Hierosolymæ

1°. Impugnatio ab Eupatore, et propugnatio a Judæis diu ac fortiter gesta; *lib.* I, *cap.* VI, *v.* 51, 52.

2°. Penuria ciborum ex anno sabbatico et paucitas præsidiariorum hinc orta; 53, 54.

3°. Pax, ob Philippi motus, a Lysia proposita, a rege et principibus probata, Judæis oblata, ab utrisque juramento firmata; 55-61.

4°. Denudatio, destructis muris a rege fœdifrago urbem ingresso. 62.

V°. *Pericope Eupatoris finalis :*

I. In Judæa

1°. Discit modestiam, accepta per Judam clade, et audito de Antiochia per Philippum capta nuntio; *lib.* II, *cap.* XIII, *v.* 23.

2°. Captat Judæorum amicitiam, fide meliori data, muneribus templo oblatis, Juda vicinæ provinciæ præside creato; 23, 24.

3°. Lenit commotos Ptolemensium animos, reddita per Lysiam factorum ratione; discedit in Syriam. 25, 26.

II. In Syria

1°. Appulsus, Antiochiæ Philippum aggreditur, vincit, ex urbe ejicit; *lib.* I, *cap.* VI, *v.* 63.

2°. Anno altero, oppressus per Demetrii Roma Tripolim advecii exercitum, capitur; *lib.* I, *cap.* VII, *v.* 1, 2; *lib.* II, *cap.* XIV, *v.* 1, 2.

3°. Demetrio conspectum negante, ac sententiam ferente, idem cum Lysia occiditur. *Lib.* I, *cap.* VII, *v.* 3, 4.

## SECTIO IV.

### GESTA JUDÆ MACHABÆI COÆVA REGNO DEMETRII SOTERIS.

#### § I. INQUISITIO INSIDIOSA

I°. *Adornata ab Alcimo,*

I. Demetrium regno potitum pro recuperando pontificatu, cum amplissimis muneribus adeunte. *Lib.* I, *cap.* VII, *v.* 5; *lib.* II, *cap.* XIV, *v.* 3, 4.

II. Ad eumdem, accepta opportunitate, habente orationem, qua

1°. Calumniatur Assidæos et Judam turbarum et oppressionum in Judæa auctores; *lib.* I, *cap.* VII, *v.* 6; *lib.* II, *cap.* XIV, *v.* 5, 6.

2°. Queritur se regis et regni studiosissimum ab iisdem iniquissime vexatum; *lib.* II, *cap.* XIV, *v.* 7, 8.

3°. Consuiit his malis afferri remedium, misso homine fido, qui in factum inquirat, et reos plectat; *lib.* I, *cap.* VII, *v.* 7; *lib.* II, *cap.* XIV, *v.* 9.

4°. Monet, superstite Juda, res componi non posse. *Lib.* II, *cap.* XIV, *v.* 10.

III. Accipiente hujus consilii assentatores omnes Judæ adversarios. 11.

II°. *Decreta a rege,*

I. Deligente Bacchidem ad hoc negotium. *Lib.* I, *cap.* VII, *v.* 8.

II. Adjungente Alcimum, utpote pontificem a se nominatum, et vindicem Judæorum constitutum. 9.

III°. *Instituta a Bacchide et Alcimo, Judæam ingressis*, 10.

I. Dolosa ad conventum invitatione,

1°. Neglecta a Juda et sociis, ob conceptam ex adducto simul exercitu suspicionem; 11.

2°. Honorata accessu scribarum et Assidæorum, nihil mali aut doli ob Alcimi sacerdotium suspicantium. 12-14.

II. Mendaci pacis promissione, 15.

1°. Violata mox per sexaginta ex his credulis hominum necem, a Davide præsignatam; 16, 17.

2°. Excepta a populo hanc perfidiam experto, cum metu, contemptu, et detestatione. 18.

IV°. *Terminata ab utroque*,

I. Bacchide quidem, Antiochiam regresso, post mota ad Bethzecham castra, ac iram in dilapsas conventus reliquias et populares quosdam effusam. 19, 20.

II. Alcimo autem militia sibi relicta munito, ab improborum accessione aucto, et ferociter in patriam grassato. 21, 22.

V°. *Vindicata a Machabæo*,

I. Malis per grassatores apostatas gravioribus illatis excitato, 23.

II. Pœna his desertoribus captis irrogata, securitatem regionis consecuto. 24.

§ II. MACHINATIO MULTIPLEX PALAM ADVERSA.

I°. *Aggressio velitaris*,

I. Sollicitata ab Alcimo calumnioso Judæ accusatore. *Lib.* I, *cap.* VII, *v.* 25.

II. Commissa Nicanori Judæorum hosti. 26; *lib.* II, *cap.* XIV, *v.* 12, 13.

III. Præparata utrinque, gentilibus ad Nicanorem affluentibus, Judæis preces ad Deum fundentibus. *Lib.* II, *cap.* XIV, *v.* 14, 15.

IV. Tentata ad castellum Dessau, Simone Judæ fratre ob subitam hostium irruptionem meticulosius agente, Nicanore tamen per hoc experimentum virtutem Judæorum discente et reverente. 16-18.

V. Conversa in amicitiam, quam

1°. Nicanor probantibus consiliariis conciliaturus, proponit congressum cum Juda secretum; 19-21.
2°. Judas acceptaturus provide periculo omni præcavet; 22.
3°. Uterque contractam colit, præter alia documenta nuptias etiam Nicanore suadente et Juda ineunte. 23-25.

II°. *Insectatio hostilis*

I. Concitata rursus,
1°. Actore Alcimo, memoratam amicitiam deferente et perfidiæ insimulante; 26.
2°. Dictatore rege, Judam vinctum Antiochiam mitti imperante; 27.
3°. Executore Nicanore constituto, invito quidem ob Judæ innocentiam, obsequiose tamen ob regis metum agente. 27-29.

II. Declinata a Juda,
1°. Ex mutata in asperius agendi ratione, mutatum Nicanoris animum arguente, et hinc se occultante; 30.
2°. Ex structis, sub assumpto amicæ visitationis simulacro, insidiis evadente, et Nicanorem postbac evitante. *Lib.* I, *cap.* VII, *v.* 27-30.

III. Exerta conflictu,
1°. Ob elusas insidias, per Nicanorem Judæ ad Capharsalama illato; 31.
2°. Clade quinquies mille Syrorum et fuga reliquorum finito. 32.

IV. Translata ad sacerdotes,
1°. Sub honorificum occursum a Nicanore contemptim habitos; 33, 34.
2°. Ab eodem, sub interminatione templi profanandi ac evertendi, jussos sistere Judam; 35; *lib.* II, *cap.* XIV, *v.* 31-33.
3°. Regressos in templum, hujusque conservationem, hostis autem internecionem precatos; *lib.* I, *cap.* VII, *v.* 36-38; *lib.* II, *cap.* XIV, *v.* 34-36.

V. Effusa in Raziam :
Describitur hujus viri
1°. Æstimatio apud omnes, virtute ac religione comparata; *lib.* II, *cap.* XIV, *v.* 37, 38.
2°. Periculum a Nicanore Judæis ægre facturo paratum; 39, 40.
3°. Suicidium ad captivitatem avertendam tentatum; 41, 42.
4°. Præcipitatio sui jam graviter saucii in medias turbas secuta; 43, 44.
5°. Effusio viscerum cum precibus et morte conjuncta. 45, 46.

III°. *Expeditio internecina.*

I. Castra
1°. Nicanoris Hierosolymis translata ad Bethoron, et aucta exercitu Syriæ; *lib.* I, *cap.* VII, *v.* 39.
2°. Judæ posita in Adarsa cum tribus duntaxat millibus. 40.

II. Nicanoris consilium pugnandi sabbato
1°. A Judæis ad sequelam coactis detrectatum; *lib.* II, *cap.* XV, *v.* 1, 2.
2°. Ab eodem, blasphemis contra Deum sabbati auctorem quæsitis et responsis, obfirmatum; 3-5.

3°. Effectu tamen, contra arrogantem blasphemi opinionem, frustratum. 5, 6.

III. Judæ, in uno Dei auxilio confidentis,

1°. Exhortatio animorum excitatoria ad milites, qua

1. Monet ab homine timendum nihil, a Deo speranda omnia; 7, 8.
2. Memorat legis promissa et prophetarum vaticinia; 9.
3. Recenset gentium perfidiam et perjuria. 10.

2°. Narratio confirmatoria somnii, qua exponit visum sibi

1. Oniam pro Judæis deprecantem, eum viro alio insigni; 11-13.
2. Hunc alium, declaratum ab Onia Jeremiam prophetam, esse similiter pro gente et urbe sancta sollicitum precatorem; 14.
3. Jeremiam tradidisse Judæ gladium aureum, victoriæ de hostibus reportandæ certum instrumentum. 15, 16.

IV. Militum oratione Judæ animatorum decretum fortiter pugnandi,

1°. Conceptum maxime pro tuenda templi sanctitate; 17, 18.
2°. Adjutum sollicitudine et precibus commorantium in urbe sancta. 19.

V. Præambula prælii :

1°. Acies utrinque instructa; 20.
2°. Judæ periculum considerantis et manus in cœlum extendentis oratio, 21. qua precatur,

1. Ut Ezechiæ contra Sennacherib erat datum, ita sibi contra Nicanorem submitti Angelum percussorem; 22, 23; *lib.* I, *cap.* VII, *v.* 41.
2. Metum et stragem inferri hostibus ad blasphemiæ ultionem; *lib.* I, *cap.* VII, *v.* 42; *lib.* II, *cap.* XV, *v.* 24.

3°. Nicanoris signa data ad pugnam. *Lib.* II, *cap.* XV, *v.* 25.

VI. Prælium die decima tertia mensis Adar commissum,

1°. Judæis oratione non minus quam manu pugnantibus; *lib.* I, *cap.* VII, *v.* 43; *lib.* II, *cap.* XV, *v.* 26, 27.
2°. Syrorum triginta quinque milliibus et inter primos Nicanore cæsis; *ibid.*
3°. Hostili exercitu abjectis armis fugiente, et per integri diei iter ab inhærentibus victoribus conciso; *lib.* I, *cap.* VII, *v.* 44, 45.
4°. Reliquiis dispersis, per excitatos undique e vicinia Judæos, ad internecionem deletis. 45, 46.

VII. Victoria celebrata,

1°. Epiniciis in laudem Dei effusis; *lib.* II, *cap.* XV, *v.* 28, 29.
2°. Spoliis lectis, et, rescissis ad Judæ jussa, capite et brachio Nicanoris dextro Hierosolymam delatis; *lib.* I, *cap.* VII, *v.* 47; *lib.* II, *cap.* XV, *v.* 30.
3°. In publico conspectu et jubilo convocatorum Judæorum, Nicanoris lingua præcisa, et avibus particulatim projecta; dextera ex templi opposito suspensa, capite in arcis summitate præfixo; *lib.* I, *cap.* VII, *v.* 47, 48; *lib.* II, *cap.* XV, *v.* 31-35.

4°. Constituta in diem decimum tertium mensis Adar anniversaria memoriæ festivitate; *lib.* I, *cap.* VII, *v.* 49; *lib.* II, *cap.* XV, *v.* 36, 37.

5°. Quiete per tempus aliquod secuta. *Lib.* I, *cap.* VII, *v.* 50.

§ III. ACTA JUDÆ POSTREMA

I°. *Gloriosa :*

I. Concepta de Romanis opinio, ex vulgata fama

1°. De eorumdem potentia et facilitate erga exteros; *lib.* I, *cap.* VIII, *v.* 1.

2°. De victricibus eorum expeditionibus

1. In Galatiam, Hispaniam, et extremas provincias; 2-4.
2. Contra Philippum, Persen, et Antiochum; 5-7.
3. Adversus Indos, Medos, Lydos, Græcos, aliosque Insularum et regnorum incolas; 8-11.

3°. De fida erga socios amicitia et impensa tutela; 12, 13.

4°. De modestia eorumdem, senatu et consulatu. 14-16.

II. Legatio Judæ, fratrum, et populi Judæorum ad Romanos,

1°. Commissa Eupolemo et Jasoni; 17.

2°. Destinata ad ineundam cum Romanis amicitiæ, et, contra Græcorum oppressiones, fœderis societatem; 17, 18.

3°. Delata Romam, et in Curia negotio rite defuncta; 19, 20.

4°. Consecuta postulatam pacem ac societatem, tabulis etiam æreis inscriptam, et in Jerusalem deferendam. 21, 22.

III. Formula fœderis

1°. Precatur Romanis et Judæis ubique prosperitatem, et ab hostibus immunitatem; 23.

2°. Præscribit Judæis, ut Romanis aut sociis bello lacessitis auxilium, hostibus autem nulla ratione subsidium præstent; 24-26.

3°. Obligat Romanos ad reciprocum in simili casu Judæis præstandum; 27-29.

4°. Permittit utrisque, ex mutuo consensu, his tabulis addere vel demere quæcumque visa fuerint; 30.

5°. Addit, Judæorum causa, datas ad Demetrium litteras dehortatorias, et comminatorias belli a Romanis inferendi. 31, 32.

II°. *Funesta :*

I. Expeditio bellica, Nicanoris cladem reparatura,

1°. Demandata Bacchidi et Alcimo a Demetrio; *lib.* I, *cap.* IX, *v.* 1.

2°. Auspicata, castris ad Masaloth positis, et edita multorum strage; 2.

3°. Continuata stativis ad Jerusalem prolatis, et parte copiarum ad Beream deducta. 3, 4.

II. Statio Judæ in Laisa,

1°. Sub initium tribus virorum millibus definita, mox ad octingentos redacta, et spe addendi plures destituta; 5-7.

2°. Ex sociorum quidem consilio deserenda, sed a Juda, illos ad pugnam animante, et se ad mortem fortiter oppetendam offerente, retenta; 8-10.

3°. Ad egressum hostium e castris et explicationem aciei opposita. 11.

III. Prælium,

1°. Datis utrinque signis, cœptum, et per diem integrum protractum; 12, 13.

2°. Juda cum selecta manu in cornu dextrum pugnacius incumbente, feliciter hac ex parte depugnatum; 14, 15.

3°. Cornu autem sinistro in tergum Judæ invecto restauratum, casuque Judæ ac fuga reliquorum finitum. 16-18.

IV. Posthuma Judæ:

1°. Translatio cadaveris a fratribus in sepulcrum patrium; 19.

2°. Planctus populi et elogium defuncti; 20, 21.

3°. Confessio historici testantis, datam Judæ biographiam ob factorum multitudinem mancam. 22.

V. Consectaria cladis:

1°. Apostatarum recrudescens ferocia; 23.

2°. Judææ per famem afflictio, et sub Bacchidis jugum deditio; 24.

3°. Bacchidis, per constitutos præfectos apostatas, instituta contra Judæ amicos persecutio; 25, 26.

4°. Tribulatio totius Israelis excedens priorum temporum angustias. 27.

## SECTIO V.

### DE JONATHA JUDÆ SUCCESSORE.

#### § I. MAGISTRATUS JONATHÆ PATRIUS.

I°. *Aditus ad eumdem*

I. Datus a Judæorum congregatione,

1°. Deligente Jonatham ob virtutem bellicam; *lib.* I, *cap.* IX. *v.* 28, 29.

2°. Deferente eidem principatum et præfecturam militarem. 30.

II. Captus a Jonatha in locum Judæ succedente. 31.

III. Infestatus a Bacchide,

1°. Mortem Jonathæ minitante; 32.

2°. Eumdem cum suis ad recessum in desertum adigente; 33.

3°. Recedentes trans Jordanem persequente. 34.

IV. Funestatus a Jambritis,

1°. Joannem Machabæum, ad Nabuthæos pro apparatu deponendo missum, intercipientibus et perimentibus; 35, 36.

2°. Similiter a Jonatha ultore in solemni sponsæ deductione interceptis, spoliatis, et partim occisis, partim dispersis. 37-42.

V. Communitus prælio

1°. Inito ad Jordanis ripam, inter Bacchidem aggressorem et Jonatham defensorem, suorumque hortatorem; 43-46.

2°. Finito post editam mille hostium stragem, Jonatha Jordanem

tranante, et, post præsentissimum periculum diversione declinatum, Bacchide Hierosolymam revertente. 47-49.

II°. *Possessio ejusdem*

I. Quieta per biennium,

1°. Syris ad reliquam Judæam munimentis sibi firmandam, et Israelem, auctis custodiis, acceptisque obsidibus, in fide continendum conversis ; 50-53.

2°. Alcimo destruendis domus sanctæ muris interioribus jam intento, sed paralysi subita dissoluto et inter dolores maximos exstincto ; 54-56.

3°. Bacchide Antiochiam digresso. 57.

II. Tentata per insidias

1°. Ab apostatis suggestas ; 58, 59.

2°. A Bacchide structas, sed detectas ; 60.

3°. In auctoribus punitas ; 61.

4°. A Jonatha in Bethbessen digresso declinatas. 62.

III. Turbata per vim et arma,

1°. A Bacchide urbi Bethbessen admota ; 63, 64.

2°. A Jonatha in hostilem regionem cum cædibus illata ; 65, 66.

3°. A Simone, facta felici eruptione, contra oppugnatores versa et victricia. 67, 68.

IV. Ratihabita per pacem,

1°. Præsumptam ex supplicio de consilii auctoribus sumpto, et reditu Bacchidis decreto ; 69.

2°. Propositam a Jonatha, adjecta captivorum sibi reddendorum conditione ; 70.

3°. Concessam a Bacchide, addita jurisjurandi fide et redditis captivis ; 71, 72.

4°. Stabilitam subsequa Bacchidis perpetua ab his terris absentia, et Jonathæ libera sui muneris facultate. 72, 73.

§ II. AUCTORITAS JONATHÆ EXTRANEA

I°. *Ex regum, amicitiam Jonathæ captantium, studiis conspicua.*

I. Studia Demetrii,

1°. Concepta animo,

1. Ex occasione instantis cum Alexandro Bala appulso contentionis ; *lib.* I, *cap.* X, *v.* 1, 2.

2. Ex spe præveniendi officia Alexandri æmula ; 4.

3. Ex metu ultionis a Jonatha injuriarum memori alias sumendæ. 5.

2°. Exposita opere,

1. Datis ad Jonatham litteris honorificis ; 3.

2. Concessis eidem facultate armorum, societate fœderis, et remissione obsidum ; 6.

3. Prælectis in Jerusalem regiis litteris ac reverenter exceptis. 7, 8.

3°. Percepta usu,

1. Parentibus proles obsides recipientibus; 9.
2. Jonatha Jerusalem inhabitante, innovante et muniente; 10, 11.
3. Alienigenis plerisque diffugientibus, paucis in Bethsura remanentibus. 12-14.

II. Studia Alexandri

1°. Constituta, perspectis Demetrii ambitu, Jonathæ merito, et proprio commodo; 15, 16.
2°. Impensa, delatis Jonathæ per litteras pontificatus honoribus, additisque purpuræ et coronæ aureæ donis; 17-20.
3°. Rata habita, Jonatha ad scenopegiæ solemnitatem stolam sanctam usurpante, et exercitum colligente. 21.

III. Sollicitatio altera

1°. Resumpta a Demetrio, initam Alexandri cum Jonatha amicitiam ægerrime ferente; 22-24.
2°. Proposita litteris,
 1. Factum Jonathæ novissimum dissimulantibus, et prioris contractus constantiam dumtaxat repetentibus; 25-27.
 2. In hujus officii compensationem tributa varia remittentibus; 28-31.
 3. Item sacrorum jus proprium, facultatem et immunitatem, privilegia etiam militaria et civilia indulgentibus; 32-37.
 4. Denique pontifici possessionem civitatum et reditus, sacerdotibus stipendia et pecunias, templo jus asyli, ædibus sacris et mœnibus urbis sumptus pro restauratione donantibus; 38-45.
3°. Rejecta a Jonatha et populo, Alexandrum Demetrio gemina ex causa præferentibus. 46, 47.

II°. *Ex Alexandri Jonatham honorantis magnificentia illustris.*

I. Victoria Alexandri, copiis Judaicis aucti,

1°. Post prælium cum Demetrio initum; 48.
2°. Post idem cum eodem fugitivo renovatum; 49.
3°. Post Demetrii in pugna cædem ac mortem. 50.

II. Amicitia cum Ptolemæo Philometore, et nuptiæ cum Cleopatra hujus filia

1°. Expetitæ ab Alexandro, per legatos victoriam et regni aditum nuntiante, et dona spondente; 51-54.
2°. Promissæ a Ptolemæo, conventum tamen prævium postulante; 55, 56.
3°. Initæ et celebratæ ingenti cum pompa in Ptolemaida. 57, 58.

III. Jonathæ ad hanc celebritatem invitati et cum amplissimis muneribus accurrentis

1°. Exceptio ab utroque rege gratiosa; 59, 60.
2°. Vestitus et consessus regius ab Alexandro, invidos interpellatores non audiente, datus; 61, 62.
3°. Deductio per urbem et administratio prior testimonio regio comprobata, et ab obtrectatorum jam fugientium ausu vindicata; 63, 64.

4°. Annumeratio inter regis amicos, duces et principes; 65.
5°. Reditus in urbem pace et lætitia repletus. 66.

III°. *Ex merito in Alexandri commodum redundante amplificata.*

I. Periculum ortum
1°. Ex armato Demetrii Nicatoris in Syriam adventu; 67.
2°. Ex Alexandri conterriti recessu ad metropolim; 68.
3°. Ex immisso ad Jamniam exercitu hostili sub duce Apollonio; 69.
4°. Ex evocatione Jonathæ vel ad defectionem, vel ad pugnam in campo aperto, facta per Apollonium superbe insultantem. 70-73.

II. Bellum gestum,
1°. Initio facto per Jonathæ cum Simone juncti in campestria descensum, et Joppes cinctionem, oppugnationem ac deditionem; 74-76.
2°. Progressu dato,
1. Per stratagema Apollonii, copias versus Azotum moventis et insidias circa Jamniam relinquentis; 77, 79.
2. Per consilium Jonathæ in Apollonium excurrentis, peditatu autem relicto insidias cohibentis; 78, 80, 81.
3. Per virtutem Simonis adversam legionem invadentis, cædentis et dispergentis; 82.
3°. Fine imposito, per expilationem Azoti cum vicinis urbibus, et exustionem templi Dagon cum omnibus eo profugis, cklademque universam octo millium. 83-85.

III. Fructus collectus
1°. Ex hostibus, Ascalon in deditionem accepta et spolia plurima; 86, 87.
2°. Ab Alexandro, augmentum gloriæ, signum cognationis regiæ, possessio Accaronis cum regione subjecta. 88, 89.

## § III. INVARIATA JONATHÆ FORTUNA INTER FUNESTAS REGUM VARIATIONES.

I°. *Auctoritas Jonathæ, inter damnosas Alexandri Balæ et Ptolemæi Philometoris mutationes, illæsa.*

I. Ptolemæi ambitio
1°. Intenta occupando Alexandri regno; *lib.* I, *cap.* XI, *v.* 1.
2°. Potita, sub amici ingressus specie, civitatibus multis; 2, 3.
3°. Sollicitata malevolis sermonibus contra Jonatham, ad Azoti conspectum. 4, 5.

II. Jonathæ œconomia prudens,
1°. Officiosa ad Ptolemæum excursione adhibita; 6.
2°. Comitatu eidem ad extremos Judææ limites præstito continuata; 7.
3°. Regressu dein in Jerusalem opportune finita. 7.

III. Ptolemæi machinatio perfida,
1°. Occupatis jam maritimis stationibus eruptura; 8.

2°. Demetrio, oblatis Cleopatra Alexandri conjuge in sponsam, et regno patrio in possessionem, sub mendaci colore proposita; 9, 10.
3°. Alexandro ambitum exprobrante, et Ptolemæo Cleopatram transferente prodita; 11, 12.
4°. Contra Demetrium æque ac Alexandrum a Ptolemæo, Asiæ et Ægypti coronas conjungente, manifestata. 13.

IV. Alexandri oppositio
1°. Nuntio in Ciliciam delato excita; 14.
2°. Inito prælio tentata; 15.
3°. Capta post cladem acceptam in Arabiam fuga, frustrata; 16.

V. Utriusque catastrophe,
1°. Alexandri quidem, resecto per Zabdiel Arabem capite, tragica; 17.
2°. Ptolemæi autem, triduo post allatum illud caput, mortui importuna; 18.
3°. Demetrii tandem, Syris Ægyptios ubique opprimentibus, elevati inopinata; 18, 19.

II°. ***Virtus Jonathæ ex alternante Demetrii Nicatoris conditione illustrior.***

I. Sub regni aditum, ubi
1°. Demetrius, ad delatam invidiosius obsidionem arcis in monte Sion, iratus, Jonatham desistere et coram adesse jubet; 20-22.
2°. Jonathas, omisso primo, alterum cum seniorum comitatu et donorum delectu executus
1. Excipitur a rege benigne; 23, 24.
2. Contra accusantium vota habetur amice; 25, 26.
3. Secundum morem pristinum confirmatur sacerdotio et principatu. 27.

II. Sub conversationem eamdem,
1°. Jonathas, promissis 300 talentis, immunitatem Judææ et adjectarum toparchiarum paciscitur; 28.
2°. Demetrius addicit, Jonathæ datis litteris continentibus exemplar epistolæ, Lystheni primario ministro inscriptæ; 29-32. in qua
1. Præmittitur ratio motiva concessionis; 33.
2. Tribuitur immunitas petita; 34.
3. Additur remissio tributorum aliorum; 35.
4. Stabilitur concessionis perpetuitas; 36.
5. Mandatur communicatio rescripti a Jonatha custodiendi. 37.

III. Sub tempus quietis,
1°. Demetrius, retento milite extero, exauctorat exercitum patrium cum subditorum offensa; 38.
2°. Tryphon, occasione hinc arrepta, Emalchuel Arabem Antiochi nutritium sollicitat, ad hunc tanquam regem producendum; 39, 40.
3°. Jonathas facultatem pro arce Sion expugnanda urgens, a Demetrio majora pollicito rogatus, submittit ter mille armatos Antiochiam. 41-44.

IV. Sub seditionem Antiochiæ ortam,

1°. Rex ab Antiochenis in aula obsessus implorat Judæorum submissorum auxilium; 45-47,
2°. Judæi civibus stragem ingentem, civitati incendium inferunt; 47, 48.
3°. Cives, viribus Judæorum compulsi, deponunt arma et precantur pacem. 49-51.

V. Sub tranquillitatem redditam,

1°. Judæi gloria et spoliis divites revertuntur Hierosolymam; 51.
2°. Demetrius pacato regno fruitur; 52.
3°. Mox tamen ingratus fidem datam negligit, Jonatham spernit, Judæos vexat. 53.

III°. *Fama Jonathæ sub Antiochi Dei initia celebrior:*

I. Ex additis ab Antiocho honoribus, qui,

1°. Tryphonis opera renuntiatus rex, fugat Demetrium et occupat Antiochiam; 54-56.
2°. Jonathæ pristinas dignitates et immunitates confirmat, additis donis et insignibus; 57, 58.
3°. Simonem ejus fratrem ducem regionis Tyro et Ægypto interjectæ creat. 59.

II. Ex suscepto contra perfidi Demetrii partes bello, quo Jonathas

1°. Ascalonem sponte cedentem occupat, Gazam ad deditionem cogit, omnemque regionem Damascum usque subigit; 60-62.
2°. Contra Demetrii copias in Cades Galilææ excurrit, relicto in provincia Simone, et per eum expugnata Bethsura; 63-66.
3°. Promoto ad aquas Genesar et campum Asor exercitu, in hostium insidias incidit; 67, 68.
4°. Facto prælio, exceptis turmis duabus, deseritur ab omnibus; 69, 70.
5°. Implorata divina misericordia et ope, restaurat prælium, vincit, fugat, et usque Cades cum desertoribus reversis persequitur hostes; 71-73.
6°. Cæsis ter mille hostibus victor Hierosolymam redit. 74.

III. Ex renovatis amicitiæ fœderibus, quæ

1°. Jonathas, opportuno nunc tempore et missis legatis ac litteris, meditatur; *lib.* 1, *cap.* XII, *v.* 1, 2.
2°. Romani, auditis legatis et datis vicissim litteris commendatitiis, probant; 3, 4.
3°. Epistola Spartiatis a Jonatha inscripta exhibet; 5, 6.
Cujus argumentum
1. Memorat olim per litteras ab Ario postulatam Judæorum amicitiam, et hanc ab Onia Spartiatis promissam; 7, 8.
2. Proponit renovationem a Judæis offerri necessitate nulla urgente, sed temporis diuturnitate suadente; 9, 10.
3. Significat Spartiatarum memoriam semper fieri a Judæis in sacrificiis; 11.

4. Indicat sortem Spartiatarum hactenus lætam, Judæorum autem tristem ob bellorum turbas; 12, 13.
5. Addit Judæos tamen abstinuisse a postulandis sociorum subsidiis, cum divinum auxilium præsto fuerit; 14, 15.
6. Exponit legatorum nomina et mandata iilis data; 16, 17.
7. Petit responsum reddi. 18.
* Exempiar epistolæ olim ab Ario ad Oniam datæ, 19, 20.
Qua Arius
α. Renuntiat, ex Scriptura innotuisse de utriusque gentis cognatione et descensu ex Abrahamo; 21.
β. Cupit edoceri de Judæorum prosperitate; 22.
γ. Offert et addicit suorum cum illis amicitiam. 23.

IV. Ex repetitis expeditionibus

1°. Contra Demetrianos,
1. Ad bellum regressos, sed extra Judæam adhuc a Jonatha occurrente occupatos; 24, 25.
2. A nocturna aggressione vigilantia Jonathæ prohibitos; 26-28.
3. Ope focorum accensorum dissimulata fuga elapsos, nec a Jonatha insequente comprehensos; 29, 30.

2°. Contra Arabes Zabadæos cæsos et spoliatos; 31.
3°. Contra Damascum et regionem vicinam, militari percursione sub jugo retentam; 32.
4°. Contra oram maritimam et Joppem, quam postremam, civibus ad Demetrium inclinantibus, Simon occupat et præsidio continet; 33, 34.

V. Ex paratis defensionibus, quarum

1°. Consilium et ideam Jonathas Hierosolymam redux senioribus proponit; 35, 36.
2°. Executionem consentientes seniores reparatione Hierosolymæ præstant; 37.
3°. Amplificationem Simon ædificatione munitionum in Adiada facit. 38.

§ IV. INGLORIUS JONATHÆ EXITUS CUM STRENUO SIMONIS INITIO.

I°. *Proditoria Jonathæ interceptio.*

I. Machinatio Tryphonis

1°. Habens pro fine regnum, submoto Antiocho, occupandum; pro medio comprehensionem et necem Jonathæ, facinus alias impedituri; 39, 40.
2°. Cœpta ingressu in Bethsan, sed interrupta adventu Jonathæ cum exercitu; 40 42.
3°. Artificiose tecta honorum testificationibus, largitionibus et obsequii præstationibus; 43.
4°. Dolose promota, propositis tum pro remittendo exercitu rationibus, tum de Ptolemaida tradenda promissionibus. 44, 45.

II. Imprudentia Jonathæ

1°. Ex credulitate nimia exercitum dimittentis ; 46.

2°. Ex præfidentia temeraria, remissis duobus millibus, socios duntaxat mille retinentis ; 47.

3°. Ex ingressu Ptolemaidis incauto a suis abscissi, et, sociis omnibus interemptis, capti. 48.

III. Consectaria hujus infortunii :

1°. Periculum agminis postremo remissi ab insequentibus Tryphonianis structum, sed a generoso illius ad occumbendum fortiter aut vincendum apparatu disjectum ; 49-51.

2°. Planctus reversi in Judæam agminis et universi Israelis de Jonatha et sociis ; 52.

3°. Conspiratio hostilis vicinarum gentium contra Judæos, duce jam destitutos. 53, 54.

II°. *Ducatus ad Simonem translatio.* Hujus

I. Necessitas agnita

1°. Ex parata a Tryphone in Judæam expeditione ; *lib.* I, *cap.* XIII, *v.* 1.

2°. Ex timore ac perturbatione populi Judaici. 2.

II. Opportunitas data, Simone ad congregatum Hierosolymæ populum

1°. Recensente patris et fratrum pro lege ac gente tum facta tum tolerata ; 3, 4

2°. Offerente suum similiter caput pro iisdem contra ingruentes undique hostes. 5, 6.

III. Dignitas delata a populo,

1°. Simonem ducem unanimiter proclamante ; 7, 8.

2°. Eidem obedientiam spondente. 9.

IV. Functio inita,

1°. Consummatis ad Hierosolymæ munitionem mœniis ; 10.

2°. Ejectis ex Joppe hostium reliquiis, et illic admotis sub Jonathano copiis ; 11.

3°. Oppositis contra Addus castris, dum Tryphon, Jonatham secum trahens, movet Ptolemaidam. 12, 13.

III°. *Repetita Tryphonis prævaricatio*

I. Contra honorem ac familiam Jonathæ, quem

1°. Captum propter debita et regis negotia, missis ad Simonem ante prælium paratum legatis, Tryphon criminatur ; 14, 15.

2°. Liberandum, numeratis centum argenti talentis et duobus filiis obsidibus datis, idem pollicetur ; 16.

3°. Redimendum sibi hoc pretio Simon, licet perfidiam subodoratus, arbitratur ad invidiam declinandam ; 17, 18.

4°. Redemptum præstitis omnibus Tryphon captivum retinet. 19.

II. Contra vitam ejusdem, dum Tryphon

1°. Ingressus in Judæam a Simone ubique ad latus hærente a vi prohibetur ; 20.

2°. Rogatus a præsidiariis arcis in Sion ad annonam deferendam, nive copiosa impeditus excluditur ; 21, 22.

3°. Reversurus in Syriam, et occasione actæ fraudis posthac cariturus, Jonatham et filios trucidat. 23, 24.

IV°. *Funus Jonathæ curatum*,

I. Ossibus defuncti acceptis, et in Modin in sepulcro familiæ repositis. 25.

II. Planctu universi Israelis per multos dies continuato. 26.

III. Mausolæo pro Machabæorum familia e politis lapidibus erecto, atque pyramidibus, columnis, additisque armorum et navium simulacris, ad æternam memoriam exornato. 27-30.

## SECTIO VI.

### DE SIMONE ALTERO JUDÆ SUCCESSORE.

#### § I. RERUM SUB SIMONE GESTARUM CLASSIS PRIOR.

I°. ***Principatus Simoni stabilitus***

I. Sapienti delectu, quo is

1°. Abstinet a Tryphone, Syria, post Antiochum alumnum suum interfectum, tyrannice potito; 31, 32.

2°. Convertit operam ad firmandam præsidiis, munitionibus, et alimoniis Judæam; 33.

3°. Quærit Demetrii amicitiam, missis ad eum legatis. 34.

II. Indulgenti gratia Demetrii, qui, per epistolam Simoni et Judæis inscriptam, 35, 36.

1°. Acceptatis gratanter muneribus, vicissim remittit decretum de sancienda pace et societate; 37.

2°. Declarat liberam et proprii juris Judæam; 38.

3°. Concedit amnestiam, et facultatem militiam regiam sequendi. 39, 40.

III. Plena libertate

1°. Vindicata a jugo gentium et dominatu alieno; 41.

2°. Signata et expressa postmodum in tabulis et actis publicis. 42.

IV. Aucta securitate,

1°. Per urbem Gazam

1. Valida aggressione prope expugnatam; 43, 44.

2. Ad supplices civium preces non quidem eversam, 45, 46.

3. Purgatam tamen penitus ab infidelibus, et fidelibus commissam, munitamque. 47, 48.

2°. Per arcem Sion,

1. Interclusa annona et fame urgente, ad deditionem adactam; 49, 50.

2. Ejectis inde habitatoribus, occupatam cum summa lætitiæ, stato tempore renovandæ, contestatione; 51, 52.

3. Adjectis ad templi montem munimentis, a Simone et sociis inhabitatam; 52.

3°. Per Joannem Simonis filium, virum fortissimum, militiæ ducem constitutum. 54.

II°. *Prosperitas reipublicæ*, facta

I. Indemnis inter turbas, queis

1°. Demetrius Tryphonem impetiturus Mediam ingreditur; *lib.* I, *cap.* XIV, *v.* 1.

2°. Arsaces Mediæ rex incitatus Demetrium prælio victum addicit captivitati; 2, 3.

3°. Simon abstinens fruitur pace et amore populi. 4.

II. Accrescens inter molitiones, queis Simon

1°. Joppen subactam aptat ad commercium maritimum; 5.

2°. Provinciæ fines amplificat; 6.

3°. Civitates mundat et locupletat, incolis e captivitate liberatis. 7.

III. Efflorescens inter studia pacis, queis

1°. Cives excolunt agros, seniores consulunt familiis, juvenes discunt honestatem et militiam; 8, 9.

2°. Providetur de necessariis pro bello, læta agitur tranquillitas, et curatur securitas; 10-13.

3°. Custodia legis defendit bonos et coercet malos; honor et liberalitas promovet sacrorum cultum. 14, 15.

III°. *Amicitia et societas culta*

I. A Romanis,

1°. Contristatis de casu Jonathæ; 16.

2°. Gratulantibus de successione Simonis; 17.

3°. Curantibus tabulas, ad eumdem pro fœdere renovando missas, et Hierosolymæ in synedrio lectas. 18, 19.

II. A Spartiatis, litteras ad Simonem et gentem Judaicam dantibus. 19, 20. Earum formula

1°. Memorat legationem a Judæis nuper missam, a Spartiatis cum gaudio exceptam; 21.

2°. Recitat senatusconsultum, postulatæ amicitiæ renovationi consentiens; 22.

3°. Communicat decreti hujus transumptum Simoni. 23.

III. A Judæis,

1°. Numenium cum clypei aurei dono Romam legantibus; 24.

2°. Gratitudinis significationem, et Simonis laudes ibidem celebratas audientibus; 25, 26.

3°. Testimonium de agnita Judæorum, nullius dominio obnoxiorum, libertate recipientibus. 26.

IV°. *Memoria Simonis celebrata* monumento, sub tertium principatus annum, a Judæis eidem erecto, et tabulis æreis inscripto. 26-28. In hac scriptura

I. Præmittitur

1°. Elogium breve omnium Mathathiæ filiorum; 29.
2°. Compendiaria de Jonatha notitia; 30.
3°. Epitome hostilium contra Judæam machinationum. 31.

II. Recensetur multiplex Simonis cura, impensa

1°. Ad conscribendos, armandos et alendos sua e gente milites; 32.
2°. Ad urbes Judæas muniendas; 33.
3°. Ad munitiones Philistæas præsidiis asserendas. 34.

III. Exhibetur

1°. Redditum his curis a populo præmium, principatus nempe et summum sacerdotium; 35.
2°. Redundans inde fructus, per exterminationem hostium ex arce Sion et vicinia auctus; 36.
3°. Accedens securitas, per Hierosolymæ præsidiarios et muros additos conciliata. 37.

IV. Refertur accessus Demetrii

1°. Summum sacerdotium Simoni confirmantis; 38, 39.
2°. Præviam Romanorum amicitiam imitantis; 40.
3°. Electionem Judæorum approbantis. 41.

V. Describitur auctoritatis collatæ amplitudo,

1°. In constituendis tum magistratibus civilibus, tum præfectis militaribus; 42.
2°. In stabilienda ex Simonis nomine authentia omnium tabularum; 43.
3°. In imponenda omnibus sine exceptione obediendi necessitate. 44, 45.

VI. Subjicitur relatio

1°. De secuto populi in præmissa consensu; 46.
2°. De suscepto a Simone principatu et summo sacerdotio; 47.
3°. De dato mandato, formulæ hujus exemplar alterum suspendendi in publico, alterum asservandi in Simonis archivio. 48, 49.

### § II. RERUM SUB SIMONE GESTARUM CLASSIS POSTERIOR.

I°. *Pax et tranquillitas aliquandiu continuata,*

I. Antiocho Sedete, sub regni auspicia, datis ad Simonem et Judæos litteris, *lib.* I, *cap.* XV, *v.* 1, 2.

1°. Significante suum vindicandi regni patrii animum, et ad insequendos hostes transitum per Judæam; 3, 4.
2°. Confirmante concessa Judææ a suis prædecessoribus privilegia, adjecta insuper monetas cudendi facultate; 5-8.
3°. Promittente, post regnum occupatum, ampliora dona et beneficia. 9.

II. Tryphone regni usurpatore

1°. Deserto a suorum plerisque; 10.
2°. Doram, cum nihil superesset, profugo; 11, 12.
3°. Obsesso ibidem terra marique ab Antiocho, fugientem insecuto. 13, 14.

III. Numenio Judæorum legato cum litteris Romanis ad reges et provincias datis reverso. 15.

Harum litterarum exemplar, a Lucio Romanorum consule Ptolemæo inscriptum, 16.

1°. Narrat legationem pro renovanda societate a Simone missam, et clypeum aureum dono oblatum; 17, 18.

2°. Exhibet decretum Romanum de dandis, pro Judæorum tranquillitate asserenda, ad vicinas gentes mandatis, deque admittendo clypei oblati munere; 19, 20.

3°. Mandat transfugas, si qui fuerint, Simoni ad pœnam sumendam tradi. 21.

IV. Litteris iisdem missis

1°. Ad Demetrium, Attalum, aliosque reges; 22.

2°. In provincias magnæ Græciæ plerasque nominatas; 23.

3°. Ad Simonem etiam in transumpto. 24.

II°. *Amicitiæ fœdus ab Antiocho violatum,*

I. Dato alienati animi indicio, dum, sub obsidionem Doræ continuatam, missas a Simone copias auxiliares ac donationes respuit, et pacta rescindit. 25-27.

II. Postulato per Athenobium, ab Antiocho missum, a Simone magnifice exceptum, proposito, 28, 32. quo

1°. Detentio Joppes, Gazaræ et arcis Sion aliorumque locorum declaratur iniqua; 29.

2°. Repetitur eorumdem restitutio cum tributis perceptis; 30.

3°. Additur conditio, nisi malit Simon loco utriusque solvere mille talenta: si neutrum fecerit, indicitur bellum. 31.

III. Responso ad postulatum

1°. Dato a Simone, proprietatem urbium Judææ sibi asserente, pro redemptione aliarum, extra Judæam defensionis titulo occupatarum, centum talenta offerente; 33-35.

2°. Relato ad Antiochum ab Athenobio, nihil coram obloquente, sed irato, et Simonis magnificentiam invidiosius exaggerante, 35, 36.

3°. Excepto cum indignatione Antiochi. 36.

IV. Infestatione Judææ hostili,

1°. Demandata Cendebæo, constituto expeditionis duci, dum Antiochus Tryphonem Dora elapsum persequeretur; 37-39.

2°. Cœpta ab hoc duce per vicinæ ad Jamniam provinciæ vexationem, et Cedronis munimenti ædificationem; 40.

3°. Parata amplius per collocatos ibidem excursuros in Judæam. 41.

III°. *Defensio contra Antiochi vim hostilem*

I. Delata filiis a Simone,

1°. Irruptionem hostilem audiente; *lib.* I, *cap.* XVI, *v.* 1.

2°. Ob senium, post facta olim gloriosa, nunc effœtum, sibi Judam et Joannem filios natu majores substituente; 2, 3.

3°. Eosdem ad pugnandum sub Dei adjutorio animante, et cum viginti millibus ac equitatu contra hostes mittente. 3, 4.

II. Suscepta ab iisdem,

1°. Oppositis contra Cendebæi castra castris; 5.
2°. Transmisso fortiter torrente intermedio; 6.
3°. Acie prælii ordinata. 7.

III. Gesta feliciter,
1°. Hostibus prælio victis, cæsis pluribus, reliquis Cedronem profugis; 8.
2°. Joanne, cum Judas vulneraretur, eos Cedronem usque persequente; 9.
3°. Eodem hinc etiam in turres Azoto conterminas dilapsos urgente, turribus incensis conficiente, in Judæam denique cum pace reverso. 10.

IV°. *Facinus atrox Ptolemæi filii Abob*,

I. Ortum ex ambitione hujus viri,
1°. Dignitati et divitiis ornati; 11.
2°. Affinitate cum Simone conjuncti; 12.
3°. Ampliori fortunæ et soceri affiniumque vitæ insidiati. 13.

II. Patratum dissimulata proditione, qua
1°. Simonem cum filiis Judæam lustrantem, ad descensum in Jericho, invitat in Doch suam munitiunculam; 14.
2°. Ibidem, parato convivio, et dispositis clam sicariis, excipit; 15.
3°. Sub finem convivii armatus invadit et perimit; cæde simul quibusdam servis, noxa autem universo Israeli illata. 16, 17.

III. Auctum multiplici perfidia,
1°. Contra patriam, evocando Ptolemæum Ægyptium; 18.
2°. Contra jura, machinando mortem Joanni, et sollicitando tribunos; 19
3°. Contra sacra, mittendo occupaturos Hierosolymam et templum. 20.

IV. Inhibitum ab ulteriore progressu,
1°. Præcursore nuntio Joannem monente de facinore et insidiis; 21.
2°. Joanne immissos contra se sicarios præveniente et occidente; 22.
3°. Eodem in pontificatum succedente, ac deinceps claro gestis tum bellicis, tum politicis, in libro sacerdotii ejusdem consignatis. 23, 24.

## EPILOGUS

I. Narrationem scriptoris cum Nicanoris epocha finitam pronunciat. *Lib.* II, *cap.* xv, *v.* 38.

II. Scriptum probari optat; scriptionis elegantiam forsan minorem non dissimulat. 39.

III. Eamdem tamen excusat, scriptorum varietate pro more in aliis solito placitura, finemque libro imponit. 40.

# APPENDIX

## EPISTOLAS DUAS EXTRA NARRATIONIS SERIEM POSITAS SUBNECTENS.

### EPISTOLA PRIOR

I. Inscribitur Judæis per Ægyptum sparsis a Judæis Hierosolymam et Judæam incolentibus, salutem et pacem præmittentibus. *Lib.* II, *cap.* I, *v.* 1.

II. Apprecatur a Deo

1°. Beneficia Patriarchis olim et omnibus fidelibus promissa; 2.

2°. Gratiam ad divinum cultum et obsequium, legisque observantiam magno et lubenti animo præstandam; 3, 4.

3°. Annutum orantibus, indulgentiam pœnitentibus, et opem patientibus. 5.

III. Certiores facit de memoria eorum in precibus fieri solita. 6.

IV. Provocat ad litteras, anno Græcorum centesimo nono scriptas, de gravissimis malis a Jasone illatis. 7.

V. Adjicit, sublatis nunc iisdem, sacrorum usum frequentatum. 8.

VI. Invitat ad festum scenopegiæ celebrandum. 9.

### EPISTOLA POSTERIOR.

I°. *Inscriptio* consignatur anno Græcorum centesimo octogesimo octavo, fit a Juda, senatu, populoque Judæorum in Judæa, dirigitur ad Aristobulum regis Ptolemæi magistrum et sacerdotem, ac Judæos in Ægypto, precatur salutem et sanitatem. 10.

II°. *Exordium*

I. Exhibet gratiarum actionem Judæorum pro liberatione ab Antiocho Sedete, pessimo Israelis hoste in Persia demum sublato. 11-13.

II. Describit breviter simulatam Antiochi procationem Naneæ in sponsam, ingressum in hujus fanum, cædem a sacerdotibus ex occulto aditu irrumpentibus factam. 14-16.

III. Instaurat redditas a Judæis pro hoc beneficio Deo laudes. 17.

III°. *Propositio* enuntiat decretam ab Hierosolymitanis purificationem templi in vigesimam quintam Casleu, exhortatur Ægyptios ad celebrandam scenopegiam et memoriam reperti a Nehemia ignis sacri. 18.

**IV°. *Narrationis pars prima* de igne cœlitus dato.**

I. Factum antecedens :

1°. Sub transmigrationis Babylonicæ initium, sacerdotes ignem de altari translatum abscondunt in vallis puteo, alto, sicco et ignoto; 19.

2°. Post annos plures et reditum Nehemiæ, inquiritur ab illorum nepotibus ignis iste, sed nonnisi aqua crassa invenitur; 20.

3°. Nehemiæ jussu, hac aqua asperguntur sacrificia et ligna apposita; 21.

4°. Affulgente sole, accenditur magnus in altari holocaustorum ignis, mirantibus omnibus, et preces fundentibus sacerdotibus; 22, 23.

II. Oratio Nehemiæ intercedens, qua Deum

1°. Invocat, attributis Dei enumeratis; 24, 25.

2°. Rogat, suscepto hoc sacrificio, et populo tum sanctificato tum reducto, manifestare gloriam suam; 26, 27.

3°. Postulat vindictam de hostibus et possessionem loci sancti, a Moyse prædictam; 28, 29.

III. Factum consequens :

1°. Sacerdotes, consumptis inter hymnos a se continuatos sacrificiis, jubentur aqua residua lapides majores perfundere; 30, 31.

2°. Ignis hinc etiam accensus consumitur a flamma de altari progressa. 32.

3°. Fama hujus rei, in Persidem perlata, excitatus rex, post diligens examen agnoscit miraculum, in memoriam erigit templum, sacerdotibus donat varia; 33-35.

4°. Nomen memoriale loco a Nehemia adjicitur. 36.

**V°. *Narrationis pars altera*, ex Jeremiæ commentariis desumpta,**

I. De igne sacro, quem Jeremias jussit a transmigrantibus assumi, additis monitis de vitando idolorum cultu, et lege sancita colenda. *Lib.* II, *cap.* II, *v.* 1-3.

II. De arca, tabernaculo, et altari thymiamatis, quæ

1°. Jeremias a Deo jussus in spelunca montis Nebo abscondit; 4, 5.

2°. Indagatores pone sequentes non inveniunt, ob curiositatem hanc reprehensi a propheta. 6, 7.

III. De oraculo Jeremiæ

1°. Prænuntiantis locum hunc fore ignotum usque ad secuturam populi Dei congregationem; 8.

2°. Describentis futuram tum majestatis divinæ manifestationem; 9.

3°. Probantis, ex Moysis et Salomonis exemplo, necessariam devotionis excellentiam pro impetranda hujusmodi gratia. 10-12.

**VI°. *Narrationis pars tertia* breviter notat,**

I. Eadem fuisse conscripta a Nehemia, bibliothecam adornante; 13.

II. Sacros codices per bella dissipatos simili cura a Juda collectos; 14.

III. Horum transumpta posse communicari desiderantibus. 15.

VII°. *Epilogus* repetit

I. Exhortationem ad celebrandum festum tabernaculorum et memoriam ignis. 16.

II. Grates et laudes Deo pro restitutis sacris debitas. 17.

III. Augurium de omnimoda populi reparatione, ex beneficio parti Judæorum jam præstito. 18, 19.

# LIBRI HISTORICI

# VETERIS TESTAMENTI.

---

## II.

### HISTORIA

### POPULI A DEO ELECTI

PARTICULARIS ET DISCRETA.

# LIBER RUTH.

## PARALIPOMENON GENEALOGICUM.

### § I. PRIMUM RUTH CONJUGIUM

I°. *Descriptum brevi annotatione de epocha temporis, soceri adventu et mora in Moabitide, genere, familia et morte. Cap.* I, *v.* 1, 3.

II°. *Initum cum Mahalone Elimelech filio, dum Orpha filio alteri nuberet.* 4.

III°. *Solutum morte mariti, et simili Orphæ casu.* 5.

### § II. VIDUITAS RUTH CONSPICUA

I°. *A generoso ad regionem et religionem Hebræam transitu.*

I. Iter Noemi in Judæam, cum duabus nuribus susceptum. 6, 7.

II. Reditus in Moabitidem, ab eadem

1°. Nuribus iterato suasus; 8-13.

2°. Orphæ etiam persuasus. 14.

III. Constans comitandi socrum voluntas, a Ruth

1°. Demonstrata per adhæsionem frustra tentatam; 15. .

2°. Probata per declaratum in Judæa moriendi, et Deum Israelitarum colendi animum; 16.

3°. Confirmata per additum de hoc proposito juramentum. 17.

IV. Appulsus Noemi in Bethlehem,

1°. Comitatus Ruth jam in sociam admissa; 18.

2°. Exceptus cum admiratione Bethlehemitarum; 19.

3°. Declaratus ab ipsa Noemi, ob mutuam sortem, diversus a priori exitu; 20, 21.

4°. Notatus a tempore messis hordeaceæ. 22.

II°. *A spicilegio ex propinqui benevolentia copioso.*

I. Propinquus hic Booz potens et dives. *Cap.* II, *v.* 1.

II. Spicilegium Ruth,

1°. Jussu socrus et casu, cœptum in agro Booz; 2, 3.

2°. Ab hoc, messores lustrante et examinante, cognitum. 4-7.

III. Benevolentia Booz

1°. Ruth alloquentis, et jubentis, non alibi quam suo in agro, legere spicas ; 8, 9.
2°. Venerabundam illam et mirantem laudantis, a fidelitate in socrum, et religione in Deum ; 10-12.
3°. Eamdem, humilitate se commendantem, invitantis ad prandium cum suis sumendum ; 13, 14.
4°. Præcipientis, ut messores studiose relinquant copiosum spicilegium. 15, 16.

IV. Copia spicilegii ex collectis uno die tribus modiis manifesta. 17.

III°. *Ab observantia erga socrum*

I. Contestata, delatis ad eam collectaneis et mensæ reliquiis. 18.
II. Probata, sinceris ad facti quæstionem responsis et expositionibus. 19-21.
III. Continuata, exactis ad datum consilium negotiis sequentibus. 22, 23.

## § III. CONJUGIUM RUTH ALTERUM,

I°. *Consilium nuptiarum*

I. Datum a Noemi,
1°. Providam nurus curam gerente ; *cap.* III, *v.* 1.
2°. Booz illi destinante ; 2.
3°. Opportunis ad hunc finem monitis eamdem instruente. 3, 4.

II. Susceptum a Ruth,
1°. Omnem obedientiam spondente ; 5.
2°. Ad aream ventilati hordei descendente ; 6.
3°. Ad pedes Booz ibidem dormientis stratum sumente. 7.

III. Admissum a Booz,
1°. Sub noctis vigiliam ad fœminæ præsentiam horrente ; 8.
2°. Ad agnitionem et propositionem Ruth, nuptias ex leviratus lege postulantis, laudante eamdem et erigente ; 9-11.
3°. Matrimonium spondente, sub conditione tamen et aliqua mora. 12, 13.

IV. Ratihabitum a memoratis :
1°. A Booz quidem, Ruth sex modiis donatam ante diluculum dimittente ; 14, 15.
2°. A Ruth vero, socrui factum narrante, et donum exhibente ; 16, 17.
3°. A Noemi tandem, successum felicem spondente. 18.

II°. *Tractatio nuptiarum legalis*,

I. Cœpta per datam vindici optionem,
1°. Booz senatum populi rogante ; *cap.* IV, *v.* 1, 2.
2°. Agnato propiore hæreditatis emptionem decernente ; 3, 4.
3°. Eodem tamen matrimonium cum Ruth declinante. 5.

II. Promota per hujus cessionem,
1°. Declaratam expressis verbis; 6.
2°. Descriptam antiquo more; 7.
3°. Auctoratam legali symbolo. 8.
III. Confecta per solemnem stipulationem,
1°. Editam a Booz judiciali formula; 9, 10.
2°. Munitam publico testimonio; 11.
3°. Auctam congratulantis populi apprecatione. 12.
III°. *Celebratio nuptiarum,*
I. Fœcundarum prole mascula. 13.
II. Festivarum ab amicorum gaudio et socrus solatio. 14-16.
III. Æstimatarum a nepote regio. 17.
IV. Memorandarum a familiæ catalogo. 18-22.

# LIBER TOBIÆ.

## UTRIUSQUE TOBIÆ VITA, ET IMAGO PII CONJUGII.

---

### § I. BIOGRAPHIA SENIORIS TOBIÆ.

I°. *Summarium vitæ :*

I. Genus et patria. *Cap.* I, *v.* 1.
II. Virtus generalis, studium rectitudinis. 2.
III. Virtus characteristica, misericordia. 3.

II°. *Juventus commendatur,*

I. A modestia et gravitate. 4.
II. A fuga exempli et consortii pravi. 5.
III. A studio religionis. 6.
IV. Ab observatione legis accurata. 7, 8.

III°. *Virilis ætas exponitur,* qua Tobias

I. Init matrimonium legitimum et fœcundum. 9.
II. Instituit prolem religiose. 10.
III. Subit captivitatem. 11.
IV. Abstinet a cibis vetitis. 12.

IV°. *Conditio vitæ varians sub regibus :*

I. Sub Salmanasare, Tobias
1°. Gaudet regis gratia, et libertate, 13, 14.
2°. Adhortatur concaptivos ad bonum ; 15.
3°. Gabelo dat decem talenta mutuo. 16, 17.

II. Sub Sennacherib Judæis infesto, 18.
1°. Ante plagam Hierosolymæ acceptam, pergit exercere opera misericordiæ ; 19, 20.
2°. Post illam, spoliatur bonis, destinatur morti, fugit et latet. 21-23.

III. Sub Assaradone, 24.
1°. Recuperat sua ; 25.
2°. Religiose et liberaliter celebrat festos dies ; *cap.* II, *v.* 1, 2.
3°. Relicto prandio, colligit cadavera, 2, 4.
4°. Prandet memor Dei ; 5, 6.
5°. Sepelit sub noctem mortuos, frustra contradicentibus amicis. 7-9.

V°. *Afflictiones :*

I. Prior corporis, per cæcitatem

1°. Illatam a stercore hirundinum in dormientis oculos illapso; 10, 11.

2°. Permissam a Deo in virtutis tentamentum, et ad aliorum exemplum; 12.

3°. Susceptam a Tobia sine tristitia; 13.

4°. Toleratam cum gratiarum actione. 14.

II. Altera famæ,

1°. Creata ab amicis per irrisionem; 15, 16.

2°. Mitigata a Tobia per gentis sanctitatem et vitæ æternæ memoriam; 17, 18.

3°. Aucta per uxoris exprobrationem : hujus notatur

1. Occasio, data per balatum hœdi, ab uxore mercenario texente comparati; 19, 20.

2. Causa, desumpta ex monito Tobiæ hædum furtivum timentis; 21.

3. Actio ipsa, verbis mordacibus edita. 22, 23.

III. Posterior mentis, manifestata per gemitum et orationem. *Cap.* III, *v.* 1. Hac Tobias

1°. Contestatur reverentiam erga Deum; 2.

2°. Deprecatur ejusdem misericordiam; 3.

3°. Confitetur illius justitiam; 4-5.

4°. Exoptat mortem ex Dei voluntate. 6.

§ II. PROLEGOMENA AD HISTORIAM TOBIÆ JUNIORIS.

I°. *Enarratio casus Saræ*,

I. Connexa cum priori argumento per diem synchronum. 7.

II. Referens factum, scilicet

1°. Fatum infelix septem Saræ sponsorum; 8.

2°. Improperium ab ancilla, juste objurgata, in Saram conjectum; 9.

3°. Afflictionem Saræ hinc ortam, et deprecationem ad Deum, conjunctam cum triduano jejunio. 10-12.

III. Recitans orationem, qua Sara

1°. Orditur a laude divinæ misericordiæ; 13.

2°. Proponit petitionem vel liberationis a malo, vel mortis; 14, 15.

3°. Exponit innocentiam suam, abhorrentem et remotam

1. Ab omni concupiscentia; 16.

2. Ab incauta conversatione; 17.

3. Ab intentione illegitima initi matrimonii; 18.

4°. Profitetur et agnoscit in sua adversitate

1. Latens divinæ providentiæ consilium; 19, 20.

2. Intentam saluti nostræ dispositionem divinam; 21.

3. Misericordiæ divinæ indulgentiam; 22.

5°. Concludit laudando Deum. 23.

IV. Conjungens æqualem Tobiæ et Saræ sortem, ob exauditas

eodem die amborum preces et missum auxilio Angelum Raphaelem. 24, 25.

II°. *Instructio a Tobia seniore, de morte sibi proxima persuaso, data juniori* : *Cap.* IV, *v.* 1, 2. hac commendatur

I. Pietas erga parentes, exhibenda
1°. Sepultura patris; 3.
2°. Veneratione viduæ matris et gratitudine erga eamdem ; 4.
3°. Sepultura ejusdem morituræ. 5.

II. Misericordia erga pauperes,
1°. Determinando exercitium
1. Per eleemosynas; 7.
2. Per misericordiæ opera erga vivos; 17.
3. Per religionem erga mortuos. 18.
2°. Præscribendo modum, ex facultatibus et viribus metiendum; 8, 9.
3°. Afferendo motiva : quia eleemosyna
1. Conciliat Dei favorem ; 7.
2. Meretur præmium; 10.
3. Liberat a peccato et morte; 11.
4. Fiduciam tribuit coram Deo. 12.

III. Officia erga proximum, scilicet
1°. Abstinentia a violatione thori alieni ; 13.
2°. Fuga superbiæ et contemptus aliorum; 14.
3°. Præstatio mercedis mercenario debitæ ; 15.
4°. Cautio ne faciat alteri, quod quis sibi fieri nolit. 16.

IV. Officia erga Deum et seipsum : qualia sunt
1°. Memoria Dei in omnibus; 6.
2°. Laus ejusdem, et imploratio divini auxiiii; 20
3°. Innocentia vitæ, et abstinentia a peccato; 6.
4°. Tolerantia malorum præsentium, et expectatio bonorum futurorum ; 23.
5°. Consultatio sapientum in negotiis. 19.

V. Cura domestica pro recuperando mutuo : hujus
1°. Ratio et conditio exponitur; 21.
2°. Exactio commendatur ; 22.
3°. Difficultas ab filio, cætera obediente, proponitur; *cap.* V. *v.* 1, 2.
4°. Facilitas a patre docetur. 3.

§ III. PROVIDENTIA DIVINA SUB TOBIÆ JUNIORIS ITER EDITA.

I°. *Comes itineris Angelus.*

I. Tobias junior, ex patris mandato, comitem itineris perquirens, incidit in personatum Angelum, ad id officii paratum. 4-8.

II. Patri eumdem nuntiat et adducit. 9-13.

III. Pater, de dotibus comiti necessariis sollicitus, quærit notitiam et accipit. 14-19.

IV. Constituto pacto, iter suscipitur. 20-22.

II°. *Itineris suscepti adjuncta.*

I. Parentum affectus sub itineris initium :

1°. Mater dolet et timet de filio peregre misso; 23-25.

2°. Pater confidit et instruit uxorem de Dei providentia. 26-28.

II. Itinerantium casus sub itineris prosecutionem :

1°. Tobias, in Tigri fluvio loturus pedes, terretur a pisce; *cap.* VI, *v.* 1-3.

2°. Piscem, jussu angeli extractum, partim in cibum, partim in medicinam servat; 4-6.

3°. Instruitur de usu cordis et fellis ex pisce servati. 7-9.

III. Instructio ab Angelo data :

1°. Angelus, de loco mansionis rogatus, suadet divertere in Rages; 10, 11.

2°. Proponit Tobiæ matrimonium cum Sara Raguelis filia ineundum ; 12, 13.

3°. Tobiam, contra hoc matrimonium excipientem, monet, lascivis tantum timendum a dæmonio; 14-17.

4°. Docet modum matrimonii feliciter celebrandi. 18-22.

§ IV. PROVIDENTIA DIVINA SUB COMMORATIONEM TOBIÆ JUNIORIS IN RAGES CONTINUATA.

I°. *Matrimonium Tobiæ et Saræ*

I. Præparatum ,

1°. Per Raguelis hospitalitatem; *cap.* VII, *v.* 1.

2°. Per memoriam Tobiæ senioris revocatam; 2.

3°. Per notitiam de eodem petitam et captam; 3, 4.

4°. Per agnitionem Tobiæ junioris amice exceptam. 5-9.

II. Agitatum ,

1°. Tobia Saram in sponsam postulante ; 10.

2°. Raguele ob sinistri eventus metum hæsitante ; 11.

3°. Raphaele timorem abstergente ; 12.

4°. Raguele tandem consentiente. 13, 14.

III. Contractum,

1°. Datis utriusque sponsi dextris, et benedictione patris ; 15.

2°. Conscriptis nuptiarum tabulis; 16.

3°. Institutis epulis; 17.

4°. Sponsa a matre in cubile paratum inducta et animata ; 18-20.

5°. Sponso ad eamdem introducto. *Cap.* VIII, *v.* 1.

II°. *Sponsi incolumes servati.*

I. Modus quo beneficium hoc acceptum :

1°. Sponsus, monitorum memor, jecur piscis imponit carbonibus; 2.

2°. Raphael religat dæmonem in deserto; 3.

3°. Sponsa excitatur ad observationem angelicæ instructionis; 4, 5.
4°. Uterque sponsus orationi vacat : 6. in ea
1. Agnoscitur divina matrimonii institutio; 7, 8.
2. Declaratur primarius ejusdem finis; 9.
3. Exoptatur Dei ad illud benedictio. 10.

II. Affectus quibus beneficium hoc exceptum :
1°. Raguel, timens eventum matrimonii sinistrum, jam parat sepulcrum; 11, 12.
2°. Uxor, a Raguele jussa, explorat dubium sponsorum statum, per ancillam in cubile missam; 13-15.
3°. Uterque, allato de sponsorum incolumitate nuntio, lætus Deo benedicit, 16.
1. Agnoscendo misericordiam Dei multiplicem; 17, 18.
2. Precando, eamdem celebrari a sponsis et gentibus universis; 19.
4°. Famuli jussi paratam fossam replent. 20.

III°. *Festivitas nuptialis*

I. Constituta
1°. Convivio, amicis et vicinis parato; 21, 22.
2°. Commoratione Tobiæ in duas hebdomadas addicta; 23.
3°. Dimidia hæreditatis parte in dotem jam attributa. 24.

II. Promota Raphaelis officio :
1°. Tobias officium postulat,
1. Petendo auditum; *cap.* IX, *v.* 1.
2. Contestando suum gratitudinis debitum; 2.
3. Exponendo officium, in mutui a Gabelo recipiendi negotio, præstandum; 3.
4. Addendo, pro ratione, beneficium tum patri tum socero exhibendum; 4, 5.
2°. Raphael officium præstat, exequendo mutui recipiendi negotium. 6.

III. Aucta interventu Gabeli, qui
1°. Raphaelis invitatu accedit; 7.
2°. Mutuo gaudio a Tobia excipitur; 8.
3°. Benedicit Tobiæ, uxori et parentibus, adjecto posteritatis voto; 9-11.
4°. Cum convivis votum confirmantibus lætatur. 12.

§ V. PROVIDENTIA DIVINA SUB REDITUM TOBIÆ FILII AD PATREM CONSUMMATA.

I°. *Reditus Tobiæ junioris*

I. Desideratus a parentibus; quorum
1°. Uterque, ob moram anxius, suspicatur casum sinistrum et tristatur; *cap.* X, *v.* 1-3.
2°. Mater etiam
1. Vehementius dolet ac lamentatur; 4, 5.
2. Variis actionibus inquietem et sollicitam se ostendit; 7.

3°. Pater vero moderate fert, et sperat. 6.

II. Permissus tandem a socero, qui

1°. Postulat ulteriorem moram; 8.

2°. Excipienti et renuenti Tobiæ cedit; 9.

3°. Dat dotem, et bene precatur genero; 10, 11.

4°. Valedicit filiæ, et monita addit. 12, 13.

III. Perfectus a Tobia,

1°. Per susceptam cum familia profectionem; *cap.* XI, *v.* 1.

2°. Per itineris, relicta familia, accelerationem,

1. Suasam et persuasam ab angelo; 2, 3.

2. Munitam, assumpto piscis felle, et accepta de illius usu instructione; 4, 7, 8.

3°. Per appulsum

1. Ab Anna circumspectante eminus detectum; 5.

2. Ab eadem marito nuntiatum; 6.

4°. A cane præcurrente amplius manifestatum. 9.

II°. *Gaudium Tobiæ senioris*

I. Excitatum ex salvo reditu filii,

1°. Cui venienti cespitans occurrit; 10.

2°. Quem læto amplexus osculo excipit; 11.

3°. Cum quo Deum benedicit. 12.

II. Auctum ex cæcitatis sanatione,

1°. Procurata

1. Per piscis fel illitum oculis; 13.

2. Per nubeculam a membrana, instar albuginis, dissolutam; 14.

3. Per eamdem a filio detractam; 15.

2°. Celebrata a domesticis et notis omnibus; 16.

3°. Adscripta a seniore Tobia divinæ misericordiæ. 17.

III. Amplificatam ex lætis aliis adjunctis, scilicet

1°. Adventu Saræ cum divitiis; 18.

2°. Narratione beneficiorum sub iter acceptorum; 19.

3°. Gratulatione amicorum; 20.

4°. Septiduanis conviviis. 21.

§ VI. PROVIDENTIA DIVINA SUB FINEM AGNITA ET CELEBRATA.

I°. *Manifestatio Raphaelis.*

I. Occasio manifestationis,

1°. Deliberatio de gratitudinis munere Raphaeli pendendo; *cap.* XII, *v.* 1-3.

2°. Determinatio dimidiæ allatorum portionis pro munere; 4.

3°. Oblatio cum precibus, ut acceptare munus placeat. 5.

II. Sermo manifestationis, quo Raphael

1°. Monet, grates referendas Deo tanquam benefactorum auctori; 6.

2°. Docet æquitatem occultationis præteritæ, et revelationis futuræ; 7.

3°. Exponit bonorum operum utilitatem, malorum autem vim noxiam; 8-10.
4°. Assignat, facta ad præsentem casum applicatione, 11.
  1. Pro causa meritoria, Tobiæ orationem et opera misericordiæ; 12.
  2. Pro causa motiva, probationem virtutis; 13.
  3. Pro causa efficiente, Deum et Raphaelem; 14.
5°. Declarat se esse angelum Raphaelem. 15.

III. Complementum manifestationis:
1°. Tobias uterque ad hanc expositionem præ timore corruit; 16.
2°. Raphael revocatos a timore excitat ad Deum laudandum; 17, 18.
3°. Idem se hactenus personatum hominem, revera spiritum docet; 19.
4°. Repetita ad Deum laudandum adhortatione, rediturus ad Deum disparet; 20, 21.
5°. Sequitur utriusque Tobiæ trihorariâ gratiarum actio, divulgatio beneficiorum sibi factorum, ac tandem senioris canticum. 22; *cap.* XIII, *v.* 1.

II°. ***Canticum Tobiæ senioris***

I. Eucharisticum: in quo
1°. Agnoscit magnitudinem et providentiam Dei circa adversa et prospera; 1, 2.
2°. Excitat Israelitas ad laudandum Deum, 3, 6.
  1. Qui, eos dispergendo in gentes, suam apud has cognitionem divulgaudam intendit; 4.
  2. Qui, eosdem affligendo, debitam demeritis vindictam, liberando, immeritam misericordiam declarat; 5.
3°. Profitetur, eamdem in diversa sua sorte intentionem Dei manifestatam; 7.
4°. Repetit eamdem
  1. Tum confessionem suam; 9.
  2. Tum adhortationem ad infideles æque ac fideles. 8, 10.

II. Propheticum: ubi idem
1°. Prædicit Hierosolymæ excidium; 11.
2°. Promittit Israelitarum conversionem, liberationem e captivitate, et restaurationem templi; 12.
3°. Describit restituendæ urbis gloriam,
  1. Ex concursu gentium, ibidem Deum honoraturarum; 13-15.
  2. Ex sorte mala impedientium, prospera adjuvantium hoc opus; 16.
  3. Ex felicitate incolarum urbis fidelium; 17, 18.
4°. Gratulatur sibi jam præscio, et nepotibus visuris futuram hanc gloriam; 19, 20.
5°. Exaggerat urbis splendorem, ex pretiosa murorum, portarum et platearum materia, ac incolarum jubilo; 21, 22.
6°. Benedicit Deo hujus gloriæ auctori, et precatur perpetuitatem. 23.

## § VII. HISTORIA RESIDUA UTRIUSQUE TOBIÆ.

I°. *Residuum de Tobia seniore.*

I. Chronotaxis vitæ :

1°. Annos quinquaginta sex natus fit cæcus; *cap.* XIV, *v.* 3.

2°. Sexagenarius recipit visum ; 3.

3°. Reliquis quadraginta duobus annis utitur sorte prospera, fruitur pietatis fructibus, gaudet numerosa posteritate, 1, 4.

4°. Completis annis vitæ centum et duobus, mortuus honorifice sepelitur in Ninive. 2.

II. Morituri Tobiæ ad filium et nepotes sermo, 5.

1°. Propheticus

1. De excidio Ninive; 6.
2. De reditu Israelitarum et restauratione templi; 6, 7.
3. De idololatriæ apud Israelitas abolitione; 8, 9.

2°. Adhortatorius

1. Ad sincerum Dei cultum; 10.
2. Ad opera pietatis et misericordiæ; 11.
3. Ad habitationem, post sua et uxoris fata, transferendam alio, ob imminens Ninives excidium. 12, 13.

II°. *Residuum de Tobia juniore.*

I. Post matris obitum secedit cum familia in Rages. 14.

II. Socerorum ibidem, dum viverent, curam gerit; dum morerentur, bonis fruitur, et posteritate augetur. 15.

III. Expletis pie ac feliciter vitæ nonaginta novem annis, quiete moritur. 16.

IV. Relinquit posteritatem in bono perseverantem, Deo hominibusque gratam. 17.

# LIBER JUDITH.

## PATRIA PER HEROICUM FEMINÆ FACINUS LIBERATA.

### § I. OCCASIO VEXATÆ PALÆSTINÆ ET INFESTATÆ BETHULIÆ.

I°. *Occasio remota, temeritas Arphaxadi*

I. Orta ex victoriis. *Cap.* I, *v.* 1.

II. Jactata in ædificatione Ecbatanæ. 2, 3.

III. Insolescens ex virium potentia. 4.

IV. Compressa prælio a Nabuchodonosore. 5, 6.

II°. *Occasio propinqua, superbia Nabuchodonosoris*, qui,

I. Elatus ex hac victoria, homagium postulat a vicinis populis. 7-10.

II. Recusantibus irascitur, et vindictam jurat. 11, 12.

III. Consilio cum suis habito, expeditionem decernit et committit Holoferni. *Cap.* II, *v.* 1-6.

III°. *Occasio propior ferocia Holofernis*,

I. Provida in apparatu militari. 7-10.

II. Victrix de populis repugnare ausis. 11-18.

III. Felix ex deditione multorum spontanea. *Cap.* III, *v.* 1-6.

IV. Crudelis etiam in dedititios. 7-13.

IV°. *Occasio proxima, constantia Israelitarum* : hi

I. Primo ad Holofernis accessum et factorum famam trepidant. 14, 15; *cap.* IV, *v.* 1, 2.

II. Mox ad resistendum ex omni parte se parant. 3-7.

III. Tum jejunio et oratione Deum conciliare student. 8-10.

IV. In spem ab Eliacim erecti perseverant. 11-17.

### § II. EXPEDITIO CONTRA ISRAELITAS RESISTERE AUSOS, AB HOLOFERNE SUSCEPTA.

I°. *Consultatio Holofernis ante expeditionem.*

I. Propositio Holofernis informationem de Israelitarum statu postulans. *Cap.* V, *v.* 1-4.

II. Oratio Achioris exponens 5.

1°. Originem Judæorum; 6, 7.

2°. Religionem; 8.

3°. Incrementum et fata in Ægypto; 9, 10.

4°. Exitum ex eadem, et mirabilia per desertum; 11-16.

5°. Variam sortem, pro diversitate pietatis vel cultæ vel neglectæ; 17-19.

6°. Occupationem Palæstinæ, et fortunam similiter ibidem variantem; 20, 21.

7°. Captivitatem, et ex ea reditum. 22, 23.

III. Decretum de oppugnandis vel non oppugnandis Israelitis ab eodem suspensum, ex notitia circa eorum pietatem vel hujus defectum capienda. 24, 25.

IV. Consilium Assyriorum decernens, oppugnandos Israelitas, et Achiorem una perdendum. 26-29.

V. Sententia Holofernis irati,

1°. Divinitatem Nabuchodonosori adscribentis; *cap.* VI, *v.* 1, 2.

2°. Sociam Achioris, cum Israelitis perituri, mortem decernentis; 3, 4.

3°. Eumdem ad Israelitas transferri jubentis. 5, 6.

II°. *Dispositio Israelitarum se tueri audentium.*

I. Excursio Bethuliensium, et Achioris, ad arborem ab hostibus alligati, deductio in urbem. 7-10.

II. Achioris expositio, cur et quorsum ab Assyriis hac ratione sit traditus. 11-13.

III. Deprecatio Israelitarum ad Deum pro auxilio impetrando. 14, 15.

IV. Spes concepta de Deo, et promissio Achiori facta. 16-18.

V. Oziæ hospitalitas, et continuatio precum. 19-21.

III°. *Infestatio Bethuliæ.*

I. Exercitus hostium numerosus urbi admotus. *Cap.* VII, *v.* 1-3.

II. Accessus propior a Bethuliensibus prohibitus. 4, 5.

III. Aquæductus urbi præcisus. 6.

IV. Fontes urbi proximi, additis custodibus, erepti obsessorum usibus. 7-10.

IV°. *Angustiæ obsessorum.*

I. Orta ex aquæ penuria sitis. 11.

II. Ex siti lamenta, et contra Oziam querelæ motæ. 12-14.

III. Subjuncta his postulatio de tradenda hostibus urbe. 15-17.

IV. Desperationi proxima deprecatio ad Deum. 18-21.

V. Decreta urbis traditio, nisi intra quinque dies Deus succurrerit. 22-25.

### § III. CONSILIUM LIBERANDÆ BETHULIÆ A JUDITH INITUM.

I°. *Prosopographia Judith* : hujus narratur

I. Genealogia. *Cap.* VIII, *v.* 1.

II. Conjugium cum Manasse, hujusque mors et sepultura. 2, 3.

III. Viduitas virtutibus illustris. 4-6.

IV. Forma, conditio, fama. 7, 8.

II°. *Oratio Judith, novum consilium molientis* : 9. per hanc illa

I. Improbat senatusconsultum præcedens. 10-13.

II. Suadet postulare veniam consilii male cœpti. 14-16.

III. Facit spem obtinendæ a Deo misericordiæ et liberationis. 17-20.

IV. Adhortatur

1°. Ad tentationem, patriarcharum ad instar, fortiter perferendam; 21-23.

2°. Ad impatientiam, in majoribus castigatam, cavendam; 24, 25.

3°. Ad acceptanda patienter adversa, tanquam peccatis commeritat. 26, 27.

III°. *Consultatio de hoc Judith consilio.*

I. Senatores, probata Judith oratione, postulant illius preces. 28, 29.

II. Judith, postulatis vicissim eorum precibus,

1°. Petit probari suum consilium; 30, 31.

2°. Declarat, se egressuram in hostium castra; 32.

3°. Vetat inquiri in futuras egressæ actiones. 33.

III. Senatores precantur felicem successum. 34.

IV°. *Deprecatio Judith ad Deum pro consilii successu* : cap. IX, v. 1. in hac Judith,

I. Commemorato Simeonis patriarchæ facto, similiter ulturæ sibi auxilium divinum expetit. 2, 3.

II. Providentiam Dei prædicat. 4, 5.

III. Vindictam, Ægyptiis olim immissam, Assyriis æque arrogantibus infligi postulat. 6-12.

IV. Eamdem effici per feminam, pro majore Dei gloria, desiderat. 13-16.

V. Postulationem repetendo, proponit

1°. Humilem suam confidentiam; 17.

2°. Fœderis initi memoriam, et templi sanctitatem; 18.

3°. Gloriæ divinæ inter gentes manifestationem. 19.

V°. *Aggressio Judith ad consilii executionem* : fit

I. Derelictio solitudinis et luctus. *Cap.* x, *v.* 1, 2.

II. Ornatus corporis, et pulchritudo divinitus adjecta. 3, 4.

III. Commeatus præparatio. 5.

IV. Progressio ad portam, stupentibus et bene precantibus Bethuliensibus. 6-9.

V. Egressus ex urbe. 10.

§ IV. SUCCESSUS CONSILII A JUDITH SUSCEPTI

I°. *Facilis in aditu castrorum* : Judith

I. Egressa ex urbe rogatur ab exploratoribus causam fugæ. 11.

II. Fingens proditionem urbis desperatæ a se faciendam, benevole excipitur et laudatur. 12-15.

III. Promissis ornata, ad Holofernem ducitur. 16.

II°. *Gratiosus in Holofernis alloquio* :

I. Judith admissa ad conspectum

1°. Concupiscitur ab Holoferne; 17.

2°. Æstimatur a satellitibus. 18.

II. Salutans Holofernem,

1°. Elevatur a terra ; 19.

2°. Æquo jubetur esse animo ; *cap.* xi, *v.* 1, 2.

3°. Interrogatur adventus causam. 3.

III. Orsa dicere, captato a revelationis suæ utilitate exordio, 4.

1°. Blanditur Nabuchodonosori et Holoferni ; 5, 6.

2°. Reflectens ad factum Achioris, opportunitatem victoriæ ostentat ; 7, 8.

3°. Exaggerat urbis angustias ex timore, siti, et instante ruina ; 9-12.

4°. Missam se divinitus dicit, ad hæc nuntia ferenda, et urbem tradendam. 13-17.

IV. Effata

1°. Ab officialibus celebratur ob sapientiam et fortitudinem ; 18, 19.

2°. A duce acceptatur ob nuntium et promissum. 20, 21.

III°. *Religiosus in commoratione castrensi* :

I. Judith excepta hospitio, *cap.* xii, *v.* 1.

1°. Obtinet libertatem utendi victu legitimo ; 2-4.

2°. Accipit facultatem orandi extra castra ; 5, 6.

3°. Utramque usurpans, per triduum servat munditiam legalem. 7, 9.

II. Invitata ad nuptiale convivium, 10-12.

1°. Simulat consensum ; 13, 14.

2°. Ornata accedens, accendit in Holoferne amorem. 15, 16.

III. Excitata ad convivendum, 17.

1°. Ipsa convivatur sobrie et cum religione ; 18, 19.

2°. Holofernes intemperanter et cum ebrietate. 20.

IV°. *Felix in facinore:*

I. Opportunitas facinoris

1°. Ex discessu convivarum ebriorum; *cap.* XIII, *v.* 1, 2.

2°. Ex solitudine Judith; 3.

3°. Ex sopore Holofernis vino oppressi. 4.

II. Dispositio ad facinus:

1°. Observatio ad januam commissa ancillæ; 5.

2°. Accessus Judith ad lectum, et tacita Dei invocatio; 6, 7.

3°. Apprehensio armorum, 8.

III. Executio facinoris: Judith,

1°. Evaginato pugione, et coma Holofernis apprehensa, postulat a Deo vires; 9.

2°. Præscindit caput, et corpus truncum evolvit; 10.

3°. Involutum conopeo caput deferendum ancillæ tradit. 11.

IV. Sors post facinus: Judith

1°. Egressa castris salva attingit urbem; 12.

2°. Postulat intromitti; 13.

3°. Ingenti civium concursu et festivitate illustri excipitur. 14-16.

## § V. DIVULGATIO ET SEQUELA FACTI.

I°. *Divulgatio apud Israelitas:*

I. Oratio Judith, in qua

1°. Collectos cives ad Dei laudem excitat; 17.

2°. Gratiam sibi datam, et mortem Holoferni illatam annuntiat; 18.

3°. Ostenso Holofernis capite narrationem confirmat; 19.

4°. Conservatam divino munere munditiam celebrat; 20.

5°. Adhortationem ad grates Deo referendas repetit. 21.

II. Gratulatio auditorum, et quidem

1°. Seniorum, beneficium a Deo per Judith præstitum agnoscentium; 22.

2°. Oziæ principis,

1. Extollentis Judith gloriam; 23.
2. Tribuentis Deo auctoritatem operis; 24.
3. Prædicentis perpetuam operis et operantis celebritatem. 25.

3°. Populi, acclamatione omnia probantis. 26.

III. Interventus Achioris, qui

1°. Accersitus ex Judith audit et, in ostenso capite, videt Holofernem occisum; 27, 28.

2°. Ex consternatione linquitur animo; 29.

3°. Resumpto spiritu colit et laudat Judith. 30, 31.

II°. *Sequela apud Israelitas:*

I. Ex parte Judith, quæ

1°. Suadet suspendi Holofernis caput e muro; *cap.* XIV, *v.* 1, 2.

2°. Prædicit terrendos exinde Assyrios; 3, 4.

3°. Jubet eruptionem fieri in eosdem. 5.

II. Ex parte Achioris, qui ex gentili fit proselytus justitiæ. 6.

III. Ex parte Bethuliensium, qui, secuti Judith consilium, mane erumpunt. 7.

III°. *Divulgatio apud Assyrios :*

I. Occasio divulgationis *:*

1°. Exploratores eruptionem in castra referunt; 8.

2°. Cubicularii Holofernem excitare e somno non audent; 9, 10.

3°. Accurrentes ad Holofernis tabernaculum duces illum excitari jubent. 11, 12.

II. Factum divulgationis :

1°. Vagao, tentata incassum excitatione, ingressus tabernaculum, truncum Holofernis offendit : 13, 14.

2°. Lustrato Judith tentorio vacuo, ad exspectantes procedit; 15.

3°. Holofernem a Judith occisum denuntiat. 16.

IV°. *Sequelæ apud Assyrios :*

I. Durante obsidione,

1°. Duces dolent, trepidant, turbantur; 17.

2°. Milites ululant et exclamant; 18.

3°. Universi, menti inopes, trementes fugiunt. *Cap.* XV, *v.* 1, 2.

II. Soluta obsidione,

1°. Ab instantibus, qui eruperant, palantes cæduntur; 3, 4.

2°. Ab immissis undequaque Israelitis, usque ad Palæstinæ terminos, fugientes lacessuntur; 5, 6.

3°. Bethuliensibus in castris, et persequentibus in via relinquunt spolia plurima. 7, 8.

## § VI. TRIUMPHUS JUDITH ET EPILOGUS HISTORIÆ.

I°. *Triumphus Judith*

I. Honoratus aliorum officiis, nempe

1°. Occursu Joachimi et presbyterorum; 9.

2°. Benedictione eorumdem et elogio; 10, 11.

3°. Acclamatione populi; 12.

4°. Attributione spoliorum; 13, 14.

5°. Cantu et tripudio. 15.

II. Celebratus Judith cantico : *cap.* XVI, *v.* 1.

1°. In cujus exordio occurrit

1. Excitatio ad Deum laudandum; 2.

2. Contestatio divinæ potentiæ; 3.

3. Commendatio divinæ in Israelitarum salutem providentiæ. 4.

2°. In cujus enarratione describitur

1. Assyriorum invasio, multitudo et comminatio; 5, 6.

2. Dei præsidium, et hostis per feminam interitus; 7, 8.

3. Judith ornatus, conciliatio amoris, occisio Holofernis; 9-11.
4. Hostium terror, fuga, ruina. 12-14.

3°. In cujus conclusione

1. Repetitur excitatio ad laudem Dei; 15.
2. Celebratur Dei omnipotentia; 16-18.
3. Promittitur auxilium Deum timentibus; 19.
4. Prædicitur supplicium Judæorum hostibus. 20, 21.

III. Coronatus multiplici religionis exercitio: nempe

1°. Hostiis a populo Hierosolymæ litatis; 22.
2°. Spoliis et conopeo a Judith Deo in Anathema oblatis; 23.
3°. Festivis gaudiis per trimestre continuatis; 24.
4°. Memoriali festo in annos singulos instituto. 31.

II°. *Epilogus historiæ.*

I. Vita Judith reliqua, celebris

1°. Ab æstimatione urbis et provinciæ; 25.
2°. A castitate viduali conservata; 26.
3°. A gloria in festivitatibus refulgente. 27.

II. Mors ejusdem

1°. Dilata ad centesimum quintum ætatis annum; 28.
2°. Excepta communi omnium per dies septenos luctu; 29.
3°. Coronata pace sequentibus etiam annis perdurante. 30.

# LIBER ESTHER.

## AD FORMAM TRAGŒDIÆ SACRÆ DISPOSITUS ET RESOLUTUS.

---

### PROLOGUS.

SOMNIUM MARDOCHÆI.

**I°.** ***Prosopographia somniantis :***

**I.** Genus et religio. *Cap.* XI, *v.* 2.

**II.** Sors et conditio. 3, 4.

**II°.** ***Somnii exhibitio :***

**I.** Protasis continens

1°. Perturbationem universi ; 5.

2°. Certamen duorum draconum. 6.

**II.** Epitasis continens

1°. Pugnam gentilium contra Justos ; 7.

2°. Afflictionem horum, periculum ac preces. 8, 9.

**III.** Catastrophe continens symbola

1°. Fontis in fluvium excrescentis ; 10.

2°. Lucis et solis post tenebras orti, cum rerum conversione. 11.

**III°.** ***Evigilantis affectio circa somnium prœteritum.*** 12.

### PARASCEVE.

EVENTUS CIRCA PERSONAS PRÆVII, AD HISTORIÆ MATERIAM DISPONENTES.

**I°.** ***Circa Assuerum.***

**I.** Convivium celebratum :

1°. Notio Assueri convivium facientis ; *cap.* I, *v.* 1, 2.

2°. Tempus, quo; personæ, quibus ; finis, cur paratum convivium ; 3-5.

3°. Locus et apparatus convivii ; 6.

4°. Convivantium epulæ, et potus ratio. 7, 8.

**II.** Regina Vasthi repudiata :

1°. Occasio repudii,

1. Reginæ convivium cum feminis ; 9.
2. Ejusdem evocatio in publicum virorum conventum a rege temulento imperata ; 10, 11.
3. Reginæ detrectatio, regis ira. 12.

2°. Deliberatio de reginæ facto :
1. Consultatio septem principibus a rege indicta; 13-15.
2. Oratio Mamuchani satrapæ,
α. Damnantis reginam inobedientiæ, et perniciosi ad feminas exempli; 16-18.
β. Decernentis reginam repudiandam ; 19.
γ. Statuentis promulgandum de urgenda uxorum obedientia decretum. 20.
3°. Sententia regis,
1. Ad Mamuchani opinionem accedentis ; 21.
2. Decretum ad memoratam formam edentis. 22.
III. Consilium de regina alia substituenda:
1°. Regis mœror ob Vasthi repudiatam ; *cap.* II, *v.* 1.
2°. Aulicorum propositio, de virginibus pluribus adducendis, et regina nova ex his deligenda; 2, 3.
3°. Consilii approbatio, et regium executionis mandatum. 4.
II°. *Circa Estherem.*
I. Conditio Estheris personalis :
1°. Cognatio cum Mardochæo ; 5, 6.
2°. Parentum orbitas et educatio sub agnato; 7.
3°. Adlectio ad virgines regi destinatas. 8.
II. Sors ejusdem in gynæceo :
1°. Gratia apud gynæcei præsidem inita ; 9.
2°. Observantia erga Mardochæum, et hujus cura pro Esthere ; 10, 11.
3°. Negotium ornatus ab Esthere permissum præfecto eunuchorum. 15.
* Ordinatio virginum in gynæceo :
1. Annus tribuitur mundando et poliendo corpori ; 12.
2. Evocanda ad regem ornatur pro suo arbitrio; 13
3. A rege cognita transfertur ad regiam concubinarum domum. 14.
III. Assumptio Estheris ad regis connubium :
1°. Notato tempore inducitur in regis cubiculum ; 16.
2°. Præfertur reliquis, et regina creatur ; 17.
3°. Nuptiali convivio honoratur, provinciis largitate regia donatis. 18.
III°. *Circa Mardochæum.*
I. Officium Mardochæi circa reginam :
1°. Quotidiana in aula præsentia ; 19.
2°. Secreti et aliorum commendatio. 20.
II. Obsequium ejusdem erga regem :
1°. Insidiæ eunuchorum contra regem a Mardochæo cognitæ ; *cap.* XII, *v.* 1, 2.
2°. A Mardochæo per Estherem ad regem delatæ ; *cap.* II, *v.* 22.
3°. In auctoribus supplicio patibuli punitæ ; 23 ; *cap.* XII, *v.* 3.
4°. Annalibus consignatæ, et delatori compensatæ. 4, 5.

## PROTASIS PARTIS UNIUS.

### INIMICA AMANIS CONTRA JUDÆOS MACHINATIO.

**I°. *Causa odii in Amane adversus Judæos :***

I. Prima, prosapia ex Amalecitis. *Cap.* III, *v.* 1.

II. Altera, offensa ob eunuchos proditos. *Cap.* XII, *v.* 6.

III. Tertia, ambitio honoratioris cultus, quem Amani

1°. Aulici passim deferunt ; *cap.* III, *v.* 2.

2°. Mardochæus solus, incassum monitus, denegat ; 3, 4.

3°. Aman sibi negatum gravissime fert. 5.

**II°. *Machinatio excidii Judæorum :***

I. Consilium machinationis,

1°. Ratione Mardochæi contra totam Judæorum gentem conceptum ; 6.

2°. Ad certum tempus per sortes constitutum ; 7.

3°. Regi, allatis motivis et oblato pretio, propositum ac suasum ; 8, 9.

4°. A rege probatum, et executioni Amanis commissum. 10, 11.

II. Decretum excidii,

1°. Conscriptum et signatum ; 12, 14.

2°. Per cursores in provincias delatum ; 13.

3°. Publice appensum et promulgatum. 15.

III. Tenor decreti : *cap.* XIII.

1°. Inscriptio a regis nomine ac salutatione ; 1.

2°. Narratio referens

1. Studium regis pro salute publica ; 2.
2. Consultationem pro illa procuranda ; 3.
3. Delationem Judæorum, tanquam huic studio maxime noxiorum. 4.

3°. Motivum, stans in persuasione de veritate accusationis ; 5.

4°. Dispositio, ordinans Judæorum excidium ; 6.

5°. Scopus, restauratio pacis in regno turbatæ. 7.

## PROTASIS PARTIS ALTERIUS.

### LUCTUS, CONSILIUM, APPARATUS.

**I°. *Luctus de edicto***

I. Manifestatus

1°. A Mardochæo, signa doloris publice per urbem ad regiam usque ferente ; *cap.* IV, *v.* 1, 2.

2°. A Judæis per omnes provincias dispersis. 3.

II. Significatus Estheri

1°. Per puellas cubicularias ; 4.

2°. Per eunuchum a regina missum, a Mardochæo instructum. 5-7.

II°. *Consilium de sistenda executione*

I. A Mardochæo per eunuchum propositum. 8, 9 (xv, 1-3).

II. Difficultate opposita ab Esthere refutatum. 10, 11.

III. Nova mali, in ipsam reginam redundaturi, propositione a Mardochæo promotum. 12-14.

IV. Tandem ab Esthere, sub triduani jejunii et precum stipulatione, acceptatum. 15, 16.

III°. *Apparatus ad consilii effectum:*

I. Ex parte Mardochæi, qui

1°. Stipulata reginæ facit; 17.

2°. Fundit ad Deum preces, *cap.* xiii, *v.* 8. quibus

1. Confitetur omnipotentiam Dei; 9-11.
2. Excusat a vitio negatam Amani adorationem; 12-14.
3. Postulat Dei misericordiam et protectionem contra hostes; 15.
4. Urget postulationem, allatis pro populi salute motivis. 16, 17.

3°. Judæos similiter comprecantes habet. 18.

II. Ex parte Estheris, quæ

1°. Metu perculsa convertitur ad Deum; *cap.* xiv, *v.* 1.

2°. Humilitatis ac pœnitentiæ opera suscipit; 2.

3°. Orationem ad Deum facit, qua

1. Agnoscit a solo Deo in præsens sperari posse opem; 3, 4.
2. Revocat in memoriam populi sui factam a Deo electionem; 5.
3. Confitetur peccata ab eodem commissa, a Deo juste punita; 6, 7.
4. Exponit hostium, populi excidium molientium et idolis omnia tribuentium, conatus, ad Dei injuriam pertinentes; 8-10.
5. Precatur hostibus frustrationem conatus, sibi successum in executione consilii, populo liberationem; 11-14.
6. Contestatur innocentiam suam immunem ab illicita concupiscentia, a fastu et arrogantia, a victu vetito et vana complacentia; 15-18.
7. Repetit postulationem liberationis pro populo, et confortationis pro se. 19.

## EPITASIS PARS PRIOR ET MAJOR IMPLEXIO.

### AMBIGUA ESTHERIS ET AMANIS VARIATIO.

I°. *Variatio Estheris*

I. In apparatu, qui

1°. Exterius prodit

1. Festivitatem et gloriam; *cap.* xv, *v.* 4, 5.
2. Delicias et mollitiem; 6, 7.

2°. Interius celat tristitiam et timorem. 8.

II. In aditu ad regem, a quo

1°. Horrorem vultu et iram oculis spirante terretur regina et labat; 9, 10.
2°. Deo cor regis molliente, eadem blandissime fovetur. 11.

III. In colloquio cum rege, ubi
1°. Regina regia blanditiarum et officiorum ope ad se redit. 12-15.
2°. Regias laudes prolocuta, rursus deliquium animi patitur. 16-18.

IV. In convivio,
1°. Ad quod regina, solatio et promissis animata, regem et Amanem invitat; *cap* v, *v*. 3, 4.
2°. Sub quo ad postulanda quæ vellet a rege excitatur; 5, 6.
3°. Post quod, dilata in crastinum petitione, convivas in alterum diem rursus invitat. 7, 8.

V. Variatio Amanis. Apparet is
1°. Ex reginæ convivio lætus, ex Mardochæi contemptu iratus; 9, 10.
2°. Ex rerum prosperarum enarratione jucundus, sed ex Mardochæi recordatione non contentus; 11-13.
3°. Nescius fati, aliorum consilio ad parandam Mardochæo crucem inductus. 14.

## EPITASIS PARS POSTERIOR ET AD EVOLUTIONEM DECLINANS.

### HONORATIO MARDOCHÆI

I°. *Inopinata respectu occasionis,* quam dedit
I. Insomnis regis jussio ad prælegendos sibi annales. *Cap.* VI, *v*. 1.
II. Lectio eorumdem incidens in detectæ a Mardochæo conspirationis historiam. 2.
III. Cognitio redditæ necdum Mardochæo compensationis. 3.
IV. Præsentia Amanis, ex alio fine aulam ingressi, et accersitus ejusdem ad regem. 4, 5.

II°. *Inopinata respectu deliberationis :* ubi Aman,
I. Consultus a rege de honorationis tribuendæ modo, putat honorem destinatum sibi. 6.
II. Præscribit tum honoris signa et cæremonias, tum ministrum solemnitatis deligendum. 7, 8.

III°. *Inopinata respectu executionis*, quam
I. Rex decernit pro Mardochæo, et Amani committit. 10.
II. Aman perficit. 11.

IV°. *Inopinata respectu eventus* : hic notatur
I. Mardochæus sibi constans, et ad munus pristinum redux. 12.
II. Aman lugens et querulus. 12, 13.

III. Uxor ejus et amici præsagi malorum. 13.
IV. Eunuchi Amanem contra voluntatem ad reginæ convivium compellentes. 14.

## CATASTROPHES PARS PRIMA.

### SORS AMANIS ET MARDOCHÆI CONVERSA.

I°. *Amanis ruina*
I. Inchoata
1°. Per regis cum regina convivium, et huic datam quodlibet postulandi facultatem: *cap.* VII, *v.* 1, 2.
2°. Per propositionem reginæ incolumitatem sibi et populo postulantis; 3, 4.
3°. Per interrogationem regis in facinoris auctorem inquirentis; 5.
4°. Per responsionem reginæ Amanem designantis. 6.
II. Promota
1°. Per regis indignantis discessum, datamque Amani opportunitatem deprecandæ reginæ; 7.
2°. Per regis regressi suspicionem, de Amane lecto reginæ adjacente conceptam, auctamque indignationem. 8.
III. Consummata
1°. Per regis sententiam, condemnatoriam Amanis ad crucem Mardochæo destinatam; 9.
2°. Per executionem sententiæ; 10.
3°. Per domum Amanis donatam reginæ. *Cap.* VIII, *v.* 1.
II°. *Mardochæi evectio*
I. Proposita a regina, Mardochæum suum patruum declarante. *Cap.* VIII, *v.* 16.
II. Facta a rege, annulum Amani ablatum Mardochæo tribuente. *Ibid.* 2.
III. Amplificata a regina, illum domus suæ præfectum constituente. *Ibid.* 2.
IV. Manifestata a Mardochæo, ornatum regium palam ferente. *Ibid.* 15.

## CATASTROPHES PARS ALTERA.

### COMMUTATIO EDICTI DE JUDÆIS.

I°. *Abrogatio edicti Judæis adversi*,
I. Insinuata per postulationem reginæ, irritas Amanis machinationes exoptantis. *Cap.* VIII, *v.* 3.

II. Dissimulata a rege, benevolentiam postulatrici exhibente. 4.
III. Postulata aperte et apposito a regina motivo. 5, 6.
IV. Concessa a rege, facultatem substituendi alterius edicti tribuente. 7, 8.

II°. *Substitutio edicti Judæis propitii,*
I. Curati a Mardochæo per scribas regios. 9.
II. Signati annulo regio, et ad provincias destinati. 10.
III. Complexi argumentum de vita Judæorum tuenda, et hostium tollenda. 11-13.
IV. Transmissi per veredarios. 14.
V. Excepti cum Judæorum gaudio, et gentilium conversione. 16, 17.

III°. *Tenor edicti secundi :*
I. Inscriptio a regis nomine et salutatione. *Cap.* XVI, *v.* 1.
II. Prœmium continens
1°. Thesin de perversis ministris, qui favore principum et sua potestate abutuntur
1. Ad superbiam propriam, oppressionem subditorum, et proditionem superiorum; 2, 3.
2. Ad ingratitudinem, violationem humanitatis, et contemptum Dei vindicis; 4.
3. Ad denigrationem fidelium civium, et deceptionem credulorum principum. 5, 6.
2°. Confirmationem theseos ex antiqua historia et quotidiana experientia. 7.
III. Causa motiva
1°. Pro editione edicti, est necessitas providendi securitati provinciarum; 8.
2°. Pro qualitate derogationis, est utilitas tempori accommodata. 9.
IV. Narratio, continens hypothesin, qua exponitur
1°. Amanis
1. Genus et evectio; 10, 11.
2. Machinatio contra regem, reginam, et gentem Judaicam; 12, 13.
3. Consilium prodendi regnum. 14.
2°. Judæorum
1. Innocentia detecta et cognita; 15.
2. Religio et protectio divina. 16.
3°. Litterarum regiarum priorum
1. Defectus subreptitius; 17.
2. Adulterator Aman cum familia punitus. 18.
V. Dispositio, in qua
1°. Permittitur Judæis usus legum propriarum; 19.

2°. Præcipitur subsidium iisdem ferendum, ad ultionem de hostibus sumendam; 20.
3°. Designatur pro ultione dies decimus tertius mensis Adar; 21.
4°. Commendatur idem dies festive agendus, ad memoriam præmii fidelibus, et supplicii rebellibus subditis redditi perennandam. 22, 23.

VI. Sanctio, qua decernitur
1°. Subditis obedientibus merces, inobedientibus pœna; 24.
2°. Provinciis et civitatibus, festum memoriale negligentibus, excidium. 25.

## CATASTROPHES PARS TERTIA.

### HOSTIUM INTERITUS, EJUSDEM MEMORIA ET CONSECTARIA.

I°. *Interitus hostium*

I. Præparatus:
1°. Manente eadem internecionis die, sed mutata superioritatis vice; *cap.* IX, *v.* 1.
2°. Congregatione et apparatu Judæorum ad vindictam, terrore autem ac debilitate hostium; 2.
3°. Adjumento magistratuum Judæis faventium; 3.
4°. Auctoritate et celebritate Mardochæi. 4.

II. Executioni datus,
1°. Clade hostium universim memorata; 5.
2°. Cæde quingentorum hostium et decem filiorum Amanis edita in Susan; 6-10.
3°. Eadem, ad reginæ postulatum, die altero in hostibus trecentis repetita, et, suspensis filiorum Amanis cadaveribus ad infamiam, aucta; 11-15.
4°. Strage septuaginta quinque millium occisorum per universas provincias diffusa. 16.

II°. *Memoria interitus*

I. Anniversario epulo celebrata. 17-19.
II. Decreto indictæ annuæ solemnitatis per Mardochæum conscripto imperata. 20-22.
III. In ritum solemnem a Judæis assumpta. 23.
IV. Secundum originem causæ et impositionem nominis explicata. 24-26.
V. Cum onere obligationis ad Judæorum posteros, classes et regiones omnes transmittendæ suscepta. 27, 28.
VI. Altero Estheris ac Mardochæi in hanc rem scripto et mandato commendata. 29, 30.
VII. Iterato Judæorum assensu et acceptatione confirmata. 31, 32.

III°. *Consectaria ad interitum* :

I. Imperium et potestas Assueri late protensa. *Cap.* x, *v.* 1.

II. Dignitas Mardochæi et auctoritas. 2, 3.

III. Judæorum inde commodum et securitas. 3.

## EPILOGUS.

### AGNITIO ET DECLARATIO SOMNII

#### MARDOCHÆO OLIM PROPOSITI.

I°. *Agnitio* : Mardochæus, expensa secum tragœdiæ catastrophe, agnoscit

I. Factorum hactenus omnium auctorem et moderatorem Deum. *Ibid.* 4.

II. Propositorum in somnio symbolorum evolutum sensum. 5.

II°. *Declaratio* : præsignabant

I. Fons parvus in fluvium, lucem, et solem conversus, Estherem reginam factam. 6.

II. Duo dracones, Mardochæum et Amanem. 7.

III. Duæ gentes, populum hostilem et Judaicum. 8, 9.

IV. Duæ sortes, fata a Deo destinata et ad diem secuta, exitii respectu hostium, salutis respectu Judæorum. 10-12.

### ADJECTIO

*Historici*, promittens observationem perpetuam festi sortium; 13.

*Librarii*, commemorans Libri interpretem Lysimachum, exemplaris bajulos Dositheum et Ptolomæum, cum adnotatione temporis, quo exemplar allatum fuit. *Cap.* xi, *v.* 1.

# LIBER JOB,

## HISTORICA NARRATIONE, AMICORUM DISPUTATIONE ET QUÆSTIONIS DECISIONE CIRCUMSCRIPTUS.

---

### PROTASIS HISTORICA.

I°. *Conditio Jobi undique læta.*

I. Sors prospera,

1°. Ex prolium numero; *cap.* I, *v.* 2.

2°. Ex bonorum copia et nominis celebritate; 3.

3°. Ex concordia familiæ ac lætitia. 4.

II. Virtus conspicua,

1°. Ex optimis vitæ humanæ officiis; 1.

2°. Ex pietatis patriæ exercitiis. 5.

II°. *Eadem ex parte turbata.*

I. Sors adversa exterior:

1°. Ejusdem Jobo inferendæ

1. Occasio, ex Jobi virtute a Deo laudata capiata; 6-8.

2. Postulatio a dæmone, virtutem hanc velut a prosperitate pendulam contemnente, proposita; 9-11.

3. Permissio a Deo, incolumitatem personæ excipiente, data. 12.

2°. Ipsius illatæ tempus, et eventus 13.

1. In bobus ac asinis, per Sabæos abactis; 14, 15.

2. In ovibus, igne de cœlis depluo consumptis; 16.

3. In camelis, per Chaldæos abductis; 17.

4. In prolibus, dejecta ventis domo oppressis. 18, 19.

II. Virtus Jobi,

1°. Cum humilitate et luctu Deum adorantis; 20.

2°. Se divinæ dispositioni submittentis; 21.

3°. Nihil obmurmurantis, nec impatientis. 22.

III°. *Etiam magis exasperata.*

I. Sors adversa interior:

1°. Ejusdem inferendæ

1. Occasio priori similis; *cap.* II, *v.* 1-3.

2. Postulatio a dæmone, incolumitatem corporis relictam exaggerante, repetita; 4, 5.

3. Permissio a Deo, indemnitatem vitæ excipiente, iterum data. 6.

2°. Ipsius illatæ eventus

1. In corpore, ulceribus afflicto; 7, 8.

2. In animo, dicteriis uxoris vulnerato. 9.

II. Virtus Jobi,

1°. Blasphemiam in uxore corrigentis; 10.

2°. Immissa, Deo permittente, mala patienter suscipientis. 10.

IV°. *Demum penitus afflicta:*

I. Indicata signis amicorum,

1°. Ad Jobum consolandum accurrentium; 11.

2°. Fletu, veste et pulvere condolentium; 12.

3°. Præ stupore per septem dies nil loquentium. 13.

II. Exposita affectibus Jobi,

1°. Maledicentis

1. Diei nativitatis suæ; *cap.* III, *v.* 1-5.

2. Nocti conceptionis suæ. 6-10.

2°. Optantis se mortuum,

1. Vel ante partum; 11.

2. Vel statim post partum. 12.

3°. Exaggerantis beneficia mortis, utpote quæ

1. Facit sortem omnium æqualem; 13-16.

2. Tribuit requiem a labore, molestia et servitute. 17-19.

4°. Exquirentis causam, cur

1. Vita detur futuris olim miseris? 20.

2. Mors negetur eam optantibus? 21-23.

5°. Suspirantis continuo et flentis, 24.

1. Quod mala, quæ timuit, evenerint; 25.

2. Quod offensam, quam non meruit, incurrerit. 26.

# SERMONES DISPUTANTIUM.

## DISPUTATIO PRIMA.

### DIALOGUS PRIMUS ELIPHAZUM INTER ET JOBUM.

**I°.** *Oratio Eliphazi.*

I. Exordium : Eliphaz
- 1°. Incipiens sermonem, excusat ausum loquendi; *cap.* IV, *v.* 1, 2.
- 2°. Laudat pristinam Jobi cum afflictis agendi rationem ; 3, 4.
- 3°. Notat præsentem in afflictione propria defectum. 5, 6.

II. Contentionis propositio, qua statuit, innocentes nunquam, nocentes autem certo ac semper malis temporalibus affligi ac perdi. 7–9.

III. Propositionis confirmatio
- 1°. Prima, a paritate cum animalibus ferocibus et prædatoribus, quæ exterminantur vel pereunt. 10, 11.
- 2°. Secunda ab ostento, cujus
  - 1. Visio nocturna et tenui voce comitata incussit horrorem ; 12-15.
  - 2. Oraculum additum edixit, 16.
    - α. Deum esse justissimum ; 17.
    - β. Angelos, multoque magis homines esse peccatis obnoxios ; 18, 19.
    - γ. Hos itaque omnes perire. 20, 21.
- 3°. Tertia ab exemplo
  - 1. Sanctorum, quorum nullus ostendi potest afflictus ; *cap.* V, *v.* 1.
  - 2. Impiorum, quorum nemo impunis fuit a pœna. 2-5.
- 4°. Quarta a ratione, quæ desumitur
  - 1. Ex providentiæ ordine ; 6.
  - 2. Ex hominis conditione. 7.

IV. Adhortatio
- 1°. Ad respiciendum, et deprecandum Deum ; 8. cujus celebratur
  - 1. Potentia in patrandis miraculis, et faciendis naturæ operibus ; 9, 10.
  - 2. Justitia in promovendis justis, et impediendis malignis ; 11, 12.
  - 3. Sapientia in elidendis et confundendis malorum consiliis ; 13, 14.
  - 4. Misericordia in sublevandis oppressis a malitia. 15, 16.
- 2°. Ad ferendam patienter castigationem ; 17. quia Deus potest et volet
  - 1. Mutare vices et sortem ; 18.
  - 2. Liberare et præservare a malo omnis generis ; 19-22.

3. Donare tranquillitatem rei domesticæ, amplitudinem familiæ, et abundantiam fortunæ. 23-26.

V. Epilogus commendans dictorum considerationem. 27.

II°. *Responsio Jobi :* in qua sunt

I. Vindiciæ sermonis superioris, quibus

1°. Excusantur questus editi; cum Job

1. Perferat calamitates peccatis graviores; *cap.* VI, *v.* 1-4.

2. Non temere, sed dolore ac necessitate coactus, ad mala tam abhorrentia optanda descenderit. 5-7.

2°. Repetitur mortis votum, 8-10. adjectis rationibus; quia scilicet

1. Doloribus ferendis est impar; 11, 12.

2. A nullo habet subsidium. 13, 14.

II. Actio contra amicos, in qua

1°. Conqueritur de iisdem,

1. Quod proximi agnati fuerint ab ipso dilapsi, instar torrentium; 15. Atque hinc, ad horum symbolum, illi ipsi

α. Gravioribus malis sint opprimendi; 16.

β. Dissipandi etiam, et perituri. 17, 18.

2. Quod aliunde adventitii, amicum spernentes, recesserint; 19, 20.

3. Quod præsentes, neutiquam ad ferendum subsidium sollicitati, sibi timeant. 21-23.

2°. Postulat ab Eliphazo et sociis

1. Convinci de crimine sibi occulto; 24.

2. Omitti detractiones, increpationes et sermones captiosos; 25-27.

3. Statui disquisitionem alternam, judicio ipsis permisso, spe victoriæ sibi promissa. 28-30.

III. Expositio causarum pro querelis et voto mortis:

1°. Causæ querelarum sunt

1. Vitæ humanæ conditio, obnoxia periculis et laboribus; *cap.* VII, *v.* 1, 2.

2. Laboris sterilitas, et sollicitudinis perpetuitas; 3, 4.

3. Corporis infirmitas et vitæ brevitas; 5, 6.

4. Reditus ad prosperitatem et vitam impossibilitas. 7-10.

* Ergo querulari juvat. 11.

2°. Causæ mortis optandæ sunt

1. Dolorum immensitas; 12.

2. Solatii omnimoda carentia; 13.

3. Terror etiam in somniis et visionibus. 14.

* Ergo mortem eligere præstat. 15.

IV. Deprecatio ad Deum, pro morte concedenda: hac protestatur Job,

1°. Vitam longiorem nec sperari a se, nec per se exspectari posse; 16.

2°. Se viliorem esse, quam ut a Deo

1. Vel honoretur aut curetur; 17.

2. Vel visitetur aut probetur; 18.

3. Vel affligatur, aut exerceatur ; 19.
3°. Siquidem peccaverit, et hinc
1. Neque sufficere se, ut Deo satisfaciat ; 20.
2. Neque superfuturam sibi vitam, ut peccatum a Deo condonatum experiatur. 21.

DIALOGUS SECUNDUS BALDADUM INTER ET JOBUM.

I°. *Oratio Baldadi*. Cap. VIII, v. 1.
I. Improbat hæc generalim totum Jobi sermonem præmissum. 2.
II. Assumit rursus axioma Eliphazi perperam explicatum. 3.
III. Urget illud noviter, et probare conatur
1°. Inductione pœnitentium ; quibus
1. Promittit prosperitatem temporalem, et futuram sortem ampliorem ; 4-7.
2. Demonstratum id putat antecessorum historia et experientia. 8-10.
2°. Inductione improborum, quorum fortuna perit,
1. Instar scirpi sine humore arescentis ; 11-13.
2. Instar telæ aranearum facile rumpendæ ; 14, 15.
3. Instar fruticis e solo saxoso stirpitus evellendæ. 16-19.
3°. Inductione justorum, quos, contrario injustis eventu, Deus
1. Nunquam deserit ; 20.
2. Læta sorte exornat ; 21.
3. Superiores hostibus facit. 22.
II°. *Responsio Jobi*, qua suscipitur
I. Examen objectionis adversæ ; ubi Job, distinguendo inter verum et falsum,
1°. Concedit et fatetur ut verum,
1. Quod homo cum Deo comparari aut altercari nequeat ; *cap.* IX, *v.* 1-4.
2. Quod Deus sit omnipotens ; 5-10.
3. Quod idem in sapientiæ suæ consiliis sit inscrutabilis ; 11-14.
4. Quod in actionibus pro suo arbitrio sit liberrimus ; 15-18.
5. Quod in judicando sit æquissimus. 19-21.
2°. Negavit vero et negat tanquam falsum,
1. Quod Deus solos impios affligat ; 22.
2. Quod non affligat innoxios ; 23.
3. Quod impios non sinat gaudere prosperis. 24.
II. Examen sermonis proprii ; in quo
1°. Fatetur, se fuisse conquestum de sorte ;
1. Quia prospera brevissima, et cito transiit ; 25, 26.
2. Quia adversa, sine querelarum permissione, fuisset molestior. 27.
2°. Tuetur, quod non fuerit impius ;
1. Quia Deum semper et ubique timuit ; 28.
2. Quia pietatem alias frustra coluisset. 29.

3°. Concedit tamen, se non esse omnino innocentem, licet studuerit propriæ perfectioni; 30.

1. Quia Deus quemlibet potest plurium defectuum arguere; 31.
2. Quia judicium Dei est superius, et nulli subordinatum; 32, 33.
3. Quia præsens afflictio ingerit timorem et suspicionem. 34, 35.

III. Repetitio querelarum ad Deum; dum Job, tædio victus et tristis, non tam ad negandam Dei justitiam, quam ad propriam confusionem, *cap.* x, *v.* 1.

1°. Quærit causam suæ afflictionis; 2, 3.
2°. Supponit, eam a Deo omniscio non inferri captandæ notitiæ ergo, pro more hominum pœnis confessionem elicientium; 4-7.
3°. Revocat in Dei, quasi dissimulantis, memoriam beneficia adhuc ab eodem accepta; 8-13.
4°. Agnoscit, se et affligi posse et de facto affligi, sive pœnitens, sive impius, sive innocens fuerit. 14-17.

IV. Repetitio voti, quo optat Job

1°. Se non fuisse natum; 18.
2°. Aut statim esse mortuum; 19.
3°. Aut brevi mori; 20.
4°. Permitti tamen ut ante fata defleat suam miseriam. 21, 22.

DIALOGUS TERTIUS SOPHAR INTER ET JOBUM.

I°. *Oratio Sophar* cap. xi, v. 1.

I. Exprobratoria; qua is

1°. Sermonem Jobi insimulat verbositatis et insolentiæ; 2, 3.
2°. Defensionem illius arguit jactæ falso innocentiæ, et criminis gravia commeriti; 4-6.
3°. Inquisitionem ejusdem accusat perscrutationis temerariæ circa sapientiam Dei immensam; 7-9.
4°. Vitam denique ejus damnat vanitatis, superbiæ et rebellionis contra Deum. 10-13.

II. Suasoria; qua Jobo resipiscenti promittitur 14.

1°. Tranquillitas animi et spes; 15.
2°. Dissipatio miseriæ; 16.
3°. Reparatio sortis melioris; 17.
4°. Confidentia et securitas; 18.
5°. Quies et auctoritas, opposita statui impiorum. 19, 20.

II°. *Responsio Jobi*

I. Reprehensoria amicorum; *cap.* xii, *v.* 1. qua carpit in illis

1°. Jactantiam sapientiæ, sibi tamen et aliis communis; 2, 3.
2°. Irrisorium aliorum contemptum; cum

1. Justi ab hominibus contempti, suo tempore a Deo sint honorandi; 4, 5.

2. Impii etiam abundent donis, a Deo datis. 6.

3°. Auctoritatem alios docendi arrogatam,

1. Circa Dei creationem et moderatricem potentiam, quam creata omnia annuntiant; 7-11.
2. Circa Dei sapientiam, quam senior quilibet per experientiam addidicit; 12, 13.
3. Circa Dei fortitudinem, cui nullus resistere potest; 14, 15.
4. Circa Dei providentiam, in politicis varie ludentem. 16-25.

* Hæc omnia Job vel ipse vidit, vel, non minus ac amici, novit. *Cap.* XIII, *v.* 1, 2.

4°. Mendacia, prava dogmata, et stultitiam sermonis: 3-5. quæ omnia Job exagitanda jure suscipit, 6.

1. Quia vane et indigne pro Dei defensione usurpantur; 7, 8.
2. Nec Deo placere, nec hominem fallere possunt; 9.
3. Potius a Deo reprobantur, et memoria infami notantur. 10-12.

II. Defensoria sui; qua

1°. Amicis, silere et auscultare jussis, fiduciam in Deo et suæ innocentiæ causa repositam testatur. 13-19.

2°. Acturus causam postulat,

1. Ne dolore aut terrore interrumpatur; 20, 21.
2. Ut Deus, vel sua sponte, vel rogatus aperiat, in quo Job deliquerit. 22, 23.

3°. Queribundus exponit,

1. Creaturam fragilem valide concuti; 24, 25.
2. Juventutis delicta acrius plecti; 26.
3. Corruptibilem hominem affligi. 27, 28.

4°. Probaturus afflictiones mitigandas, describit

1. Hominis miserias et instabilitatem; *cap.* XIV, *v.* 1-3.
2. Originis peccatum et vitæ brevitatem; 4-6.
3. Interitum sine reditu. 7-12.

5°. Declinaturus interim afflictionem præsentem,

1. Optat mortem; 13.
2. Petit et expectat resurrectionem; 14.
3. Sperat auxiliarem Dei misericordiam; 15.
4. Desiderat peccatorum veniam. 16, 17.

6°. Regressus ad communes hominum miserias describendas, assumpto montis et saxi symbolo, dicit hominem

1. Aut subito confici; 18.
2. Aut sensim deficere; 19.
3. Indiscriminatim mutationi perpetuæ subjici; 20, 21.
4. Quoad corpus dolore, quoad animam luctu affici. 22.

## DISPUTATIO ALTERA.

### DIALOGUS PRIMUS ELIPHAZUM INTER ET JOBUM.

I°. *Oratio Elephazi* cap. xv, v. 1.

I. Increpatoria ; qua perstringit

1°. Sermones Jobi,

1. Tanquam tumidos et iracundos ; 2.
2. Deo oppositos, et Jobo noxios ; 3.
3. Irreverentes in Deum et impios ; 4.
4. Iniquos et biasphemos. 5.

2°. Personam Jobi, propriis sermonibus convicti ; 6. quod sibi quasi arroget

1. Primogenituram inter creaturas ; 7.
2. Participationem divini consilii ; 8.
3. Præcellentiam sapientiæ ac ætatis præ reliquis. 9, 10.

3°. Mores Jobi,

1. Velut impatientes, et recusantes divinum solatium ; 11.
2. Arrogantes et thrasonicos ; 12.
3. Indignabundos contra Deum. 13.

II. Disceptatoria; in qua

1°. Statuit, et ex paritate cum Angelis probat, nullum hominem esse innocentem ; 14-16.

2°. Proponit, tanquam sententiam propria experientia et communi sapientum sensu assertam, suum prius de impiis semper infelicibus dictum ; 17-19.

3°. Assumptum probat

1. Ex incertitudine durationis ; 20.
2. Ex timore insidiarum, egestatis aut aliorum malorum ; 21-24.
3. Ex deiicto rebellionis contra Deum ; 25-27.
4. Ex pœnis, per urbium vastitatem, bonorum direptionem et posterorum destructionem, in impios tum illatis, tum certo inferendis ; 28-31.
5. Ex morte prætmatura, et dissipatione acquisitorum ; 32-34.
6. Ex dolore et frustrato labore, iniquitatem comitantibus. 35.

II°. *Responsio Jobi pathologica, varios affectus proferens :* cap. xvi, v. 1.

I. Circa amicos, eos

1°. Consolatores onerosos vocando et probando. 2, 3.

2°. Modum consolandi meliorem docendo. 4-6.

II. Circa seipsum,

1°. Suspensionem animi prodendo ; 7.

2°. Magnitudinem dolorum exponendo. 8.

III. Circa inimicos, qui dolorem exasperant,

1°. Falsiloquiis et contradictione adversando ; 9.

2°. Odium indiciis prodendo ; 10.
3°. Exprobrationes et ludibria addendo. 11.

IV. Circa Deum, qui afflictionem intulerat,

1°. Jobum hostibus tradendo ; 12.
2°. Sortem prosperam in miseram vertendo; 13.
3°. Corpus doloribus et morbis obruendo. 14, 15.

V. Circa suum statum,

1°. Pœnitentiam profitendo ; 16.
2°. Tristitiam declarando ; 17.
3°. Innocentiam suam contestando. 18.

VI. Circa suam causam,

1°. Ad terram et cœlum provocando; 19, 20.
2°. Rejectis amicis, Deum judicem eligendo ; 21.
3°. Breve et expeditum judicium, ob vitæ brevitatem, optando ; 22, 23 ; *cap.* XVII, *v.* 1.
4°. Ob innocentiam afflictam, auxilium divinum postulando. 2, 3.

VII. Circa personas ad causam suam relatas,

1°. Adversariorum insipientiam et vanam spem indicando; 4, 5.
2°. Sui propositionem in exemplum, et conceptam hinc indignationem referendo; 6, 7.
3°. Justorum inde commotionem, tum constantiam tamen notando; 8, 9.
4°. Omnes ad resipiscentiam hortando. 10.

VIII. Circa vitæ suæ conditionem,

1°. Præteritam inquietis cogitationibus et noctibus turbatam describendo ; 11-12.
2°. Præsentem instanti morti proximam asserendo ; 13, 14.
3°. Futuram de quiete dubiam timendo. 15, 16.

DIALOGUS SECUNDUS BALDADUM INTER ET JOBUM.

I°. *Oratio Baldadi* : cap. XVIII, v. 1.

I. Ingressus, in quo Baldad

1°. Tacere alios, audiri se, cupit ; 2.
2°. Haberi se pro hebete, queritur ; 3.
3°. Jobum perstringit, quod postulet providentiæ divinæ ordinem circa se mutari. 4.

II. Tractatio argumenti, quo impium semper esse infelicem probat; quia

1°. Prosperitas non durat, sed finitur ; 5, 6.
2°. Impius, vel debilitate aut imprudentia propria, vel fraude aut violentia aliena, in ruinam præcipitatur; 7-11.
3°. Fames, præmatura mors, aut sine spe interitus, corpus et vitam perdet ; 12-14.
4°. Impius alius, ab eo abhorrens, domum ejusdem occupabit, et fruges sterilitas affliget ; 15, 16.

5°. Oblivio et infamia famam obscurabit; 17, 18.
6°. Posteritas nulla familiam, omnium horror mortem excipiet. 19, 20.
* Hæc impiorum sors est. 21.

II°. *Responsio Jobi :* cap. XIX, v. 1.

I. Expostulatio Jobi cum amicis; quos
1°. Arguit continuatæ contra se sævitiæ; 2, 3.
2°. Monet, sibi, siquidem peccaverit, luendum; nihil ab ipsis exprobrandum; 4, 5.
3°. Docet, graviori supra merita malo affligi se, nec juvari ab ullo. 6, 7.

II. Expositio afflictionis, tanquam exaggeratæ
1°. A Deo; qui
1. Omnem elabendi viam occlusit; 8.
2. Dignitatem omnem et gloriam eripuit; 9.
3. Spem nullam reliquit; 10.
4. Hostili modo egit. 11, 12.
2°. Ab agnatis; qui
1. Velut alieni recesserunt; 13.
2. Velut obliti neglexerunt. 14.
3°. A domesticis; inter quos Jobum
1. Inquilini velut peregrinum habuerunt; 15.
2. Famuli non audierunt; 16.
3. Uxor horruit, et filii despexerunt. 17.
4°. Ab extraneis; ex quibus
1. Imprudentes Jobum contempserunt; 18.
2. Sapientes etiam sunt aversati. 19.
5°. A morbi vi, qua omnis caro consumpta est. 20.

III. Captatio solatii, quod Jobus
1°. Expetit in amicorum compassione et persecutionis desitione; 21, 22.
2°. Optat in sermonum suorum conservatione et memoria; 23, 24.
3°. Reponit in certa corporis sui resurrectione et salvatoris visione; 25-27 (1).
4°. Adhibet ad deterrendos suos hostes. 28, 29.

(1) *Cf.* S. *Clement. Roman.* Epist. 1. ad Cor. cap. 26; *Origen.* Comment. in Matth. t. 17. num. 29 (opp. t. 3. p. 812 C); S. *Ephræm. Syr.* Comment. in Job cap. 19 (opp. Syr. Latin. t. 2. p. 8. E); *Rufinum Aquileiens.* Comment. in Symb. Apost. num. 44; S. *Cyrill. Hierosol.* Catech. 18. num. 15; *Hieronym.* contr. Joann. Hierosol. num. 30 (opp. t. 2. p. 437, 438. edit. Vallarsii), Epist. 8. ad Paulinum num. 8. (*ibid.* t. 1. p. 276); S. *August.* De Civit. Dei lib. 22. c. 29. num. 4; *Philipp.* Expos. interlin. libri Job c. 19 (opp. S. Hieronymi t. 3. append. part. 2a.); *Anonym.* Excerpt. ex Comm. in Job c. 19 (*ibid.*); S. *Prosperum. Aquit.* contr. Collatorem c. 15. num. 2; *Cassiodorum* De Instit. Divin. Litterarum cap. 6 (opp. t. 2. p. 542, 543); S. *Gregor. Magnum* Moral. in Job lib. 14. c. 54-58, lib. 28. c. 1. num. 2, etc. Hanc etiam Jobi de Resurrectione prophetiam commemoratam invenies in nonnullis veteribus inscriptionibus, quas exhibet P. Zaccaria S. J. in Dissertat. sua De Veterum Christianar. Inscript. usu. c. 15 (Thesaur. Theol. t. 1. p. 887).

DIALOGUS TERTIUS SOPHAR INTER ET JOBUM.

I°. *Oratio Sophar :* cap. xx, v. 1.

I. Fatetur is, se rationibus Jobi non nihil commotum, ac in illius inclinare sententiam. 2, 3.

II. Ostendit tamen, se retineri adhuc ab experientia, quæ impium semper infelicem manifestat. 4.

III. Enumerat eam in rem supplicia impiorum, qualia sunt :

1°. Quod laus et gaudium impiorum non sint diuturna; 5.
2°. Quod iidem ex altissimo culmine dejiciantur; 6, 7.
3°. Quod nulla eorum servetur memoria; 8, 9.
4°. Quod eorum filii egestate, et ipsi malis propria manu partis conterantur; 10.
5°. Quod vitia a juvenibus assumpta, nec a senibus deponantur; 11-13.
6°. Quod quæ habebantur grata, sint noxia et mortifera; 14-17.
7°. Quod ruere debeant omnia; 18.
8°. Quod vel non obtineant quæ cupiunt; vel obtenta possidere nequant; vel, si possiderint, quietem non habeant; 19-22.
9°. Quod Deum persequentem habeant, nec effugere possint; 23, 24.
10°. Quod, dato per Deum signo, dæmones et elementa omnia contra impios insurgant, et eos perdant. 25-28.

* Hæc sors est et merces impiorum. 29.

II°. *Responsio Jobi :* cap. xxi, v. 1.

I. Exordium fit

1°. Suadendo mutationem sententiæ; 2.
2°. Permittendo, facta hypothesi, dissensum; 3.
3°. Proponendo æquitatem disputationis; 4.
4°. Postulando attentionem. 5.

II. Thesis asseritur de sorte impiorum, non sine commotione animi : 6. scilicet

1°. Impios non raro esse felices; arguitur ex eo, quia sæpius
   1. Gaudent vita, honore, et divitiis; 7.
   2. Habent numerosam posteritatem et cognationem; 8.
   3. Fruuntur familia tranquilla; 9.
   4. Utuntur re pecuaria abundante; 10.
   5. Numerant copiosam et lætam sobolem; 11, 12.
   6. Moriuntur sine prævia infirmitate diuturna. 13.
   * Hæc tamen felicitas
   1. Nec tollit aut elevat eorum impietatem; 14, 15.
   2. Nec ex eorum voluntate aut potestate oritur. 16.

2° Impios non esse universim infelices, probatur; quia
   1. Nec semper excidunt fortuna, aut malis obruuntur; 17.
   2. Nec crebro amittunt bona; 18.
   3. Nec frequenter puniuntur in filiis. 19.

3°. Impios, si adversa evenerint, non affligi, ostenditur; quia

1. Plagæ filiis inflictæ non tangunt parentes; 20.
2. Neque post mortem curant fata posteritatis. 21.

4°. Impiorum etiam et piorum sortem post fata esse eamdem, sine divinæ justitiæ læsione, declaratur; 22. quia
1. Tam felices, qui supponuntur impii, 23, 24.
2. Quam afflicti, qui mali arguuntur, 25.
3. Communi sæpe sepulcro conduntur. 26.

III. Antithesis soluta.

1°. Objectio: Nullum ergo signum et ratio est distinguendi impium a pio. 27, 28.

2°. Solutio:
1. Distinguuntur impii ex factis, et agnoscuntur ab attentis; 29.
2. Discernentur in tempore judicii; 30, 31.
3. Sepelientur in inferno. 32, 33.

* Rejicit Job amicorum consolationes tanquam vanas et falsas. 34.

## DISPUTATIO POSTREMA.

### DIALOGUS PRIMUS ELIPHAZUM INTER ET JOBUM.

I°. *Oratio Eliphazi* cap. XXII, v. 1.

I. Criminatoria; qua notat,

1°. In defensione causæ a Jobo suscepta,
1. Vanitatem ostentatæ scientiæ; 2.
2. Inutilitatem jactatæ innocentiæ; 3.
3. Impietatem nimiæ confidentiæ. 4.

2°. In vitæ actione,
1. Universim malitiam et scelera; 5.
2. Speciatim rapinam, immisericordiam et violentiam, quæ nunc castigantur. 6-10.

3°. In animi persuasione,
1. Opinionem impunitatis; 11.
2. Præsumptionem de Dei providentia res humanas non curante; 12-14.
3. Imitationem impiorum, de divina providentia male sentientium, et punitorum. 15-20.

II. Adhortatoria; qua Jobo

1°. Suadet
1. Compositionem cum Deo; 21.
2. Observationem mandatorum Dei; 22.
3. Conversionem ad Deum. 23.

2°. Promittit
1. Stabilitatem et divitias; 24.
2. Dei protectionem ac tutelam; 25, 26.
3. Votorum exauditionem et consiliorum successum; 27, 28.
4. Exaltationem et salutem, tanquam humilitatisac innocentiæ mercedem. 29, 30.

**II°.** ***Responsio Jobi.*** Cap. XXIII, v. 1.

I. Exordium : ubi occurrunt affectus

1°. Dolentis de querelis perperam acceptis, et graviorem afflictionem referentibus ; 2.

2°. Optantis audiri et edoceri a Deo causas afflictionis suæ ; 3-5.

3°. Postulantis agi secum, non secundum potentiam, sed secundum æquitatem ; 6, 7.

4°. Denuntiantis, Deum a se reperiri non posse. 8, 9.

II. Confutatio calumniarum : in qua Job

1°. Provocat ad Deum, testem omnium a se recte factorum ; 10-12.

2°. Contestatur, omnia subesse supremo Dei imperio ; 13, 14.

3°. Confitetur natum hinc timorem reverentialem, non autem mentis impotentiam ; 15-17.

4°. Agnoscit Dei omniscientiam, sed hominibus absconditam. *Cap.* XXIV, *v.* 1.

III. Distinctio geminæ impiorum classis :

1°. Classis prima palam peccantium, scilicet

1. Vi abigentium pecora ; 2-4.
2. Publice grassantium in agros ; 5.
3. Crudeliter spoliantium inermes ; 6-9.
4. Violente affligentium miseros. 10-12.

2°. Classis secunda clam delinquentium, scilicet

1. De nocte latrocinantium ; 14.
2. In tenebris adulterantium ; 15.
3. Tecta arte furantium. 16, 17.

IV. Enumeratio pœnarum postremos manentium : quales sunt

1°. Instabilis pervagatio terrarum incultarum ; 18.

2°. Vicissitudo inter extrema pericula ; 19.

3°. Interitus nulli miserabilis, sicut nec impius misertus ullius fuerat. 20-22.

V. Diversitas judicii divini circa impios : quorum

1°. Aliis indulgetur pœnitentiæ tempus, sed quo ipsi abutuntur ; 23.

2°. Aliis pœna infligitur subito. 24.

* Unde veritas asserti, quod nec probus ex prosperitate, nec impius ex afflictione, universim ac rite cognoscatur, negari non potest. 22.

DIALOGUS SECUNDUS BALDADUM INTER ET JOBUM.

**I°.** ***Oratio Baldadi.*** Cap. XXV, v. 1.

I. Assertum : Homo comparatus cum Deo non potest justificari, sive justificari idem sit ac contendere cum Deo, sive ac innocentem haberi coram Deo. 4.

II. Probatio primi membri : Quia Deus est potentissimus,

sublimissimus et sapientissimus; homo autem debilissimus, vilissimus et stupidissimus, cum sit vermis. 2, 3, 6.

III. Probatio secundi membri: Quia Deus est mundissimus, ac respectu cujus etiam astra candidissima et fulgidissima sunt maculis plena et obscura; homo autem immundissimus, utpote natus de muliere, et putredo. 4, 5, 6.

II°. *Responsio Jobi.* Cap. XXVI, v. 1. Profertur hic

I. Censura latentis in Baldado intentionis: hic enim, dum Jobum Deo repugnantem et suæ innocentiæ confidentem supponit, laudata syderum concordia, et memorato eorum lumine, videbatur suadere compositionem et donationis moderationem; unde excipitur ironia, quasi voluerit Deo

1°. Veluti minus potenti ferre auxilium; 2.
2°. Veluti minus sapienti dare consilium; 3.
3°. Veluti minus intelligenti addere doctrinam. 4.

II. Assumptio prolati a Baldado asserti de divina potentia, quam Jobus amplificat enumeratione locorum et operum: nempe Deus

1°. In regione infima seu inferno
1. Torquet tyrannos eorumque socios; 5.
2. Detegit et plectit hypocritas. 6.

2°. In regione superna
1. Sustinet cœlum et terram in aere; 7.
2. Continet aquam in nubibus; 8.
3. Tegit firmamentum nebulis; 9.
4. Dividit aquas superiores ab inferioribus. 10.

3°. In regione media
1. Concutit montes altissimos; 11.
2. Congregat et frænat maria; 12.
3. Excitat ventos et meteora. 13.

III°. *Continuatio responsionis prima:* cap. XXVII, v. 1.

I. Contestatio Jobi per Deum, quantumvis extraordinaria afflictione sibi gravem, jurantis, 2.

1°. Quod, dum vixerit, non sit locuturus impie aut mendaciter; 3, 4.
2°. Quod non possit adversariis, suam innocentiam criminantibus, cedere causam; 5.
3°. Quod non velit, utpote criminis nullius sibi conscius, omittere defensionem; 6.
4°. Quod debeat accusatores suos habere pro impiis calumniatoribus. 7.
* Hujusmodi autem hominibus negat esse posse

1. Aut spem in morte; 8.
2. Aut fiduciam in afflictione; 9.
3. Aut delectationem in Domino. 10.

II. Propositio sententiæ de impiorum rationibus, quam Job concepit, et amici etiam, sed falsis opinionibus mixtam, prodiderunt: 11, 12. Sors impiorum et pœna iisdem a Deo destinata hæc est: 13.

1°. Eorum filii, nepotes ac viduæ misere pereunt; 14, 15.
2°. Divitiæ collectæ transeunt ad alienos; 16-18.
3°. Moriuntur imparati, ex improviso, subito, et cum spectantium stupore. 19-23.

III. Collatio scientiæ humanæ, seu cognitionis rerum naturalium, cum sapientia divina, seu cognitione judiciorum divinorum:

1°. Cognitio rerum naturalium ab homine acquiri potest;
1. Quia res naturales habent ex terra ortum, et tempore deteguntur; *cap.* XXVIII, *v.* 1-3.
2. Quia eædem vel fortuito hominum occursu, vel mutatæ conditionis casu, aliquando innotescunt; 4-6.
3. Quia hominum industria et ingenium scrutatur et pervadit
α. Loca dissita et invia; 7, 8.
β. Rupes et montium viscera; 9, 10.
γ. Profunda aquarum. 11.

2°. Cognitio judiciorum divinorum non est investigabilis; 12.
1. Quia hæc in terrarum orbe non exstat; 13, 14.
2. Quia nec emptione nec permutatione rerum pretiosissimarum comparari potest; 15-19.
3. Quia creato intellectui tam vivorum quam beatorum et damnatorum est abscondita; 20-22.
4. Quia Deo soli, tanquam auctori et ante mundum conditum præformatori, perspecta et propria est. 23-27.
* Unde sufficiat nobis sapientia Dei practica, seu cognitio et observatio mandatorum divinorum. 28.

IV°. *Continuatio responsionis secunda.* Cap. XXIX, v. 1.

I. Descriptio felicitatis pristinæ Jobi,

1°. Ex Dei custodia, directione, et cura benevola; 2-4.
2°. Ex familiæ, gregum, et fructuum abundantia; 5, 6.
3°. Ex summæ sapientiæ fama; 7-10.
4°. Ex operum merito ergo pauperes, pupillos et viduas; 11-13.
5°. Ex justitiæ erga miseros et contra iniquos administratione; 14-17.
6°. Ex concepta certa spe amplitudinis et gloriæ perseveraturæ; 18-20.
7°. Ex auctoritate apud omnes. 21-25.

II. Descriptio miseriæ præsentis

1°. Ex derisione juvenum, *cap.* XXX.
1. Conditione vilissimorum; 1, 2.

2. Fortuna egentissimorum ; 3-5.
3. Conversatione, ingenio et fama ignobilissimorum. 6-8.
2°. Ex eorumdem sarcasmis et contumeliis; 9, 10.
3°. Ex Dei adversatione; 11.
4°. Ex hostium, undequaque irruentium, oppressione; 12-14.
5°. Ex ablatione omnis spei, et mœstitia animi; 15, 16.
6°. Ex dolorum continuitate, numero, ac turpitudine; 17-19.
7°. Ex frustratione suarum precum ; 20, 21.
8°. Ex sua ab alto ad imum dejectione; 22.
9°. Ex duriore Dei agendi secum ratione; 23, 24.
10°. Ex negata sibi compassione, et redditis pro bono malis; 25, 26.
11°. Ex æstu, cruciatu, mœrore, ac lamentatione horribili ; 27-29.
12°. Ex mutatione externæ speciei, et sui gaudii in luctum. 30, 31.

**III. Descriptio morum quos Job a prima juventute habuit : erant hi**

1°. Studium castitatis, demonstratum
1. Per custodiam oculorum et abstinentiam a desiderio pravo; *cap.* XXXI, *v.* 1. utpote quod
α. Impedit consecutionem Dei ; 2.
β. Inducit perditionem; 3.
γ. Vindicatur a Deo. 4.
2. Per omissionem simulationis et fucorum, cultum autem oppositæ simplicitatis; 5, 6.
3. Per continentiam concupiscentiæ oculorum, alias æquali damno castigandæ; 7, 8.
4. Per abstinentiam ab adulterio et captanda occasione illius, 9.
α. Quod detestatur cum imprecatione injuriæ similis, sibi alias inferendæ; 10.
β. Quod declarat tanquam scelus maximum; 11.
γ. Quod agnoscit causam perditionis ac ruinæ. 12.
2°. Officium pietatis
1. Erga domesticos, quos velut æquales habuit, 13.
α. Reveritus Deum, eorum ac sui judicem; 14.
β. Memor, conditionem nascendi utrique esse eamdem. 15.
2. Erga pupillos et viduas, quibus
α. Postulata liberaliter concessit; 16.
β. De suis cibis communicavit; 17.
γ. Misericordiam præstare a puero jam consuevit. 18.
3. Erga pauperes, quos
α. Nudos vestivit; 19, 20.
β. Non oppressit in judicio; 21.
γ. Imprecans alias ac timens ultionem, immisericordibus et oppressoribus debitam. 22, 23.
3°. Fuga avaritiæ, edita
1. Per neglectum auri ; 24.
2. Per contemptum divitiarum; 25.

4°. Detestatio idololatriæ, velut peccati maximi, et atheismi; 26-28.
5°. Abstinentia ab inimicorum odio,
1. De quorum infortunio non est lætatus; 29.
2. Quibus nunquam maledixit; 30.
3. Quibus maledicentes domesticos cohibuit. 31.
6°. Hospitalitas erga peregrinos; 32.
7°. Agnitio et confessio peccati proprii, si quod commisit; 33.
8°. Contemptus humani respectus in agendo aut omittendo. 34.
* Inseritur votum, quo Job Deum causæ suæ judicem optat, paratus sententiam ejus ubique circumferre ad contestandam suam innocentiam. 35-37.
9°. Immunitas a possessione iniqua, aut damno injuste illato. 38-40.

## DECISIONES CONTROVERSIÆ.

### DECISIO AB ELIU DATA.

I°. *Ingressus ad decisionem*

I. Narratorius, quo notatur

1°. Amicos Jobi, post orationem hujus finitam, nil amplius esse locutos; *cap.* XXXII, *v.* 1.
2°. Eliu, cujus genus breviter indicatur, et Jobo et amicis indignatum; 2, 3.
3°. Eumdem aliquandiu expectasse ulteriorem tum Jobi sermonem, tum amicorum refutationem. 4, 5.

II. Oratorius, quo Eliu

1°. Præfatur, se siluisse hactenus tanquam juniorem, et instructionis capiendæ ergo; sed esse expertum, sapientiam, non ex senio, sed ex Dei dono pendere; 6-9.
2°. Proponit, post auditas disputationes, et deprehensam amicorum impotentiam, se dicturum suam sententiam; 10-13.
3°. Declarat, se nec a Jobo offensum, nec respectu cujusquam occupatum; sed memorem Dei et futuræ mortis, elocuturum ea quæ animus suggessit. 14-22.

II°. *Judicatum primum solemne.*

I. Conciliatio attentionis: Eliu

1°. Evocat Jobum ad auscultandum; *cap.* XXXIII, *v.* 1.
2°. Dicit, se corde simplici et ex Dei inspiratione enuntiaturum veritatem; 2-4.
3°. Postulat ad interrogationem responsum; 5.
4°. Captat benevolentiam, protitendo de se æqualem cæteris, et dissuadendo tum timorem, tum animi aversionem. 6, 7.

II. Expositio causæ decisoria:

1°. Relatio facti, 8. scilicet Job
1. Asserit se innocentem; 8.
2. Arbitratur Deum sibi inimicum; 9.

3. Queritur, se nimio dolore affligi. 10, 11.

2°. Sententia: Hæc facta et iniqua sunt et excusari nequeunt; quia Deus puritate, bonitate et justitia major est homine. 12.

III. Confutatio exceptionis :

1°. Exceptio Jobi objicientis, Deum non respondisse ad omnia; 13.

2°. Confutatio statuens multiplicem Dei esse responsionem seu instruendi modum; atque unum, si detur, sufficere, nec posse postulari alium. 14.

IV. Declaratio confutationis, et enumeratio modorum queis Deus respondet, aut instruit hominem :

1°. Primus fit per ostensionem visionis nocturnæ; 15. hæc

1. Proponit disciplinæ documenta; 16.
2. Revocat peccatorem a culpa; 17.
3. Præservat a pœna. 18.

2°. Alter per afflictionem; 19. hac

1. Infertur nausea delectabilium; 20.
2. Comprimitur carnis irritamentum; 21.
3. Incutitur mortis terriculamentum. 22.

3°. Tertius per ministerium Angelorum, pro homine deprecantium; 23. hoc

1. Deus flectitur ad misericordiam et pœnarum remissionem; 24, 25.
2. Homo excitatur ad deprecationem et confessionem suorum peccatorum; 26, 27.
3. Salus et liberatio obtinetur. 28.

V. Conclusio probans Jobo esse silendum :

1°. Argumentum primum. Deus uno ex his tribus modo loquitur peccatori; ergo, cum Deus Jobo fuerit locutus modo secundo, Job peccator est; nec responsum amplius a Deo postulare debet. 29, 30.

2°. Secundum. Qui justus est debet vel illud probare, vel loquente Deo obmutescere: ergo Job, permissa ipsi sua innocentia, vel debet causam suam melius probare, vel obmutescere. 31-33.

III°. *Judicatum secundum, per modum deliberationis.*

I. Propositio deliberationis, *cap.* XXXIV, *v.* 1.

1°. Postulata simul attentione, 2, 3.

2°. Et promissa æquitate judicii. 4.

II. Expositio casus, ubi refertur, quod Job dixerit,

1°. Se esse immunem ab omni peccato; 5.

2°. Deum in sui afflictione esse injustum. 6.

III. Electio partis, qua arguitur Job

1°. Subsannationis erga omnes; 7.

2°. Societatis cum impiis; 8.

3°. Blasphemiæ contra Deum. 9.

IV. Vindiciæ pro Dei justitia; 10. quæ probatur

1°. Ex divina judicandi ratione secundum merita; 11, 12.

2°. Ex suprema, ipsi uni propria, judicandi auctoritate; 13.

3°. Ex summa potestate, qua, si male vellet homini, sine difficultate et ambagibus eum destruere posset; 14, 15.
4°. Ex proprio Jobi judicio, quo sperare a Deo liberationem non posset, nisi Deus foret justus; 16, 17.
5°. Ex judiciaria potestate, exercita etiam in potentissimos, sine personarum acceptione; 18-20.
6°. Ex infallibili causarum omnium cognitione; 21, 22.
7°. Ex judicii sublimitate, a quo nemo provocare, quod nemo declinare potest; 23-25.
8°. Ex vindicta publica in homines, Deo resistere, vel alium opprimere ausos; 26-28.
9°. Ex rationibus occultis, quibus impii sinuntur tum pace tum auctoritate frui. 29, 30.

V. Delatio sermonis ad Jobum, cum hujus improperio :
1°. Delatio sermonis fit
1. Per concessionem, ut loquatur; 31.
2. Per monitum, ut dictis contrarium ostendat; 32.
3. Per excusationem, siquid displicuerit, et reductionem hujus ad suam occasionem. 33.
2°. Improperium fertur per imputationem
1. Stultitiæ in dictis; 34, 35.
2. Iniquitatis, et pœnæ commeritæ in factis; 36.
3. Blasphemiæ in utrisque. 37.

IV°. *Judicatum tertium, per modum disputationis.* Cap. XXXV, v. 1.

I. Asserta Jobo imputata :
1°. Sum justior Deo; 2.
2°. Deus non curat, sive justus sim, sive injustus. 3.

II. Responsio ad primum : Homo infinite inferior est Deo, et hinc justior esse non potest. 4, 5.

III. Responsio ad secundum :
1°. Id verum est hoc sensu, quod
1. Deus ex hominum justitia nihil commodi, ex injustitia nihil incommodi habeat; 6, 7.
2. Quod humana humanis duntaxat commodis vel incommodis conveniant; 8.
2°. Falsum autem hoc sensu, quod Deus ad hominum conditionem ac statum non respiciat; 13.
1. Vel quia oppressi, etiam injuste et hinc auxilium meriti, Deum non invocant; 9-11.
2. Vel quia qui invocant sine humilitate clamant. 12.
3°. Blasphemum denique est hoc sensu, quod Deus non attendat, quasi nostri oblitus; 14.
1. Tum quia oportet seipsum judicare, et Deo rem permittere; 14.
2. Tum quia pœna nec merita nec omnis infertur in hac vita. 15.
* Hinc sequitur, Jobum insipienter fuisse locutum. 16.

V° *Judicatum quartum, per modum instructionis.*

I. Prolegomenon: in hoc Eliu sermonem prosecutus, *cap.* XXXVI, *v.* 1.

1°. Postulata auditorum patientia, defensionem Dei tanquam scopum sermonis indicat; 2.
2°. Argumentum in demonstranda Dei justitia statuit; 3.
3°. Doctrinam suam a veritate et soliditate commendat. 4.

II. Instructio de divinæ justitiæ rationibus in thesi circa potentes: hi,

1°. Si fuerint impii, puniuntur a Deo, non odio potentiæ, sed merito impietatis; 5, 6.
2°. Si justi, donantur vita et imperio diuturno; 7.
3°. Si afflicti adversis, instruuntur de horum immissorum causa, et tollendorum medio; 8-10.
4°. Si emendentur, recipiunt priorem felicitatem et gloriam; 11.
5°. Sin minus, pereunt in sua iniquitate; 12.
6°. Si fuerint hypocritæ, miserrime pereunt, et cum sceleratissimis puniuntur. 13, 14.

III. Instructio de eodem argumento in hypothesi circa Jobum: hic

1°. More afflictorum emendatorum, liberabitur a malis, et donabitur prosperis; 15, 16.
2°. Quia hactenus in afflictione instar impiorum habitus fuit; 17.
3°. Si tamen emendatum se probaverit,
   1. Imperando iræ, nec donorum corruptioni cedendo; 18.
   2. Deponendo superbiam et affectus intemperantiores; 19.
   3. Excutiendo torporem et negligentiam in regendis subditis; 20.
   4. Abstinendo ab iniquitate, cujus se reum etiam in afflictione fecerat. 21.

IV. Instructio de divinæ potentiæ operibus in genere: Deus in suis operibus

1°. Est potentissimus et ordinatissimus; 22.
2°. Est inscrutabilis et sanctissimus; 23.
3°. Est notus quidem ex hominum et creaturarum testimonio, sed excedens omnium scientiam. 24-26.

V. Instructio de iisdem in specie: Deus sua potentia

1°. Vapores elevat, imbres effundit, nubes expandit; 27, 28.
2°. Emisso ex nubibus imbre ac fulgure, punit et reficit globum terraqueum et homines; 29-31.
3°. Lucis et tenebrarum tum vicissitudines ordinat, tum symbola amicis exponit; 32, 33.
4°. Tonitru ac fulmine terrorem incutit, percurrit omnia, cognitionem humanam fugit; *cap.* XXXVII, *v.* 1-5.
5°. Nivibus, hieme, grandine ac frigoribus interrumpit hominum labores et belluarum discursiones; 6-10.

6°. Fœcunditatem agris et prosperitatem regionibus pro sua voluntate ac misericordia impertitur. 11-13.

VI. Instructio de divinorum operum imperscrutabili conditione : in hac Eliu

1°. Arguit Jobum, 14. utpote qui nesciat
1. Quo tempore ventura sit pluvia, agris fœcunda; 15.
2. Qua via ferantur nubes; 16.
3. Quo modo oriatur calor, stante austro; 17.
4. Qua materia constent cœli; 18.

2°. Contestatur denique
1. De se, harum rerum ignorantiam; 19.
2. De reliquis, eloquendi ista insufficientiam; 20.
3. De simplicibus, ob rerum vicissitudinem et principia remotissima, opinionem duntaxat formidolosam; 21, 22.
4. De sapientioribus, ob auctoris potentiam, sapientiam et justitiam, confessionem impotentiæ et reverentialem abstinentiam ab investigatione. 23, 24.

## DECISIO DATA A DEO,

### SEU CONVICTIO JOBI.

I°. *Convictio prior de ignorantia attributorum divinorum.*

I. Introductio ad convictionem :
1°. Deus apparet in nube turbinea; *cap.* XXXVIII, *v.* 1.
2°. Improbat sermones hactenus imperite jactatos ; 2.
3°. Jobum ad quæstiones respondere jubet. 3.

II. Convictionis argumentum primum, seu quæstiones de Universo ac meteoris propositæ, et detecta per has Jobi ignorantia circa Dei potentiam et magnitudinem :

1°. Job, dum crearetur orbis, necdum erat natus; 4, 7.
Adeoque scire nequit
1. Quæ sit universi dimensio; 5.
2. Quæ stabilitas et basis terræ; 6.
3. Quæ maris primum editi ratio, infantili nativitati et conditioni similis; 8, 9.
4. Quæ ejusdem ostia, littus ac terminus. 10, 11.

2°. Job etiam natus nihil curæ habet aut scit de variante per annum loco auroræ; 12. hæc tamen
1. Terræ reddit ornatum et pulchritudinem ; 14.
2. Impiorum, tenebras amantium, opera et audaciam cessare facit. 13, 15.

3°. Job nunquam inspexit, et vel ideo nescit
1. Profunda et abyssos maris; 16.
2. Intimos terræ recessus; 17.
3. Latitudinem terrarum; 18.

4. Lucis et terræ stationes. 19, 20.

4°. Job nihil de ortu suo aut annis futuris præscius, 21. multo minus alia scit externa, scilicet

1. Nivis et grandinis thesauros, contra hostes Dei paratos; 22, 23.
2. Lucis et æstus diffusionem; 24.
3. Imbrium et tonitruorum, locis desertis fœcunditatem tribuentium, immissionem; 25-27.
4. Pluviæ et roris originem; 28.
5. Glaciei per frigus efformationem. 29, 30.

5°. Job conciliare non potest, nec novit

1. Pleiadum constellationem et circulum Arcturi; 31.
2. Ortum Luciferi et Vesperi; 32.
3. Conversiones et influxus astrorum; 33.
4. Nubium, imbrium, et fulminum operationes. 34, 35.

* Quamvis Deus aliquam horum intelligentiam homini, et quandam temporum discretionem etiam gallo gallinaceo concesserit, 36.

Nemo tamen explicare poterit

1. Aut cœlestium orbium rationes, et concordiæ obices; 37.
2. Aut siccitatum et humiditatum vicissitudines. 38.

III. Convictionis argumentum alterum, seu quæstiones de animantibus propositæ, et detecta per has Jobi ignorantia circa Dei sapientiam et providentiam :

Job ignorat, quo instinctu aut quomodo

1°. Leæna aut corvus,

1. Illa quidem catulos præda sustentet; 39, 40.
2. Hic vero pullos esca nutriat; 41.

2°. Ibicum et cervarum

1. Tum partus, ob cursum et metum incertus, felix tamen sit et facilis; *cap.* XXXIX, *v.* 1-3.
2. Tum fœtus, matres mature deserens, pastum sibi procuret; 4.

3°. Onager libertate fruens, 5.

1. Solitudine delectetur præ commercio cum hominibus; 6, 7.
2. In deserto tamen nutriatur; 8.

4°. Rhinoceros

1. Servire et laborare detrectet; 9.
2. Ad agriculturam ob vires aptissimus non assumatur vel cogatur; 10-12.

5°. Struthio, pennis ciconiæ aut accipitri æqualis, 13.

1. Deponat ova humi et negligat; 14, 15.
2. Stupidus, et materni amoris oblitus, pullos deserat; 16, 17.
3. Cursu, alarum vi adjuto, velocissimos superet; 18.

6°. Equus fortis, hinniens, velox, et narium flatu terrorem spargens, 19, 20.

1. Fodiens ungula terram, ferociter exultans, contempto pavore et armis, feratur in prælium; 21, 22.
2. Toleret ac vehat armatum militem; 23.

3. Fremat, nec tubæ sono terreatur; sed buccinæ clangore, sessoris voce et exercitus ululatu excitetur; 24, 25.

7°. Accipiter et aquila,

1. Ille plumescat, et longissime avolet; 26.

2. Hæc in altissimis nidificans, circumspiciat prædam, eaque rapta nutriat pullos. 27-30.

IV. Successus convictionis:

1°. Silente ad has quæstiones Jobo, Deus respondendum inquit esse illi, qui contendere in judicio velit; 31, 32.

2°. Job convictum se sentiens, fatetur se temere locutum, eligit silentium, optat unum ac alterum non fuisse a se dictum, decernit nihil addere. 33, 34.

II°. *Convictio posterior de inæqualitate cum Deo.*

I. Introductio ad convictionem repetita:

1°. Deus pergit apparere et proloqui ex nube turbinea; *cap.* XL, *v.* 1.

2°. Evocat Jobum ad responsa, quæstionibus proponendis danda; 2.

3°. Reprehendit, quod Job, defendendo suam causam pertinacius, videatur Deum insimulare injustitiæ. 3.

II. Convictionis argumentum primum, desumptum ex infirmitate Jobi, qui

1°. Nec similis est Deo potentia ac imperio; 4.

2°. Nec majestate æqualis; 5.

3°. Nec justitia ac vindicta compar. 6-9.

III. Convictionis argumentum secundum, ex Dei eximia potentia in Behemoth seu elephante condito desumptum: Hoc enim animal

1°. Non est carnivorum, sed fœno pascitur; 10.

2°. Humeris, promuscide, nervis ac ossibus est fortissimum; 11-13.

3°. Dei opus est præcipuum, et ad vindictam serviens, quantumvis ex se mitissimum; 14, 15.

4°. Morari ac quiescere in paludibus ac inter salices solet; 16, 17.

5°. Ingentes aquarum haustus potando facit; 18.

6°. Mediante generis sui femella capitur et subigitur. 19.

IV. Convictionis argumentum tertium, ex utraque in Leviathanis seu crocodili tractatione et hujus ferocia desumptum:

1°. Jobi infirmitas contra hoc animal: quod Job scilicet nequit

1. Vel capere, aut captum tenere; 20, 21.

2. Vel sponte sua subjectum et obsequens habere; 22, 23.

3. Vel lusui aut commercio exponere; 24, 25.

4. Vel includere aut contrectare, sine læsione aut periculo. 26-28.

2°. Dei potentia in illud: quod Deus scilicet

1. Irritare sine periculo potest; *cap.* XLI, *v.* 1.

2. Viribus propriis infinite superat; 2.

3. Pro libitu tractat. 3.

3°. Terrifica animalis species,
1. Ex rictu immani et numerosis dentibus; 4, 5.
2. Ex squammis durissimis et densissimis; 6-8.
3. Ex oculis, ore et naribus æstum ac furorem spirantibus; 9-12.
4. Ex collo robustissimo, membris firmissimis, et corde durissimo. 13-15.

4°. Ferocia ejusdem, qua
1. Incutit suo incursu omnibus metum; 16.
2. Retundit omnia armorum genera; 17, 18.
3. Ridet aggressores omnes; 19, 20.
4. In terra et aquis nihil commodi aut periculi curat. 21-23.

5°. Fortitudo ejusdem et audacia major omnibus etiam ferocissimis. 24, 25.

V. Successus convictionis: Job respondens *cap.* XLII, *v.* 1.
1°. Fatetur, Deum omnia posse, et quæ decreverit, exequi; 2.
2°. Damnat tum eum, qui ex inscitia consilium Dei traduxerit, tum se, qui de rebus scientia sua majoribus insipienter locutus fuerit; 3.
3°. Postulat, se audiri a Deo et edoceri; 4.
4°. Testatur, se non tantum, ut postulaverat, esse edoctum; sed et Deum sub schemate sibi visum; 5.
5°. Revocat, mutata jam mente, factum pristinum. 6.

## APODOSIS HISTORICA.

I°. *Factum circa amicos.* Hi
I. Reprehenduntur a Deo irato, quod præ Jobo minus recte locuti fuerint. 7.
II. Jussi satisfacere, ablegantur ad Jobum, ut precibus ejus interpositis obtineant veniam. 8.
III. Exequuntur imperata, Deo Jobum exaudiente. 9.

II°. *Eventus circa Jobum.* Is
I. Exauditus pro amicis, invisitur a cognatis, ab iisque solatio et muneribus ornatur. 10, 11.
II. Restituitur in integrum, donatur duplo possessarum prius facultatum, fit rursus parens septem filiorum et trium filiarum: 12, 13. harum
1°. Recensentur nomina; 14.
2°. Laudatur pulchritudo, et notatur hæreditas. 15.
III. Addit vitæ annos adhuc centum quadraginta, videt nepotes ad quartam usque generationem, moritur plenus dierum. 16.

LIBRI HISTORICI

# VETERIS TESTAMENTI.

---

III.

## HISTORIA

POPULI A DEO ELECTI

PROPHETICA ET FUTURA.

# PROPHETIA ISAIÆ.

## PARS I.

PERIODUS PROPHETIÆ PRIOR.

## SECTIO I.

PRÆVIUM LIBRI SUMMARIUM.

I°. *Enumeratio regum*, sub quorum tempus visiones factæ, et prophetiæ dictæ. *Cap.* I, *v.* 1.

II°. *Expositio eventuum*, ex justo Dei decreto futurorum.

I. Prior, præmissa ad cœlum et terram apostrophe, 2.

1°. Exprobrat Israelitis oblivionem Dei, cum ingratitudine, stupiditate, malitia et blasphemia conjunctam ; 2-4.

2°. Prænuntiat, velut jam præsentem, tum reipublicæ afflictionem gravissimam, tum regionis devastationem ; 5-8.

3°. Adjicit, solius Dei beneficio prohibitum adhuc, simile cum Sodoma et Gomorrha fatum. 9.

II. Altera ad posteros hinc non emendatos directa, 10.

1°. Reprobat cultum religionis mere externum, utpote hypocrisi et iniquitate contaminatum ; 11-15.

2°. Exigit vitiorum abolitionem, et virtutum religiosarum substitutionem ; 16, 17.

3°. Promittit, posita hac conditione, peccatorum remissionem et bonorum reditum ; 18, 19.

4°. Minatur, emendatione haud secuta, exterminium. 20.

III. Posterior, corruptionem populi, maxime autem principum, incorrigibilem experta, 21-23.

1°. Denuntiat vindictam sumendam de sceleratis, et discretionem faciendam ab innocentibus ; 24, 25.

2°. Spondet melioribus his reliquiis reparationem reipublicæ et redemptionem ; 26, 27.

3°. Excipit ab hoc beneficio idololatras, cum idolis perdendos. 28-31.

## SECTIO II.

### VATICINIA SUB OZIÆ REGNUM EDITA.

§ I. CONCIO ISAIÆ, DE JUDÆ FATIS PRÆNUNTIA, *cap.* II, *v.* 1.

I°. *Auspicata gentilibus*, utpote Ecclesiam Christi
   I. Palam propositam olim libere accessuris; 2.
   II. Tanquam veritatis magistram avide audituris; 3.
   III. Sub hoc magisterio pacem et amicitiam constanter culturis. 4. *
      * Invitatio Judæos provocans ad eamdem Ecclesiam frequentandam. 5 (1).

II°. *Funesta Judæis*, quibus
   I. Minatur reprobationem ob damnatas artes, scelera nefanda, terrena studia et idololatriam. 6-9.

(1) In hanc primam partem capitis secundi Cf. S. *Justin.* Apolog. 1. num. 39, Dialog. cum Tryph. num. 135; S. *Irenæum* contr. Hæres. lib. 4. c. 34. num. 4; *Clement. Alexandr.* Cohortat. ad gentes (opp. p. 2. edit. Paris. ann. 1629); *Tertull.* contr. Marcion. lib. 3. c. 21. lib. 4. c. 1. lib. 5. c 4, contr. Judæos c. 3; *Origen.* contr. Celsum lib. 5, num. 33 (opp. t. 1. p. 602), Comment. in Matth. t. 16. num. 3 (opp. t. 3. p. 712. C, D); S. *Cyprian.* Testim. contr. Judæos lib. 1. c 10. lib 2. c. 18; *Adamantium* Dialog. de Recta in Deum Fide sect. 1ª. (inter Origen. opera t. 1. p. 812. A); *Eusebium Cæsar.* Demonstr. Evang. lib. 1. c. 4 (p. 8. edit. Paris. 1628), lib. 2. c. 4. § 37 (p. 66, 67), Comment. in Isaiam c. 2 (Montfaucon. Collect. nova PP. Græc. t. 2), Comment. in Psalm. 14 (*ibid.* t. 1. p. 50. B, C), in Psalm. 77 (*ibid.* p. 463. B); S. *Jacob. Nisib.* Serm. 14. de Pascha num. 3 (Galland. t. 5. p. XCVIII), Serm. 15. de Ingressu Gentium num. 12 (*ibid.* pag. CII, CIII), Serm. 17. Confut. adv. Judæos num. 3 (*ibid.* p. CXXI); S. *Hilar. Pictav.* Tract in Psalm. 52. num. 18; S. *Athanas.* de Incarn. Verbi Dei num. 52 (opp. t. 1. part. 1ª. p. 74); S. *Optat. Milevit.* De schism. Donatist. lib. 3. num. 2 (Galland. t. 5. p. 478. D); S. *Cyrill. Hierosol.* Catech. 21. num. 7; S. *Basilium Cæsar.* Comment. in Isaiam c. 2. num. 66 et seqq.; S. *Ephræm.* Comment. in Isaiam c. 2 (opp. Syr. Latin. t. 2. p. 23, 24); S. *Gregor. Nyss.* De Cognit. Dei Fragm. 17 (Galland. t. 6. p. 713. D); S. *Joann. Chrysost.* in Isaiam c. 2. num. 2-6 (opp. t. 6. p. 20-26), contr. Judæos et Gentiles num. 6 (*ibid.* t. 1. p. 566 B), in Psalm. 49. num. 1 (*ibid.* t. 5. p. 225. A); S. *Chromat. Aquileiens.* in Matth. Tract. 4. num. 4 (Galland. t. 8. p. 339. A, B); S. *Hieronym.* in Isaiam lib. 1. c. 2 (opp. t. 4. p. 31-35. edit. Vallarsii), lib. 14. c. 52 (*ibid.* p. 605), in Zachariam Proph. c. 8 (opp. t. 6. p. 838); S. *August.* In 1. Epist. Joannis Tract. 1. num. 13, Enarr. in Psalm. 45. num. 6, 12, De Civit. Dei lib. 10. c. 32. num. 2, Tract. adv. Judæos num. 9; S. *Cyrill. Alexandr.* in Isaiam lib. 1 (opp. t. 2. p. 35-40. Homil. Pasch. 1 et 5 (*ibid.* t. 5. part. 2ª. sect. 1ª. p. 2, 57); *Theodoret.* in Isaiam c. 2 (opp. t. 2. edit. Sirmondi); S. *Philonem Carpasiens.* Enarr. in Cantica (Galland. t. 9. p. 735. D); S. *Proclum Constantinop.* Orat. 2, de Incarnat. Domini num. 7 (*ibid.* p. 623. C); S. *Prosperum Aquitan.* De Vocat. Gentium lib. 2. c. 18 (opp. p. 906, 907); S. *Avitum Viennens.* Epist. 20 (Galland. t. 10. p. 718, 719), S. *Gregor. M.* Moral. in Job. lib. 33. c 1. num. 2, in Ezechiel. lib. 2. Homil. 1. num. 4; etc., etc.

II. Denuntiat judicis divini vindictam,

1°. Nec fuga declinandam; 10, 19, 21.

2°. Nec reorum magnitudine, amplitudine aut pulchritudine retinendam; 11-17.

3°. Nec idolorum potentia cohibendam; 18, 20.

4°. Nec humano præsidio tolerandam. 22.

III. Exaggerat imminentem ab hoc vindice

1°. Populi diminutionem, ex rerum ad vitam necessariarum penuria; *cap.* III, *v.* 1.

2°. Imperii decrementum, ex administratorum defectu, et imperantium ineptitudine; 2-4.

3°. Reipublicæ perturbationem, ex bello civili et anarchia futuris; 5-7.

4°. Hierosolymæ ruinam, ex insolenti contra Deum, et impudenti contra honestum oppositione merito secuturam; 8, 9.

5°. Justorum ab impiis discretionem, ac faustam illis, infaustam his eventuram, et cum oppressione, dedecore ac deceptione populi conjungendam. 10-12.

IV. Depingit judicialem actionem, 13, 14. qua Deus

1°. Exprobrat potentioribus oppressionem infirmiorum; 14, 15.

2°. Decernit feminis pœnas, earum superbiam, vanitatem et luxum oppositis malis castigaturas; 16-24.

3°. Prædicit virorum plurimorum cædem, et hinc nascituram tum habitatorum pro urbibus, tum maritorum pro conjugiis paucitatem. 25, 26; *cap.* IV, *v.* 1.

III°. *Consolatoria Judæorum reliquiis,* quibus spondet

1°. Cum gloria gaudium; 2.

2°. Cum peccatorum abolitione sanctitatem; 3, 4.

3°. Cum Dei protectione securitatem. 5, 6.

§ II. CANTICUM EJUSDEM APOLOGETICUM PRO JUDICII DIVINI JUSTITIA.
*Cap.* V. *v.* 1.

I°. *Proponit parabolam,* quæ

I. Exhibet

1°. Vinitorem, ad vineæ fœcunditatem omnia conferentem; 1, 2.

2°. Vineam, damnanda ab omnibus malignitate, labruscas loco uvarum referentem; 2-4.

3°. Neglectum hujus ab illo, et hinc dissipationem juste decretam. 5, 6.

II. Applicatur ad liberalem numinis curam, et sterilitatem Judæorum malignam. 7.

II°. *Amplificat applicationem,*

I. Exponendo scelera Judæorum cum pœnis a Deo infligendis; scilicet

1°. Avaritiam et ditescendi studium cum exspoliatione et sterilitate; 8-10.

2°. Ebrietatem et luxum voluptuarium cum captivitate, penuria et morte. 11-14.

II. Referendo pœnarum effectus, qui futuri sunt

1°. Humiliatio superbi; 15.

2°. Exaltatio Dei; 16.

3°. Sublevatio pauperis. 17.

III. Minitando mala illis, qui

1°. Ex impunitatis præsumptione iniquitates multiplicant; 18, 19.

2°. Ex sapientiæ præfidentia judicium erroneum efformant; 20, 21.

3°. Ex virium prævalentia in conviviis sanam mentem, in judiciis causas alienas perdunt. 22, 23.

IV. Prædicendo supplicia, nempe

1°. Excidium familiarum et stirpium Judaicarum; 24.

2°. Concussionem imperii, crescente Dei vindicta auctam; 25.

3°. Oppressionem gentis consummatam ab hostibus, industria, celeritate ac ferocia timendis, a Deo excitatis. 26-30.

## SECTIO III.

### VISIO SUB JOATHANIS INITIA.

I°. *Scena visionis*

I. Habens notam temporis. *Cap.* VI, *v.* 1.

II. Exhibens

1°. Dominum in throno sedentem, et templum parte vestimenti replentem; 1.

2°. Seraphinorum juxta astantium formam et actionem. 2.

III. Referens

1°. Eorumdem trisagion; 3. (1).

2°. Ortum hinc cardinum motum, et fumi diffusionem. 4.

(1) Cf. *Origen.* in Visiones Isaiæ Homil. 1. num. 2 (opp. t. 3. p. 106, 107), Homil. 4. num. 1, 2 (*ibid.* p. 112. E); S. *Athanas.* De Incarn. et contr. Arianos num. 10 (opp. t. 1. part. 2a. p. 701), de Trin. et Spiritu sancto num. 16 (*ibid.* p. 779); *Didym. Alexandr.* De Trinit. lib. 1. c. 19 (pag. 58, 59), lib. 2. c. 11 (pag. 241-245); S. *Cæsarium* Dial. 1. Interr. 13 (Galland. t. 6. p. 11. A); S. *Gregorium Nyss.* contr. Eunom. Orat. 2 (opp. t, 2. p. 488. B, C), de Cognit Dei fragm. 8 (Galland. t. 6. p. 711. C); S. *Ambros.* Expos. Evang. sec. Luc. lib. 7. num. 120, de Fide lib. 2. c. 12. num. 106, 107, de Spirit. sanct. lib. 3. c. 16. num. 109, 110; S. *Epiphan.* Ancorat. num. 10, 119; S. *Joann. Chrysost.* in Isaiam c. 6. num. 3 (opp. t. 6. p. 67. D. E, 68. A); S. *Hieronym.* in Isaiam lib. 3. c. 6 (opp. t. 4. p. 91-93); S. *Cyrill. Alexandr.* in Isaiam lib. 1 (opp. t. 2. p. 103. B, 104), in Joann. lib. 5 (*ibid*, t. 4. p. 504, 505), de sanct. Trinit. Dial. 6 (*ibid.* t. 5. part. 1a. p. 607, 608, 642. B, 669); *Theodoret.* in Isaiam c. 6 (opp. t. 2. p. 27. B, C), de Trinit. contr. Sabellium (Galland. t. 9. p. 416. D); S. *Proclum. Constantinop.* Orat. 16, in sanct. Pentecost. num. 1 (*ibid.* p. 668); S. *Fulgentium* Resp. contr. Arianor. object. 4 (opp. p. 57); S. *Gregor. M.* Moral. in Job. lib. 29. cap. 31. num. 70, in Ezechiel. lib. 2. Homil. 4. num. 7; etc., etc.

IV. Excitans in Isaia metum mortis ob immunditiam propriam et Deum a se conspectum. 5.

II°. *Actio scenæ*

I. Ex parte Seraphinorum, quorum unus

1°. Delato ex ara calculo tangit labia Isaiæ; 6.

2°. Hoc tactu eumdem emundat. 7.

II. Ex parte Domini,

1°. De legato ad Judam mittendo deliberantis; 8.

2°. Isaiam ad hoc munus se offerentem acceptantis; 9.

3°. Mandatum eidem de populo excæcando et obdurando imponentis; 9, 10.

III. Ex parte Isaiæ, ad quæstionem factam edocti

1°. De Judææ vastitate, et incolarum tenuitate futura; 11, 12.

2°. De servandis tamen gentis reliquiis, ad genus sanctorum propagandum. 13.

# PARS II.

PERIODUS PROPHETIÆ ALTERA.

—

## SECTIO I.

### VATICINIORUM SUB REGE ACHAZ CLASSIS PRIMA PERTINENS AD REGNUM JUDA.

#### § I. LEGATIO ISAIÆ AD REGEM ACHAZ.

I°. *Prænotiones :*

- I. Rasin Syriæ et Phacee Israelis reges armis sociis Hierosolymam invadunt. *Cap.* VII, *v.* 1.
- II. Achaz rex Juda cum subditis timore percellitur. 2.
- III. Deus ad eum mittit Isaiam; filium assumi comitem jubet; locum sermonis habendi designat. 3.

II°. *Argumentum :* propheta

- I. Jubet Achazum ponere metum, et spernere consilia hostium. 4–6.
- II. Prædicit indemnitatem Judæ, Israelitici autem regni post designatos annos interitum. 7-9.
- III. Offert signum vaticinii confirmatorium, quodcumque postulare regi libuerit. 10, 11.
- IV. Reprehendit Achazum optioni pertinaciter renuntiantem. 12, 13.

III°. *Auctarium adjectum*

- I. Per vaticinium remotioris epochæ, de Messia ex virgine matre nascituro. 14, 15 (1).

(1) Cf. *Matth.* I, 23; S. *Justin.* Apol. 1ª. num. 33, Dial. cum Tryph. num. 43, 66, 71, 84; S. *Irenæum* contr. Hæres. lib. 3. num. 4-6; *Tertull.* contr. Marcion. lib. 3. c. 12, 13, contr. Judæos c. 9, de Carne Christi c. 17, 21, 23; *Origen.* contr. Celsum lib. 1. num. 34, 35 (opp. t. 1. p. 352, 353), in Exodum Homil. 4. num. 8 (opp. t. 2. p 143. C), in Psalm. 21 (*ibid.* p. 620. E, F), in Visiones Isaiæ Homil. 2 (opp. t. 3. p. 108 et seqq.); *Novatian.* de Trinit. c. 9, 12; *Dionys. Alexandr.* Epist. contr. Paul. Samosat. (Labb. Collect. Concil. t. 1. p. 851, 870); S. *Cyprian.* Epist. 8. ad Mart. et Confess. (opp. p. 49. edit. Venet. 1758), Testim. adv. Judæos lib. 2. c. 9; *Lactantium* Divin. Instit. lib. 4. c. 12, Epitom. Divin. Institut. c. 44; *Euseb. Cæsariens.* Demonstr. Evang. lib. 8 (p. 314. D. 315 et seqq.), Comment. in Isaiam c. 7. v.

II. Per vaticinium propioris epochæ, et ad filii Isaiam comitati adolescentiam definitæ,

1°. De Rasini et Phacee interitu; 16.

2°. De gravissima Judææ clade, ab Ægyptiis et Assyriis infligenda; 17-21.

3°. De hominum infrequentia, ac regionis vastitate et horrore, hanc cladem secuturis. 22-25.

## § II. COMMUNICATIO VATICINII CUM POPULO.

1°. *Consignata documento authentico,*

I. Per scripturam solemnem; *Cap.* VIII, *v.* 1.

II. Per adjunctionem testium; 2.

9. et seqq.; S. *Jacob. Nisib.* Serm. 16. Quod Christus sit Deus num. 7 (Galland. t. 5. p. CX); S. *Hilar. Pictav.* Tract. t. num. 8 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 1. p. 479, 480); S. *Zenon. Veronens.* lib. 2. Tract. 7. num. 3; S. *Athanas.* de Incarnat. Verbi Dei num. 33 (opp. t. 1. part. 1a. p. 60), Epist. t. ad Serapionem num. 9 (opp. t. 1. part. 2a. p. 525. C), de Incarn. et contr. Arianos num. 22 (*ibid.* p. 710. C, D); *Titum Bostrens.* contr. Manich. lib. 3. num. 6 (Galland. t. 5. p. 332. C); S. *Cyrill. Hierosol.* Catech. 12 num. 21, 22; S. *Basilium* Comment. in Isaiam c. 7. num. 198-202, in S. Christi Generat. num. 4 (opp. t. 2. p. 599); S. *Ephræm* Comment in Isaiam c. 2 (opp. Syr. latin. t. 2); S. *Amphiloch. Iconiens.* in Christi Natal. num. 2 (Galland. t. 6. p. 464); S. *Gregor. Nyssen.* Testim. adv. Judæos c. 3 (*ibid.* p. 583. D 584. A), in diem natalem Christi (opp. t 3. p. 344. A), in Christi resurrect. (*ibid.* p. 383); S. *Ambros.* de Cain et Abel lib. 1. c. 3. num. 10, Præfat. in Psalm. 35. num. 4, de Fide lib. 5. c. 19. num. 232, Epist. 42. num. 5; S. *Epiphan.* Hæres. 30. num. 20, Hæres. 54. num 3, Hæres. 79. num. 6, Ancorat. num. 32; S. *Joann. Chrysost.* in Isaiam c. 7. num. 4-6 (opp. t. 6. p. 79. C, et seqq.), contr. Anomæos Homil. 7. num. 6 (*ibid.* t. 1. p. 510. E. 511. A), contr. Judæos et Gentiles num. 2 (*ibid.* p. 559. E, 560. A), in Matth. Homil. 5. num. 2, 3 (opp t. 7. p. 74 et seqq.); S. *Pacianum* Serm. de Baptismo num. 3 (Galland. t. 9. p. 274); S *Philastrium* de Hæresibus c. 114 (Galland. *ibid.* p. 512. D, E); *Rufinum Aquileiens.* Comment. in Symbolum num. 9 (opp. p. 72. edit. Vallarsii); S. *Hieronym.* in Isaiam lib. 3. c. 7. (opp. t. 4. p. 106-112, edit. Vallarsii), contr. Jovinian. lib. 1. num. 32; S. *August.* de Genesi ad litteram lib. 8. c. 14. num. 32, de Symbolo ad Catechum. (alias, de Symbolo lib. 3), c. 4. num 4, Serm. 118. in append. (alias, de Tempore 8), num. 3, Serm. 121. in append. (alias, de Tempore 10), num. 1; *Cassianum* de Incarn. Domin. lib. 2. cap. 3; S. *Cyrill. Alexandr.* in Isaiam lib. 1 (opp. t. 2. p. 120-123), Glaphyr. in Genes. lib. 7 (opp. t. 1. p. 240. A), in Joann. lib. 6 (*ibid.* t. 4. p. 624. D), Thesaur. lib 20 (*ibid.* t. 5. part. 1a. p. 199. E. 200), Dialog. de Incarnat. Unigeniti (*ibid.* p. 684), Schol. de Incarnat. c. 2 (*ibid.* p. 800), de recta in Deum Fide (*ibid.* part. 2a. sect. 3a. pag 10. C), de Incarn. c. 20 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 2. p. 57), in Lucam c. 2 (*ibid.* p. 126); S. *Petrum Chrysol.* Serm. 145, 153; S. *Nicetam Aquileiens.* Explanat. Symboli num. 4; S. *Maximum Taurin.* Homil. 5 et 11, Tract. 5. contr. Judæos (opp. p. 738. Edit. Bruni); *Theodoret.* in Isaiam c 7 (opp. t. 2. p. 33 et seqq.); S. *Leonem M.* Serm. 23 (alias, 22), c. 1, Serm. 14 (alias, 23), c. 1, Serm. 29 (alias, 28), c. 2, Epist. 28. ad Flavianum c. 2; *Theodotum Ancyran.* Orat. in Natal. Christi, num. 4, 5 (Galland. t. 9. p. 470, 471); *Zacchæum* consultat. c. 9. lib. 2 (*ibid.* p. 229. C); *Evagrium* Allerc. cum Simone Jud. (*ibid.* p. 251, 252); S. *Proclum Constantin.* Orat. 4.

III. Per symbolum mnemosynon; 3 (1).

IV. Per determinationem temporis. 4.

II°. *Proposita sermone publico*, quo denuntiantur

I. Judæ, ad Syros et Israelitas declinanti, fata instantia ab Assyriis. 5-8.

II. Hostibus Judæ frustratio consiliorum et armorum contra Deum. 9-10.

III°. *Insinuata singulari alloquio*, quo timoratioribus

1°. Eximitur metus hominum; 11, 12.

2°. Suadetur timor Dei; 13.

3°. Spondetur salus, appositis contra aliter agentes minis. 14, 15 (2).

in Natal. Christi num. 3 (*ibid.* p. 628. B), Orat. 5. de Laud. B. M. V. num. 4 (*ibid.* p. 632. D), Epist. 2. de Fide ad Armenos num. 12 (*ibid.* p. 689, 690); S. *Prosperum Aquit.* de Promiss. et Prædict. Dei part. 3a. c. 4. num. 5, c. 6. num. 7; S. *Fulgentium* ad Trasimund. lib. 1. c. 4, 8 (opp. p. 78-75). Epist. 17. ad Petrum c. 3, De Trinit. c. 5 (opp. p. 333); etc. etc.

(1) Cf. S. *Justinum* Dial. cum Tryphone num. 77, 78; S. *Irenæum* contr. Hæreses lib. 3. c. 16. num. 4; *Tertull.* contr. Marcionem lib. 3. c. 7; *Novatian.* de Trinit. c. 28 (Galland. t. 3. p. 310. A); S. *Petrum Alexandr.* Canon. 13 (Galland. t. 4. p. 105. B); *Euseb. Cæsar.* Demonstr. Evang. lib. 7 (p. 328 et seq.) Comment in Isaiam c. 8 (Montfaucon. Collect. nova Patrum t. 2. p. 384-386); S. *Basilium M.* Comment. in Isaiam c. 8. num. 207, 208; S. *Ephræm* Comment. in Isaiam c. 8 (opp. Syr. Latin. t. 2. p. 34); S. *Gregorium Nyssen.* Testim. adv. Judæos c. 3 (Galland. t. 4. p. 584. C); S. *Ambrosium* Expos. Evang. secund. Lucam lib. 2. num. 49; S. *Epiphan.* Hæres. 30. num. 30, 31 (opp. t. 1. p. 156, 157), Hæres. 79. num. 6 (*ibid.* p. 1063); S. *Joann. Chrysost.* Comment. in Isaiam c. 8. num. 1 et seqq. (opp. t. 4. p. 89-92), adv. Judæos Homil. 5. num. 4 (*ibid.* t. 1. p. 635. A); S. *Hieronym.* Comment. in Isaiam lib. 3. c. 8; S. *August.* Serm. 202 (alias, de Tempore 32), num. 2; S. *Cyrillum Alexandr.* Comment. in Isaiam lib. 1 (opp t. 2, p. 131-139), de Festis paschal. Homil. 17 (*ibid.* t. 5. part. 2a. p. 228, 229), Serm. quod S. Maria sit Deipara num. 11 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 2. p. 84); S. *Petrum Chrysol.* Serm. 150; *Theodoret.* Comment. in Isaiam c. 8 (opp. t. 2. p. 36-38); etc., etc.

(2) Cf. tu hunc locum et in alium huic parallelum (*Is.* XXVIII, 16); S. *Paulum* Rom. IX, 33; I. *Petri* II, 5; S. *Barnabam* Epist. c. 6; *Tertull.* contr. Marcion lib. 3. c. 7, lib. 5. c. 5, 6, contr. Judæos c. 14; *Origen.* Comment. in Epist. ad Roman. lib. 7. num. 19 (opp t. 4. part. 1a. p. 619. B, 620. A); S. *Cyprian.* Testimon. adv. Judæos lib. 2. c. 16; *Eusebium Cæsar.* Demonstr. Evang. lib. 1 (p. 27. D), Comment. in Isaiam c. 8 et 28 (Montfauc. Collect. nova Patrum t. 2. p. 387 A, 467. A), Theophan. Fragm. 4 (Mai nov. Patrum biblioth. t. 4. p. 126), Comment. in Lucam c. 13 (*ibid.* p. 183, 184); S. *Jacobum Nisiben.* Serm. 1. de Fide num. 6 (Galland. t. 5. p. V); *Julium Firmicum Matern.* de Errore profan. Relig. num. 21 (*ibid.* p. 32. A); S. *Hilarium Pictaviens.* Tract. in Psalm. 124. num. 3; S. *Basilium M.* Comment. in Isaiam c. 8. num. 215; S. *Ephræm.* Comment. in Isaiam c. 28 (opp. Syr. Latin t. 2. p. 68. C), Serm adv. Judæos (*ibid.* t. 3. p. 219. C); S. *Gregorium Nyssen.* Testim. adv. Judæos c. 8 (Galland. t. 6. p. 587. C), in Baptism. Christi (opp. t. 3. p. 374. C); S. *Ambrosium* de Officiis ministrorum lib. 1. c. 29. num. 142; *Severianum Gabalens.* de Mundi Creat. orat. 5. num. 6 (opp. S. Joann. Chrysost. t. 6. p. 489. B); S. *Hieronym.* in Isaiam lib 15. c. 54 (opp. t. 4. p. 636), in Zachariam lib. 3. c. 14 (*ibid.* t. 6. p. 624); S. *Augustinum* serm. 11. num. 1 (Mai. nov. Patrum biblioth t. 1.

IV°. *Exposita triplici monito,*

I. Primo quidem de celanda obstinatos prophetia, per Deum et per Isaiam observato ; 16–18.

II. Altero autem de dissuadenda consultatione superstitiosa et commendanda legis divinæ observatione, per prophetam discipulis dato ; 19, 20.

III. Tertio de prædictione malorum et pœnarum, ad neglectores monitorum directo. 21, 22.

V°. *Mitigata fausto prænuntio,*

I. Spectante præsertim ad Galilæam inferiorem et superiorem. *Cap.* IX, *v.* 1, 2.

II. Exhibente

1°. Lætitiæ magnitudinem ; 3.

2°. Liberationis promptitudinem ; 4.

3°. Prosperitatis amplitudinem. 5.

III. Complendo per Christum nasciturum ; cujus

1°. Majestas amplificatur ex titulis ; 6.

2°. Imperium extollitur ab amplitudine, pace, constantia. 7 (1).

p. 20) ; S. *Cyrill. Alexandr.* in Lucam c. 2 (*ibid.* t. 2. p. 135) ; in Isaiam lib. 3 (opp. t. 2. p. 397, 398), Glaphyr. in Genes. lib. 4. et 5 ( *ibid.* t. 1. p. 111. A, 150. C ), in Joann. lib. 4 (*ibid.* t. 4. p. 393. A) ; S. *Petrum Chrysol.* Serm. 27, 55, 77 ; *Theodoret.* in Isaiam c. 8 et 28 (opp. t. 2. p. 39. A, B. 83. B, C); *Zacchæum* Consultat. lib. 2. c. 4 (Galland. t. 9. p. 225. A); S. *Prosper Aquitan.* De promiss. et prædict. part. 1ª. c. 23, etc., etc.

(1) Cf. *Matth.* IV, 14-16 ; S. *Justin.* Apol. 1ª. num. 35 ; S. *Irenæum* contr. Hæres. lib. 4. c. 33. num. 11, et lib. 3. c. 16. num. 3 ; *Clement. Alexandr.* Cobort. ad gentes (opp. p. 70), Pædagog. lib 1. c. 5 (opp. p. 91); *Tertull.* contr. Marcion. lib. 3. c. 19, lib. 9. c. 7, contr. Judæos c. 10 ; *Origen.* contr. Celsum lib. 4. num. 5 (opp. t. 1. p. 633), Comment. in Joann. t. 1. num. 42 (opp. t. 4. part. 1ª. p. 45. B); *Novatian.* de Trinit. c. 28 ; S. *Dionys. Alexandr.* Epist. contr. Paul. Samosat. (Labb. collect. Concil. t. 1. p. 851. D. 870. C); S. *Cyprian.* Testim. adv. Judæos lib. 1. c. 21, lib. 2. c. 21 ; *Lactantium* Divin. Institut. lib. 4. c. 12 ; *Euseb. Cæsariens.* Demonstr. Evangel. lib. 2. c. 1. § 10 (p. 48), lib. 5. c. 10 (p. 236), lib. 7 (p. 336 et seq.), lib. 9 (p. 437, 438 et seq.), contr. Marcell. lib. 1. c. 1. (p. 33), Comment. in Isaiam c. 9, Supplem. Quæst. ad Stephanum num. 7 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 4. p. 274, 275), Comment. in Psalm. 67. (Montfauc. nov. Collect. Patrum. t. 1. p. 360. A); S. *Jacob. Nisib.* Serm. 16. quod Christus sit Deus num. 7 (Galland. t. 5. p. CX) ; *Julium Firmicum Matern.* de Errore profan. Relig. num. 22 (*ibib.* p. 33) ; S. *Hilar. Pictav.* de Trinit. lib. 4. num. 23 ; S. *Athanas.* in illud : Omnia mihi tradita sunt num. 5 (opp. t. 1. part. 1ª p. 85), de Incarn. et contr. Arian. num. 22 (*ibid.* part. 2ª. p. 710. C) ; *Titum Bostrens.* contr. Manich. lib. 3. num. 6 (Galland t. 5. p. 332. C. 333. A) ; S. *Cyrill. Hierosol.* Catech. 12. num. 24 ; S. *Basilium* Comment. in Isaiam c. 9. num. 224-227 ; S. *Ephræm.* Comment. in Isaiam c. 9 (opp. Syr. Latin. t. 2. p. 36. B, D, E), De Pœnitent. (opp. Græcor. t. 3. p. 182. D, E. 183. B, C); *Didym. Alexandr.* de Trinit. lib. 1. c. 15 (p. 36. Edit. Mingarelli Bonon. 1769), c. 27 (p. 79-80), lib. 3. c. 2 (p. 324, 325), c. 3 (p. 342), c. 28 (p. 422); S. *Gregor. Nazianz.* Orat. 38. num. 2 ; S. *Cæsarium* Dial. 1. Interr. 22 (Galland. t. 6. p. 16), Dialog. 3. Interr. 168 (*ibid.*

### § III. REPETITIO ET AMPLIFICATIO PRÆDICTORUM,

**I°.** ***Funesta Israelitarum regno*** : hujus eventus

I. Prænuntium

- 1°. Datur a propheta ; 8.
- 2°. Spernitur ab Israelitis ; 9, 10.

II. Instrumentum nominantur Rasin, junctus cum Assyriis, Syri ac Philistæi. 11, 12.

III. Executio describitur

- 1°. Universim contra Israelitas impœnitentes ; 12-14.
- 2°. Specialim contra pseudoprophetas, hypocritas et seductores ; 15-17.
- 3°. Cumulatim contra impios et superbos ex omni tribu ; 18-20.
- 4°. Singillatim contra legislatores et judices iniquos. *Cap.* x, *v.* 1-4.

**II°.** *Infausta Assyriorum imperio* : qua exponitur eorumdem

I. Ministerium ad castigandos Israelitas

- 1°. Ordinatum a Deo ; 5, 6.
- 2°. Ignoratum ab executoribus. 7.

II. Culpa et insolentia

p. 126) ; S. *Amphiloch. Iconiens.* Orat. in Christi Natal. num. 2 (*ibid.* p. 464), Orat. in Occursum Domini num. 6 (*ibid.* p. 470. E, 471. A); S. *Gregor. Nyss.* Testim. adv. Judæos c. 3 (*ibid.* p. 583. E, 584), contr. Eunomium Orat. 11 (opp. t. 2. p. 699. D, 700. A), de Occursu Domini (*ibid.* t. 3. p. 457. D); S. *Ambros.* de Benedict. Patriarch. c. 6. num. 31, de Interpellat. Job et David lib. 2. c. 4. num. 17, Enarrat. in Psalm. 1. num. 33, Enarr. in Psalm. 43. num. 40, Expos. in Psalm. 118. Serm. 22. num. 3, Expos. Evang. sec. Luc. lib. 4. num. 43, de Spiritu sanct. lib. 1. c. 14. num. 162 ; S. *Epiphan.* Hæres. 30. num. 27 ; S. *Joann. Chrysost.* contr. Judæos et Gentiles num. 2, 3 (opp. t. 1. p. 560. D, 562. A), de Incomprehens. Dei Natura Homil. 5. num. 2 (*ibid.* p. 483. B), in Psalm. 44. num. 8 (*ibid.* t. 5. p. 174. A), in Psalm. 109. num. 5 (*ibid.* p. 257. B) ; S. *Hieronym.* in Isaiam lib. 3. c. 9 (opp. t. 4. p. 128-130, 132-134) ; *Severian. Gabalens.* de Mundi Creatione Orat. 4. num. 7 (opp. S. Chrysost. t. 6. p. 474) ; S. *August.* Serm 137 (alias, de Tempore 27), num. 4, Serm. 138 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 1. p. 323-324), Serm. 120. in append. (alias, de Tempore 21), num. 1 ; *Cassianum* de Incarnat. Domini lib. 2. c. 3 ; S. *Cyrill. Alexandr.* in Isaiam lib. 1 (opp. t. 2. p. 149–156), Glaphyr. in Genes. lib. 7 (opp. t. 1. p. 225. D. 226), in Joann. lib. 11 (*ibid.* t. 4. p. 964. B, C), de Incarn. c. 30 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 2. p. 69) ; S. *Maximum Taurin.* Homil. 57, 58 ; *Theodoret.* in Isaiam c. 9 (opp. t. 2 p. 41-44), Epist. ad Monachos num. 3 (Galland. t. 9. p. 407. C), Unicum esse Filium num. 5 (*ibid.* p. 414) ; S. *Leonem M.* Serm. 29 (alias, 28), c. 3, Serm. 33 (alias, 32), c. 5, Serm. 59 (alias, 57), c. 4, Epist. 28. ad Flavianum c. 2 ; S. *Proclum Constantin.* Orat. 4. in Natal. Domini num. 3 (Galland. t. 9. p. 628. C) ; *Theodot. Ancyr.* Serm. in S. Deiparam num. 1 (*ibid.* p. 459) ; S. *Prosper. Aquitan.* de Vocat. Gentium lib. 1. c. 15 ; S. *Avitum Viennens.* Epistol. 2 et 28 (Galland. t. 10. p. 704, 722. B) ; S. *Fulgentium* ad Trasimund. lib. 1. c. 18 (opp. p. 85 et seqq.), contr. Serm. Fastidiosi c. 8 (*ibid.* p. 348) ; *Petrum Diacon.* Epist. inter Fulgentianas 16. num. 9 (opp. S. Fulgent. p. 281) ; etc., etc.

1°. Præfidentiæ, superbientis de viribus propriis; 8-11.

2°. Jactantiæ, exaggerantis fortitudinem et sapientiam nativam; 13, 14.

3°. Arrogantiæ, negantis Deo auctori gloriam debitam. 15.

III. Pœna et ultio a Deo decreta

1°. Contra regem Assyrium; 12.

2°. Contra principes illius ac milites; 16, 17.

3°. Contra magistratus ejusdem ac subditos. 18, 19.

III°. *Varians pro utroque populo* : et quidem

I. Consolatoria pro Judæorum reliquiis,

1°. Convertendis ad Deum et justificandis; 20-23.

2°. Liberandis tandem ab oppressore, ac vindicandis. 24-27.

II. Gloriosa pro Assyriis,

1°. Judæam victore exercitu percursuris; 28-31.

2°. Hierosolymam spe jam devoraturis. 32.

III. Exitiosa pro iisdem,

1°. Plaga terribili atterendis; 33.

2°. Robore omni et dominio exuendis. 34.

IV°. *Fortunata universis per Christum* : cujus describitur

I. Prærogativa personalis

1°. A prosapia Davidica; *cap.* XI, *v.* 1.

2°. A dotibus, per dona Spiritus Sancti expressis; 2, 3.

3°. Ab officiis justitiæ exercendis. 3-5.

II. Felicitas regalis

1°. Ex mutua subditorum, alias dissidentium, concordia; 6, 7.

2°. Ex orta hinc securitate undique innoxia; 8, 9.

3°. Ex supplici omnium ad illum concursu. 10.

III. Potentia triumphalis

1°. In iterata populi sui reductione; 11, 12.

2°. In restituta Israelis et Judæ conciliatione; 13.

3°. In prolata ad omnes orbis partes dominatione. 14-16 (1).

(1) Cf. Rom. XV, 12; S. *Justin.* Apol. 1a. num. 32, Dialog. cum Tryph. num. 87; S. *Irenæum* contr. Hæres. lib. 3. c. 9. num. 3, c. 17. num. 13; *Clement. Alexandr.* Pædagog. lib. 1. c. 7 (opp. p. 112), Stromat. lib. 6 (*ibid.* p 640. B); *Tertull.* de Corona c. 15, contr. Marcion. lib. 3. c. 17, lib. 4. c. 1 et 24, lib. 5. c. 8 et 17, contr. Judæos c. 9; S. *Hippolyt.* de Christo et Anti-Christo num. 8 (Galland. t. 2. p. 420, 421), Fragm. 8. in c. 9. Proverb. (*ibid.* p. 488); *Origen.* in Numeros Homil. 6. num. 3 (opp. t. 2. p. 287. A), in Psalm. 2 (*ibid.* p. 542. D), in Visiones Isaiæ Homil. 3. num. 1, 2 (opp. t. 3. p. 110, 111), Selecta in Ezechiel. c. 8 (*ibid.* p. 419), Comment. in Joann. t. 1. num. 23 (opp. t. 4. part. 1a. p. 25. B), in Epist. ad Roman. num. 8 (*ibid.* p. 674. C); *Novatian.* de Trinit. c. 7, 29; S. *Cyprian.* Testim. adv. Judæos. lib 1. c. 21, lib. 2. c. 11; S. *Victorin. Petavion.* de Fabrica mundi num. 4 (Galland. t. 4. p. 50); *Lactant. Divin.* Institut. lib. 4. c. 13; *Euseb. Cæsar.* Demonstr. Evang. lib. 2. c. 2. § 19 (p. 51), c. 4. § 40 (p. 74), lib. 3. § 2 (p 96), lib. 7 (p. 355, 356), lib. 8 (p. 410. D, 411), lib. 9 (p. 420. C), Comment. in Isaiam, c. 11, Supplem. Quæst. ad Stephanum num. 9 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 4. p. 274.

V°. *Celebrata epinicio*

I. Enarrante conversionem sortis in meliorem. *Cap.* XII, *v.* 1.

II. Designante Salvatorem hujus lætitiæ auctorem. 2, 3 (1).

III. Excitante populum fidelem

1°. Ad beneficii a Deo præstiti divulgationem per orbem universum; 4, 5.

2°. Ad lætitiæ el prærogativæ suæ contestationem. 6.

276), Comment. in Psalm. 48 (Montfauc. nov. collect. Patrum t. 1. p. 387, 388), in Psalm. 71 (*ibid.* p. 418); S. *Jacob Nisiben.* Serm. 1. de Fide num. 8 (Galland. t. 5. p. vi); S. *Hilar. Pictav.*. Tract. in Psalm. 2. num. 37, Tract. 1. num. 4 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 1. p. 479); S. *Athanas.* de Incarnat. Verbi Dei num. 35, 45 (opp. t. 1. part. 1a. p. 61, 69); S. *Cyrill. Hierosol.* Catech. 12. num. 23, Catech. 16. num. 30; S. *Basilium*, Comment. in Isaiam. c. 11. num. 247-250; S. *Ephræm Syr.* Comment. in Josue. c. 2 (opp. Syr. Latin. t. 1. p. 294. C), Comment. in I. Regnorum (*ibid.* p. 467. E), Comment. in Isaiam. c. 11 (*ibid.* t. 2), de Diversis Serm. 4 (*ibid.* t. 3. p. 608. E); *Didym. Alexandr.* de Trinitat. lib. 2. c. 7 (p. 203, 204), c. 14 (p. 269); S. *Cæsarium* Dialog. 4. Interr. 181 et 183 (Galland. t. 6. p. 137, 139); S. *Gregor. Nyss.* Testim. adv. Judæos c. 2 (*ibid.* p. 583. B), c. 17 (*ibid.* p. 592. A); S. *Ambros.* De Benedict. Patriarchar. c. 4. num. 19, Apolog. David altera c. 8. num. 43, Expos. Evang. sec. Lucam lib. 2. num. 24, de Spirit. sancto lib. 2. c. 5. num. 38-41; S. *Joann. Chrysost.* contr. Judæos ac Gentiles, num. 2, 6, 8-10 (opp. t. 1. p. 560. A, 566. A, 569. D, 570 et seqq.), in Psalm. 44. num. 2 (*ibid.* t. 5. p. 163. E), de Prophet. Obscurit. Homil. 2. num. 6 (*ibid.* t. 6. p. 189. E, 190), in Matth. Homil. 10. num. 3 (*ibid.* t. 7. p. 143. C); S. *Hieronym.* in Isaiam lib. 4. c. 11 (opp. t. 4. p. 155-165), Epist. 22. ad Eustochium, num. 19 (*ibid.* t. 1. p. 102); S. *August.* de Symbolo Serm. ad Catechum. (alias, de Symbolo lib. 2), c. 4. num. 4, Serm. 347 (alias, de Sanctis 17), num. 2, contr. Donatist. Epist. (alias, de Unit. Ecclesiæ), c. 7. num. 15, Serm. 162. num. 2. 3 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 1. p. 362); S. *Cyrill. Alexandr*, in Isaiam. lib. 2 (opp. t. 2. p. 191-210); S. *Maxim. Taurin.* Homil. 38 (opp. p. 112), Homil. 59; *Theodoretum* in Isaiam c. 11, Pentalog. (Galland. t. 9. p. 422); S. *Leonem M.* Serm. 24 (alias, 23), c. 1; *Zacchæum* Consult. lib. 2. c. 9 (Galland. t. 9. p. 229. B); *Evagrium* Altercat. cum Simone Judæo (Galland. t. 9. p. 252. E); S. *Fulgentium* Respons. contr. Arianor. Object. 10 (opp. p. 66.), Epist. 14. num. 20 (opp. p. 281), de Fide ad Petrum c. 10. (*ibid.* p. 523); *Cassiodorum* in Psalm. 27 (opp. t. 2. p. 86. Edit. Venet. ann. 1729); S. *Gregorium M.* Moral. in Job. lib. 29. c. 32. num. 74; etc. etc.

(1) Cf. S. *Irenæum* contr. Hæres. lib. 3. c. 10. num. 3; *Eusebium Cæsariens.* Comment. in Isaiam c. 12; S. *Athanas.* Exposit. in Psalm. 17 (opp. t. 1. part. 2a. p. 820); S. *Basilium M.* Comment in Isaiam c. 12. num. 253; S. *Ephræm Syrum.* Comment. in Isaiam c. 12 (opp. Syr. Latin. t. 2); S. *Ambrosium* Enarr. in Psalm. 37. num. 32; S. *Hieronym.* in Isaiam lib. 4. c. 12; S. *Augustinum* Serm. 116. num. 2 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 1. p. 244); S. *Cyrill. Alexandr.* in Isaiam lib. 2 (opp. t. 2. p. 211-214), in Joann. lib. 1 (*ibid.* t. 4. p. 182. D, E), Glaphyr. in Exod. lib. 2. (*ibid.* t. 1. p. 284. E); *Theodoret.* in Isaiam c. 12; *Cassiodorum* in Psalm. 35 (opp. t. 2. p. 112); S. *Gregorium M.* Moral. lib. 33. c. 10. num. 20; etc., etc.

# SECTIO II.

## VATICINIORUM SUB REGE ACHAZ CLASSIS SECUNDA, PERTINENS AD HOSTES ET VICINOS JUDÆORUM.

### § I. DE BABYLONIIS, PHILISTÆIS ET MOABITIS.

I°. *De Babyloniis :*

I. Inscriptio prophetiæ et prophetæ. *Cap.* XIII, *v.* 1.

II. Expositio eventuum

1°. Præparatoria,

1. Per evocationem divinam hostium contra urbem; 2, 3.
2. Per expeditionem copiarum hostilium, ad Dei imperium susceptam; 4, 5.
3. Per præsagium vastitatis, consternationis et afflictionis hinc secuturæ. 6-9.

2°. Narratoria, per exaggerationem

1. Vindictæ divinæ, ex turbato naturæ ordine et hominum strage emicantis; 10-13.
2. Babyloniorum, fuso exercitu, cæsisque armatis et inermibus, exhaustorum; 14-18.
3. Babylonis subversæ, et ad desolationem omnimodam et diuturnam redactæ. 19-22.

3°. Consectaria, exhibens redintegrationem populi a Deo electi,

1. Per reliquias in patriam reductas, a proselytis auctas; *cap.* XIV, *v.* 1.
2. Per possessionem hæreditatis receptam, et dominatu in hostes amplificatam; 2.
3. Per quietem ex omni parte redditam. 3.

III. Illustratio expositionis per canticum, quod refert

1°. Tyrannidem Babylonicam justo Dei judicio compressam; 4-6.

2°. Gaudium reliquarum gentium, de sua hinc quiete ac securitate orta lætantium; 7, 8.

3°. Insultationem devictorum illudentium usurpatori tyrannico,

1. Ad sortem suæ similem redacto; 9, 10.
2. Præsumptuosa spe et arrogantissima machinatione frustrato; 11-14.
3. Infra conditionem aliorum olim regnantium ante et post mortem dejecto; 15-19.
4. Ab omni auctoritate, etiam suis in hæredibus, excluso. 20, 21.

4°. Sententiam Dei,

1. Decernentis excidium et deletionem omnimodam Babylonis; 22, 23.
2. Confirmantis hoc decretum juramento, et exemplo sumendæ de Assyriis vindictæ; 24, 25.

3. Obsignantis sua fide et potentia consilium hoc constitutum. 26, 27.

II°. *De Philistæis :*

I. Tempus prophetiæ editæ, annus postremus vitæ Achazi. 28.

II. Argumentum ejusdem

1°. Prohibet Philistæis gaudium de infortunio Judæorum, utpote ad pristinam felicitatem rediturorum ; 29-30.

2°. Imperat iisdem luctum, ob excidium illis aliunde inferendum, et prosperitatem populo Dei stabiliendam. 31, 32.

III°. *De Moabitis :*

I. Prædictio calamitatum Moabitis imminentium, quales sunt :

1°. Vastitas præcipuarum urbium, conjuncta cum incolarum

1. Stupore et planctu, *cap.* XV, *v.* 1, 2.
2. Luctu et desperatione, 3, 4.
3. Fletu et dolore miserandis. 5.

2°. Desolatio terræ,

1. Ex siccitate et frugum corruptione; 6.
2. Ex deportatione et dispersione incolarum ; 7, 8.
3. Ex strage residuorum a bestiis illata. 9.

II. Contestatio prophetæ

1°. Precatoria ad Deum pro reparatione Judæ; *cap.* XVI, *v.* 1.

2°. Comminatoria ad Moabitas; 2.

3°. Suasoria ad eosdem, pro benevolentia afflictis Judæis exhibenda; 3, 4.

4°. Consolatoria ad Judæos, ob restaurandum eorum imperium. 5.

III. Expositio amplior prophetiæ,

1°. Arguens malorum causam, superbiam nempe Moabitarum et arrogantiam virium limites transgressam ; 6.

2°. Denuntians pœnas

1. In universum populum diffundendas ; 7.
2. Cum excidio urbium, exilio incolarum et vastitate agrorum conjungendas; 8-11.
3. Ab idolis frustra invocatis non mitigandas. 12.

3°. Designans pœnarum tempus, antea jam prædictum, post tres annos eventurum. 13, 14.

§ II. DE SYRIS, ÆTHIOPIBUS ET ÆGYPTIIS.

I°. *De Syris*

I. Septentrionalibus, seu Damascenis:

1°. Evertetur Damascus ; *cap.* XVII, *v.* 1.

2°. Redigetur in solitudinem regio ; 2.

3°. Cessabit sociale ab Israelitis subsidium, regnum et gloria. 3.

II. Meridionalibus, seu transjordanicis Israelitis :

1°. Status illorum prior tenuis ac inops, desumptis e sterilitate imaginibus, depingitur ; 4-6.

2°. Medius a conversione ad Deum, et dato idololatriæ nuntio laudatur; 7, 8.

3°. Posterior, ob relapsum, vastitate et sterilitate rursus deformis, describitur. 9, 11.

III. Orientalibus, seu Assyriis :

1°. Irruptio illorum hostilis, strepitus terrore plena; 12, 13.

2°. Duratio ejusdem brevissima. 13, 14.

II°. *De Æthiopibus :*

I. Denuntiantur mala populo navibus velocibus et emissariis abundanti. *Cap.* XVIII, *v.* 1, 2.

II. Excitantur

1°. Executores divinæ justitiæ ad edendam cladem; 2.

2°. Mortales omnes ad spectaculum luculentum. 3.

III. Exhibentur

1°. Deus, velut quietus spectator; 4.

2°. Strages internecinæ, et copia cadaverum insepultorum. 5, 6.

IV. Prædicantur lætiora sub Messiæ adventum tempora, et deferenda huic munera. 7.

III°. *De Ægyptiis :*

I. Pœnæ a Deo idololatriæ vindice de Ægyptiis sumendæ : *cap.* XIX, *v.* 1 (1).

1°. Bellum civile et dominatus tyrannicus; 2-4.

2°. Defectus aquarum, indeque proveniens tum agrorum sterilitas, tum piscatorum et pannificum egestas; 5-10.

3°. Stoliditas et mendax adulatio consiliariorum regiorum; 11, 12.

4°. Perturbatio principum, populi et totius regni, erroribus plena; 13-15.

5°. Stupor et metus impotens ac imprudens omnium. 16, 17.

II. Beneficia a Deo bonorum largitore Ægyptiis præstanda :

1°. Conversio præcipuarum urbium ad veram religionem; 18, 19.

2°. Salus a Deo data, et gratiarum professio a fidelibus reddita; 20, 21.

(1) Cf. S. *Dionys. Alexandr.* Epist. contr. Paul. Samosat. (Labb. collect concil. t. 1. p. 873. E, 874); *Euseb. Cæsariens.* Dem. Evang. lib. 6. c. 20 (p. 295), lib. 8 (p. 413 et seqq.), lib. 9 (p. 421 et seqq.), Comment. in Isaiam c. 19 (Collect. nov. PP. t. 2. p. 428); S. *Athanas.* de Incarn. Verbi Dei, num. 33 (opp. t. 1. part. 1a. p. 60); S. *Ephræm* Comment. in Isaiam, cap. 19 (opp. Syr. Latin. t. 2. p. 50. A), Comment. in Jerem. c. 43 (*ibid.* p. 145. A, B); S. *Greg. Nyss.* Testim. adv. Judæos c. 21 (Galland. t. 6. p. 593), Tractat. 2. in Psalmos c. 9 (opp. t. 1. p. 317. D); S. *Ambros.* Expos. in Psalm. 118. Serm. 5. num. 2 et Serm. 19. num. 6, Expos. Evang. sec. Luc. lib. 10. num. 42, de Instit. Virginis cap. 13. num 81, Exhortat. Virginit. c. 5. num. 31, Epist. 42. num. 7; *Tichonium Afrum*, de Septem Regulis, reg. 4 (Galland. t. 8. p. 118. A); S. *Hieronym.* in Isaiam lib. 5. c. 19 (opp. t. 4. p. 202. A), lib. 7. c. 19 (*ibid.* p. 290); S. *Cyrill. Alexandr.* in Isaiam, lib. 2 (opp. t. 2. p. 281-284); *Theodoret.* in Isaiam, c. 19 (opp. t. 2. p. 71. B, C); S. *Prosperum Aquit.* de Promiss. et Prædict. Dei part. 3a. c. 2. num. 3; etc., etc.

3°. Indulgentia post relapsum divinitus danda; amicitia post inimicitias cum vicinis reparanda; benedictio ad omnes derivanda. 22-28.

IV°. *De Æthiopibus et Ægyptiis simul :*

I. Notatur tempus prophetiæ factæ. *Cap.* XX, *v.* 1, 2.

II. Refertur symbolum a Deo imperatum, a propheta exhibitum. 2.

III. Subjicitur signi explicatio, docens Ægyptiorum et Æthiopum sub Assyrii jugum missorum captivitatem et transmigrationem, post triennium secuturam. 3, 4.

IV. Ostenditur spei in his olim repositæ vanitas et frustratio. 5, 6.

## § III. DE REGIONIBUS ORIENTALIBUS ET URBIBUS HIEROSOLYMA AC TYRO.

I°. *De regionibus orientalibus :*

I. De Babylonia :

1°. Summaria indicatio tum ruinæ Babyloni imminentis, tum Persarum et Medorum eam inferentium; *cap.* XXI, *v.* 1, 2.

2°. Perturbatio prophetæ ad nuntium horrore plenum; 3, 4.

3°. Exhibitio excitatæ a negligenti confidentia urbis, ad prospiciendum impendenti periculo; 5, 6.

4°. Narratio irruptionis hostilis, sub schemate conspectæ, et ruinæ Babylonem involventis, per nuntium relatæ; 7-9.

5°. Apostrophe prophetæ Judæos de veritate hac revelata certos facientis. 10.

II. De Idumæa :

1°. Interrogatio indicat metum periculi; 11.

2°. Responsio significat, actum esse de Idumæis. 12.

III. De Arabia :

1°. Prædicitur exulum sitis, fames et fuga, ab insectantibus hostibus injecta. 13-15.

2°. Adjicitur pro eventu, tempus anno unico definitum, pro mensura, reliquiarum paucitas, pro certitudine, oraculum Dei. 16, 17.

II°. *De Hierosolyma :*

I. Quantum ad rempublicam universam : agitur

1°. Per interrogationem, qua propheta inquirit in causam anxii tumultus, luctus, et partim fugæ, partim captivitatis incolarum; *cap.* XXII, *v.* 1-3.

2°. Per responsionem, qua Judæa, calamitatibus metropolis afflicta, vastitatem terræ, eversionem urbis, et direptionem ab hostibus factam deplorat; 4-7.

3°. Per expositionem, qua propheta frustranea obsessorum ad sui defensionem molimina describit; 8-11.

4°. Per exprobrationem, qua idem usurpatam ab his, pœnitentiæ loco, licentiam vitæ epicuream reprehendit, adjectis minis. 12-14.

II. Quantum ad templi præpositos, de quibus propheta oraculum divinum accipit : 15.

1°. De Sobna quidem : hunc, ob præfidentiorem de sua securitate opinionem et hujus monumentum, deportandum in exilium, ibique misere moriturum. 16-19.

2°. De Eliacim autem : hunc in locum prioris cum suprema et stabili potestate successurum. 20-25.

III°. *De Tyro :*

I. Triste illius fatum declaratur

1°. Ex vastitate urbis, et cessatione navalis commercii cum Sidoniis et Ægyptiis; *cap.* XXIII, *v.* 1-3.

2°. Ex horum sive pudore sive dolore de Tyri conditione ; 4, 5.

3°. Ex Tyriorum migratione ad sedes peregrinas. 6, 7.

II. Executio hujus fati decernitur,

1°. Deo superbiam urbis ad inexspectatam ignominiam detrahente ; 8, 9.

2°. Tyro divitiis, viribus et honoribus exuta, nec per colonias suas quietem assecuta ; 10-12, 14.

3°. Chaldæa servitutem incolis et ruinam ædibus inferente. 13.

III. Vicissitudo sortis definitur,

1°. Negotiatione omni per septuaginta annos adempta, nec ullis artibus restaurata ; 15, 16.

2°. Sequente tamen hos annos tempore, commercio reflorescente ; 17.

3°. Posterioribus tandem annis, nobiliori per Christum fortuna secutura. 18.

## SECTIO III.

### VATICINIORUM SUB REGE ACHAZ CLASSIS TERTIA, PERTINENS AD MUNDUM UNIVERSUM, POPULUM DEI, ET GENTES RELIQUAS.

#### § I. DE FINE MUNDI.

I°. *Judicium extremum* : de quo refertur

I. Excidium universi,

1°. Quoad terram habitabilem et habitatores omnis conditionis, sexus et ætatis; *cap.* XXIV, *v.* 1, 2.

2°. Quoad regna mundi et potentiam; 3, 4.

3°. Quoad incolas plerosque peccatores; 5, 6.

4°. Quoad fruges et palati delicias; 7-9, 11.

5°. Quoad urbes et oppida, eorumque colonos. 10, 12, 13.

II. Discrimen justos inter et injustos, quorum

1°. Illi, recreati a Domino, gaudebunt ; 14-16.

2°. Hi in afflictionibus, nullatenus declinandis, peribunt. 17-20.

III. Sententiæ judicialis

1°. Pronuntiatio contra dæmones et impios; 21.
2°. Perpetuitas cum pœnarum continuatione; 22.
3°. Solemnitas ab astrorum mutatione, judicis gloria, et comitatus frequentia. 23.

II°. *Habitudo hujus judicii*, relata

I. Ad gloriam Judicis,
1°. Mirabilia ab æterno jam decreta edentis; *cap.* XXV, *v.* 1.
2°. Vindictam contra impios, cum omnium approbatione, exequentis; 2, 3.
3°. Tutelam piis et liberationem afferentis. 4, 5.

II. Ad solatium proborum,
1°. Admittendorum ad cœleste convivium; 6 (1).
2°. Liberandorum a malis omnibus hactenus toleratis; 7, 8.
3°. Cumulandorum omnibus bonis interea exspectatis. 9.

III. Ad terrorem improborum,
1°. Severe plectendorum; 10.
2°. Ignominiose humillandorum; 11.
3°. Funditus perdendorum. 12.

IV. Ad lætitiam Beatorum, quorum canticum
1°. Celebrat beatitudinis securitatem; *cap.* XXVI, *v.* 1.
2°. Evocat justos ad adeundam hujus possessionem hactenus optatam; 2-4.
3°. Vituperat depressam et proculcatam mundi superbiam; 5, 6.
4°. Laudat divinorum judiciorum in electis ad metam deducendis rectitudinem. 7, 8.

III°. *Expositio ejusdem ulterior*

I. Per varios prophetæ affectus; ejusmodi sunt
1°. Votum pro accelerando die judicii, 9.
1. Ob dilationem pœnæ fructu emendationis carituram; 10, 11.
2. Ob quietem per impiorum oppressionem piis a Deo solum obventuram. 12, 13.
2°. Imprecatio interitus perpetui adversus impios, ob frustratum tolerantiæ divinæ experimentum, 14.
1. Tam in oppressoribus, 15-17.
2. Quam in oppressis. 18.
3°. Apostrophe consolatoria ad justos
1. Mortuos jam, sed resurrecturos, et a Deo recreandos; 19.

(1) Cf. *Euseb. Cæsariens.* Demonstr. Evang. lib. 1. c. 10 (p. 39), Comment. in Isaiam c. 25 (Montf. nov. collect. PP. t. 2. p. 454, et seqq.); S. *Cyrill. Hierosol.* Catech. 21. num. 7; S. *Ephræm Syrum* Comment. in Isaiam c. 25 (opp. Syr. Latin. t. 2. p. 61. C); *Didym Alexandr.* de Trinitate lib. 2. c. 6 (p. 179); *Rufinum Aquileiens.* Comment in Symbolum num 19 (opp. p. 81, 82); S. *Hieronym.* in Isaiam lib. 8. c. 25 (opp. t. 4. p. 341); S. *Cyrill. Alexandr.* in Isaiam lib. 3 (opp. t. 2. p. 353-355, 372. A, B); S. *Prosper Aquitan.* de Vocat. omnium Gentium lib. 2. c. 18; etc., etc.

2. Viventes adhuc, sed morituros, et post brevem quietem, ac vindictam interea a Deo de adversariis sumptam, gloriose resuscitandos. 20, 21.

II. Per varia prophetica objecta; cujusmodi sunt

1° Antichristi ruina et interitus, materia lætandi pro Ecclesia; *cap.* XXVII, *v.* 1, 2.

2°. Christi cura et suavis custodia, impensa Ecclesiæ; 3-5.

3°. Apostolorum opera cum fructu collocata; 6 (1).

4°. Judæorum sceleri debita pœna,

1. Primum, ob emendationis exspectationem, moderata et minor; 7.
2. Subin, ob malitiæ pertinaciam, major et commensurata culpæ; 8.
3. Tandem, ob conversionem ad Deum futuram, remissa et nulla. 9.

5°. Gentilium idololatria eversa, neglecta, et stultitiæ vel a feminis convicta; 9-11.

6°. Hostium fidei dispulsio, et Synagogæ dispersæ collectio ad Christi Ecclesiam. 12, 13.

## § II. DE POPULO DEI.

### I°. *De utroque regno :*

I. De regno Israelitarum :

1°. Proponitur culpa, fastus scilicet et immoderata effusio in delicias; *cap.* XXVIII, *v.* 1.

2°. Describitur parata a Deo castigatio; 2.

3°. Subjicitur pœna ignominiæ et egestatis præcipitanda. 3, 4.

II. De regno Judæorum :

1°. Præmittitur promissa Judæis, post pœnam israelitis inflictam, incolumitas et prosperitas; 5, 6.

2°. Sequitur expositio criminum, inter hos etiam grassantium, qualia sunt :

1. Gastrimargia et ebriositas omnibus communis; 7, 8.
2. Neglectus, contemptus et irrisio adhortationum, induciarum, et minarum divinarum. 9-13.

3°. Additur Dei ad eosdem oratio : 14. qua

1. Confertur eorum falsa præsumptionis parœmia cum divino veræ spei axiomate; 15, 16.
2. Decernitur judicium, et denuntiatur pœna exterminii; 17-19.

(1) Cf. S. *Irenæum* contr. Hæres. lib. 4. c. 4. num. 1; *Eusebium Cæsariens.* Comment. in Isaiam c. 27; S. *Ephræm.* Comment. in Isaiam c. 27 (opp. Syr. Latin. t. 2. p. 65. A); S. *Joann. Chrysost.* in Ascens. Domini num. 10 (opp t. 3. p. 767. A); *Rufinum Aquileiens.* in Symbolum num. 30 (opp. p. 92 ; S. *Hieronym.* Comment. in Isaiam lib. 8. c. 27 (opp. t. 4 p. 864, 867, 869); S. *Augustin.* Epist. contr Donatist. (alias, de Unit. Eccles.), c. 7. num. 15; S. *Cyrillum Alexandr.* in Isaiam lib. 3 (opp. t. 2. p. 375, 376, 380), Glaphyr. in Exodum lib. 3 (*ibid.* t. 1. p. 321. E, 322), Comment. in Joann. lib. 11 et 12 (*ibid.* t. 4. p. 967. E, 968, 1087. D); *Theodoret.* Comment. in Isaiam c. 27 (opp. t. 2. p. 82); etc., etc.

3. Datur causa tantæ severitatis a divina bonitate alienæ, scilicet conventio Deum inter et dæmonem impossibilis ; 20, 21.
4. Adjungitur monitio tum de cavenda ludificatione, alioquin graviter vindicanda, tum de adhibenda dictis attentione ; 22, 23.
5. Illustratur divina hæc œconomia per parabolam, ex agricultura desumptam. 24-29.

II°. *De Hierosolyma :*

I. Fatum urbis repræsentatur

1°. Per obsidionem arctissimam, et redigentem obsessos ad desperationem ; *cap.* XXIX, *v.* 1-3.

2°. Per eversionem obstaculorum, ac irruptionem hostium repentinam et devastatricem ; 3-6.

3°. Per insatiabilem victorum victos deprædantium rapacitatem. 7, 8.

II. Causæ hujus fati aperiuntur :

1°. Prior quidem perturbatio et cæcitas tam præpositorum quam subditorum ; 9-12.

2°. Altera vero hypocrisis et sapientia mundi præpostera ; 13, 14.

3°. Posterior demum dissimulandi studium, divinæ omniscientiæ injurium. 15, 16.

III. Complementa ejusdem recensentur :

1°. Translatio fidei ad gentiles ; 17.

2°. Conversio earumdem et salus ; 18, 19.

3°. Submotio hostium fidei ac justitiæ adversantium ; 20, 21.

4°. Confusio, pudor et sera agnitio Judæorum. 22, 23.

III°. *De transfugis in Ægyptum.*

I. Improbatio fugæ a Judæis ad Ægyptios captæ ; quia consilium hoc

1°. Deo inconsulto et cum spe vana susceptum ; *cap.* XXX, *v.* 1, 2.

2°. Populo Dei probrosum ; 3, 4.

3°. Eidem inutile, imo noxium. 5-7.

II. Contestatio desuper facta,

1°. Deo mandatum prophetæ commissum, ob voluntariam populi incredulitatem, obsignare jubente ; 8-11.

2°. Propheta internuntium agente, scelus exprobrante, et pœnam tum repentinam tum extremam intentante ; 12-14.

3°. Eodem refractariam contumaciam populi, ac secuturam hinc exstirpationem exaggerante. 15-17.

III. Promissio consolatoria adjecta

1°. De Dei longanimitate, et ad miserandum propensione ; 18, 19.

2°. De institutione, spiritum in corporis difficultatibus confortatura, et contra idololatriam armatura ; 20-22.

3°. De fertilitate terræ, fœcunditate gregum, irrigatione collium, et benignitate siderum fulgentissima ; 23-26.

4°. De vindicta in Judææ hostes effundenda, per hypotyposin

1. Dei ad punitionem proruentis ; 27, 28.
2. Judæorum lætantium, et divinam ultionem prædicantium ; 29, 30.

3. Assyriorum pavore concussorum, expugnatorum, et ad ignem damnatorum. 31-33.

IV. Repetitio summaria

1°. Improbationis, qua fuga in Ægyptum tanquam probrosa, inutilis et noxia arguitur; *cap.* XXXI, *v.* 1-3.

2°. Consolationis, qua

1. Dei auxilium ad populi tutelam ac liberationem velox et efficax promittitur; 4, 5.

2. Judæorum conversio et idololatriæ abolitio prædicitur; 6, 7.

3. Assyriorum accepta ab Angelo strages, fuga et terror prænuntiantur. 8, 9.

## IV°. *De Stationalibus in Judæa.*

I. Status florens sub Ezechia ceu typo, vel sub Christo ceu antitypo:

1°. Ex regis ac principum justitia, et subditorum tutela ac securitate; *cap.* XXXII, *v.* 1, 2.

2°. Ex institutione ad doctrinam salutarem prompta et efficaci; 3, 4.

3°. Ex discretione rerum accurata, et fraudis ac dissimulationis proscriptione; 5-7.

4°. Ex ingenua et provida administrationis communis cura. 8.

II. Conditio tristis sub captivitatem Babylonicam, vel sub excidium Hierosolymæ per Titum,

1°. Prænuntiata Judææ urbibus, sub feminarum opulentarum schemate; 9, 10.

2°. Proposita ad luctus et pœnitentiæ excitationem; 11, 12.

3°. Descripta per imaginem vastatorum agrorum, exilium et dispersionem hominum. 13, 14.

III. Sors lætior sub reditum e captivitate, vel sub promulgationem Evangelii,

1°. Ob conversionem rerum in melius a Deo factam; 15, 16.

2°. Ob pacem, quietem et securitatem, tanquam justitiæ præmium, redditam; 17, 18.

3°. Ob vindictam de improbis sumptam, salutem autem innocuis datam. 19, 20 (1).

(1) Cf. *Clement Alexandr.* Stromat. lib. 6 (opp. p. 616); *Origen.* Select. in Deuteron. c. 22 (opp. t. 2. p. 390. F), Selecta in Jeremiam c. 5. v. 16 (opp. t. 3. p. 313, 314); *Eusebium Cæsar.* Comment. in Isaiam c. 32. (nov. collect. Patrum t. 2. p. 481); *Theodorum Heracleot.* in Isaiam c. 32 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 6. p. 220); S. *Ephræm.* Comment. in Isaiam c. 32 (opp. Syr. Latin. t. 2. p. 75. E); S. *Ambros.* Epist. 74. num. 9; S. *Hieronym.* Comment. in Isaiam lib. 10. c. 32; S. *Cyrill. Alexandr.* in Isaiam lib. 3 (opp. t. 2. p. 442-445, 448-451), Glaphyr. in Gen. lib. 7 (*ibid.* t. 1. p. 228. E), in Lucam c. 8 et 19 (Mai. loc. cit. t. 2. p. 217, 389), in Joann. lib. 3 (opp. t. 4. p. 321); *Theodoret.* Comment. in Isaiam c. 32 (opp. t. 2. p. 89); S. *Gregorium M.* Moral. in Job. lib. 31. c. 10. num. 15, lib. 35. c. 16. num. 40; etc., etc.

§ III. DE GENTIBUS RELIQUIS.

I°. *Historice de Assyriis :*

I. Præmittitur quasi summarie

1°. Comminatio prophetæ contra Sennacherib ; *cap.* XXXIII, *v.* 1.
2°. Supplicatio obsessorum ad Deum ; 2.
3°. Clades ingens obsidentium facta per angelum ; 3, 4.
4°. Gloria in Deum, et felicitas in salvatos hinc redundans. 5, 6.

II. Describitur explicatius

1°. Legatio missorum pro pace obtinenda frustrata ; 7.
2°. Vastitas terris Hierosolymæ proximis ab hoste illata ; 8, 9.
3°. Machinatio Assyriorum, Deo agente, in proprium interitum versa ; 10-12.
4°. Admiratio et terror divinæ potentiæ, in impiis hinc prope desperantibus excitatus ; 13, 14.
5°. Securitas et abundantia fidelibus justitiam colentibus promissa et data ; 15, 16.
6°. Splendor pristinus et amplior Ezechiæ redditus, et sollicitudo nil proficiens dissipata ; 17, 18.
7°. Liberatio ab hoste impudente, arrogante et barbaro concessa. 19.

III. Subjicitur oritura ex Dei rem omnem moderantis præsidio

1°. Hierosolymæ securitas stabilis, et extra teli jactum posita ; 20-22.
2°. Hostium dispersio et direptio ; 23.
3°. Incolarum incolumitas et sanctificatio. 24.

II°. *Prophetice de gentilibus :*

I. Excitatur attentio ; *Cap.* XXXIV, *v.* 1.

II. Denuntiatur generalis hominum strages, et perturbatrix siderum immutatio. 2-4.

III°. *Symbolice de hæreticis :*

I. Describitur sumpta ex Idumæis figura et vindicta,

1°. Per cædem eorumdem, velut destinatarum victimarum, editam ; 5-8.
2°. Per incendia et exustionem habitationibus immissam ; 9, 10.
3°. Per terram in horrida et bestiis tantum solitariis insessa deserta redactam. 11-15.

II. Confirmatur prophetia provocatione ad eventum cum dictis consensurum, et a Deo secundum partes cuilibet assignatas jam constitutum. 16, 17.

IV°. *Tropice de fidelibus ex omni natione electis :*

I. Prædicitur lætissimus fidei fructus, in terris olim infidelibus uberrime nasciturus. *Cap.* XXXV, *v.* 1, 2.

II. Excitatur tum zelus in prædicatoribus, tum spes in auditoribus evangelii. 3, 4.

III. Promittuntur miracula fidem confirmatura. 5, 6.

IV. Exponitur amplissima conversionis diffusio. 7.

V. Commendatur accessus ad Ecclesiam, celebratus

1°. A viarum sanctitate et rectitudine, 8.

2°. Ab itineris securitate et libertate, 9.

3°. A termini jucunditate, et immunitate ab omni tristitia. 10 (1).

(1) Cf. S. *Justin.* Dialog. cum Tryphone num. 69, Apol. 1ª. num. 48; S. *Irenæum* contr. Hæres. lib. 3. c. 20. num. 3, et lib. 4. num 11; *Tertull.* contr. Marcion. lib. 4. c. 10, 24, contr. Judæos c. 9; *Origen.* contr. Celsum lib. 2. num. 48 (opp. t. 1. p. 422), in Judic. Homil. 9. num. 2 (opp. t. 2. p. 477, E), Comment. in Matth. t. 11. num. 18 opp. t. 3. p. 507, 508); *Novatian.* de Trinit. c. 9, 12; S. *Cyprian.* Testim. adv. Judæos lib. 2. c. 7; *Lactant.* Divin. Institut. lib. 4. cap. 15; *Eusebium Cæsar.* Demonstr. Evang. lib. 9 (p. 431 et seqq. 447 et seqq.), Comment. in Isaiam c. 35, Theophan. Fragm. 13 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 4. p. 139), Comment. in Psalm. 55 (Montfauc. nov. collect. Patrum t. 1. p. 328. C), in Psalm. 71 (*ibid.* p. 409); S. *Hilar. Pictav.* Tract. in Psalm. 54. num. 8, 9, in Psalm. 65. num. 11; S. *Athanas.* de Incarn. Verbi Dei num. 88 (opp. t. 1. part. 1ª. p. 61), de Incarn. et contr. Arianos num. 22 (*ibid.* part. 2ª. p. 711), Expos. in Psalm. 110 (*ibid.* p. 951. E); S. *Cyrill. Hierosol.* Catech. 22. num. 12; S. *Basilium* Comment. in Isaiam c. 8. num. 217; S. *Ephræm.* Comment. in Isaiam cap. 35 (opp. Syr. Latin t. 2. p. 79. D); S. *Gregor. Nyss.* Testim. adv. Judæos c. 4 (Galland. t. 6. p. 585. B), in Baptism. Christi (opp. t. 3. p. 377), de Cognit. Dei Fragm. 10 et 17 (Galland. t. 5. p. 712 D, 713 B); S. *Ambros.* Epist. 30. num. 12; S. *Joann. Chrysost.* contr. Judæos et Gentiles num. 3 (opp. t. 1 p. 562. B); S. *Hieronym.* Comment. in Isaiam lib. 10. c. 35; S. *Cyrillum Alexandr.* in Isaiam lib. 3 (opp. t. 2. p. 472-476), Glaphyr. in Genesim lib. 2 (*ibid.* t. 1. p. 34. A), in Deuteron. (*ibid.* p. 414. C), de Adorat. in Spiritu (*ibid.* part. 2ª. p. 473. A), Comment. in Joann. lib. 4, 5, 6, 9 (*ibid.* t. 4. p. 423, 426, 509, 617, 624, 766), Homil. Paschali 2 (*ibid.* t. 5. part. 2ª. sect. 1ª. p. 24. B), contr. Julianum lib. 8 (*ibid.* t. 6. p. 282. C, D); *Theodoret.* Comment. in Isaiam c. 35; S. *Leonem M.* Serm. 54 (alias, 52), c. 4; S. *Maxim. Taurin.* contr. Judæos tract. 5 (opp. p. 738); *Zacchæum* Consultat. lib. 2. c. 13 (Galland. t. 9. p. 233. A); S. *Philonem Carpasiens.* Enarr. in Cant. c. 2 (*ibid.* p. 733. D); S. *Prosperum Aquit.* de Promiss. et Prædict. part. 3ª. c. 2. num. 3; S. *Gregor. M.* Moral. in Job. lib. 30. c. 23. num. 68, lib. 29. c. 26. num. 52, in Ezechielem lib. 2. Homil. 1. num. 2, in I Reg. lib. 1. c. 1. num. 9; etc., etc.

## PARS III.

### INTERJECTIO HISTORICA.

---

### ARGUMENTUM.

Quæ libro quarto Regum et secundo Paralipomenon narrata sunt de Ezechiæ fiducia in Deum in periculo regni, eadem iterata in discrimine vitæ, ac tandem humiliatione pœnali; ea ipsa repetuntur hic capitibus quatuor sequentibus, nempe xxxvi, xxxvii, xxxviii, xxxix : ideoque analysis, quam pro resolutione librorum memoratorum sect. 5, § 1. dedimus, eadem his etiam capitibus plane congruit. Quare, quod unum novum hic loci occurrit, tantum subjicitur

CANTICUM EZECHIÆ ÆGROTI ET CONVALESCENTIS. *Cap.* xxxviii, *v.* 9.

I°. *Querula expositio*

I. Sensus et persuasionis

1°. De præmatura morte sibi imminente; 10.

2°. De occasione Dei aspectabilis præsentia et cum viventibus communione fruendi sibi subtrahenda; 11.

3°. De posteritatis et cum Messia conjunctionis expectatione præcisa. 12.

II. Spei et metus de vita inter morbi dolores alternantis : 13.

III. Precationis, per gemitus et lacrymas, pro temperanda morbi et periculi vehementia ad Deum profusæ. 14.

II°. *Humilis professio*

I. Acceptæ a Deo sanitatis,

1°. Cum memoria annua liberationis a morbo; 15.

2°. Cum promptitudine animi ad patiendum, quæ cum vitæ gratia conjuncta sit; 16.

3°. Cum aversione mortis, et remissione peccatorum. 17.

II. Debitæ gratiarum actionis,

1°. A mortuis non amplius cum merito præstandæ; 18.

2°. A viventibus solis etiam ad posteros propagandæ; 19.

3°. A se per omnem posthac vitam reddendæ. 20.

# PARS IV.

## PERIODUS PROPHETIÆ POSTERIOR.

---

## SECTIO I.

### VATICINIORUM SUB REGE EZECHIA CLASSIS PRIMA, PERTINENS AD CHRISTUM ET CYRUM EJUSDEM TYPUM.

#### § I. DE PRÆPARATIONE EVANGELII.

I°. *Promissio hujus præparationis* colligitur

I. Ex apostrophe prophetæ, populum Dei

1°. Excitante ad solatium capiendum; *cap.* XL, *v.* 1.

2°. Instruente de remissione peccatorum et concessione gratiarum. 2.

II. Ex oratione Joannis Baptistæ,

1°. Præscribente quid ab homine faciendum; 3.

2°. Prædicente quid a Deo exspectandum; 4.

3°. Indicante quid ex utraque parte eventurum. 5.

III. Ex dialogo Deum inter et Præcursorem Evangelii, quo declaratur

1°. Prædicationem inchoandam ab expositione humanæ vanitatis et divinæ potentiæ; 6-8.

2°. Eamdem strenue prosequendam expositis Christi venturi operationibus, 9.

1. Altera contra hostes durissima; 10.

2. Altera erga suos lenissima. 11 (1).

(1) Cf. *Joann.* I, 23; *Luc.* III, 4; *Matth.* III, 3; *Marc.* I, 3; S. *Irenæum* contr. Hæres. lib. 3 c. 9. num. 1; *Clement. Alexandr.* Cohortat. ad Gentes (opp. p. 7); *Tertull.* contr. Marcion. lib. 4. c. 11, 13, lib. 5. c. 2, 4; *Origen.* in Psalm. 47. v. 12 (opp. t. 2. p. 717), Comment. in Joann. t. 6. num. 17 (opp. t. 4. part. 1a. p. 132), in Epist. ad Thessalonic. (*ibid.* p. 693. E, 694), Comment in Joann. t. 1. num. 2 (*ibid.* p. 13); S. *Cyprian.* Testim. adv. Judæos lib. 2. c. 6; *Eusebium Cæsar.* Demonstr. Evang. lib. 3. §. 1 (p. 89), lib. 9 (p. 428 et seqq.), Comment. in Isaiam c. 40 (p. 507, 508), Theophan. Fragm. 13 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 4. p. 139), Comment. in Psalm. 14 (Montfaucon. nov. collect. Patrum t. 1. p. 50. C, D), in Psalm. 57 (*ibid.* p. 346. A, 348. D); S. *Zenon. Veronens.* lib. 2. Tractat. 7. num. 3; S. *Athanas.* de Trinit. et Spiritu Sancto num. 13 (opp t. 1. part. 2a. p. 778. F); *Titum Bostrens.* contr. Manich. lib. 3. num. 6 (Galland. t. 5. p. 332. C, D); S. *Cyrill. Hierosol.* Catech. 12. num. 8; S. *Ephræm.* Comment. in Isaiam c. 40 (opp. t. 2. p. 85, F, 86); *Didym. Alexandr.* de Trinit. lib. 3. c. 23 (p. 410, 411); S. *Gregor. Nyssen.* Testim. adv. Judæos c. 2 (Galland. t. 6. p. 582. B); S. *Ambros.* Expos. in Evang. sec. Lucam lib. 1. num. 85; S. *Joann. Chrysost.* in Matth. Homil. 10. num. 3 (opp. t. 7. p. 142. D), in illud: Messis quidem multa num. 3 (*ibid.* t. 12. p. 392. A); *Marium Victorin,*

II°. *Confirmatio promissionis* sumitur

I. Ex Dei magnitudine; quæ,

1°. Spectata in se, complectitur potentiam, sapientiam et providentiam, nemini assequendam; 12-14.

2°. Comparata cum creaturis, eminet infinite superior; 15-17.

3°. Collata cum idolis nec fingi potest. 18-20.

II. Ex Dei operibus; quæ sunt

1°. Creatio mundi; 21, 22.

2°. Perditio potestatis adversari ausæ; 23-25.

3°. Ordinatio cœlorum; 25.

4°. Gubernatio populi Dei; 27, 28.

5°. Largitio omnis virtutis et virium. 29-31.

III. Ex Dei beneficiis;

1°. Ad quæ audienda excitantur gentes; *cap.* XLI, *v.* 1.

2°. Ad quæ spectanda proponitur Abraham, victor populorum divina potentia effectus; 2-4.

3°. Ad quæ impedienda nulla vis hominum opposita aut conspiratio valuit. 5-7.

III°. *Usus confirmationis* fit

I. Ad animandum populum, a Deo jam in parentibus electum; 8, 9.

Cui promittitur

1°. Præsentissimum Dei præsidium; 10, 13, 14.

2°. Plenissima de hostibus victoria; 11, 12, 15, 16.

3°. Abundantissima rerum necessariarum copia. 17-20.

II. Ad deridendos gentiles; quorum idola

1°. Sarcastice provocantur ad ediscenda futura; 21-23.

2°. Convincuntur vanitatis tum ipsa, tum ipsorum cultores; 24.

3°. Prædicantur conculcanda, et subsannantur tanquam fati hujus minime præscia. 25, 26.

III. Ad edocendos omnes

1°. De veritate Dei Judæorum, qui futura de Christo præscit et per prophetas prænuntiat; 27.

2°. De falsitate idolorum, quæ nihil norunt, et hinc vana comprobantur. 28, 29.

*Afrum* adv. Arium lib. 3. num. 3 (Galland. t. 8. p. 180. D); S. *Hieronym*. Comment. in Isaiam lib. 11. c. 40 (opp. t. 4. p. 481), lib. 18. c. 66. (*ibid*. p. 828); S. *Augustinum* Serm. 250. num. 1. Serm. 289. num. 3; S. *Cyrillum Alexandr*. in Isaiam lib. 3 (opp. t. 2. p. 503-507), Glaphyr. in Genesim lib. 2 (*ibid*. t. 1. p. 34. A), Comment. in Joann. lib. 1, 4, 9, 10 (*ibid*. t. 4. p. 60, 63, 356, 829, 837), contr. Julianum lib. 8, 10 (opp. t. 6. p. 282. D, 334. D); *Theodoret*. Comment. in Isaiam c. 40 (opp. t. 2. p. 99, 100); S. *Leonem M*. Serm. 45 (alias, 44), c. 1; S. *Maximum Taurin*. Homil. 60, Serm. 59; S. *Prosper*. *Aquit*. de Vocat. omnium gentium lib. 1. c. 9 (opp. p. 860); *Sedulium* Oper. Paschal lib. 4. c. 1 (Galland. t. 9. p. 587); S. *Fulgentium* ad Trasimund. lib. 1. c. 17 (opp. p. 84); etc., etc.

## § II. DE MISSIONE CHRISTI.

I°. *OEconomia hujus beneficii*, qua exponitur

I. Mittendi habilitas,

1°. Ex dignitate personæ; *cap.* XLII, *v.* 1.
2°. Ex moderamine actionis; 2.
3°. Ex rectitudine studii; 3.
4°. Ex æquitate judicii; 4.

II. Mittentis auctoritas,

1°. Ex potestatis dominio; 5.
2°. Ex communi in omnes merito; 6, 7.
3°. Ex gloriæ sibi debitæ zelo; 8.
4°. Ex dato rerum futurarum, sibi cognitarum, indicio. 9.

III. Missionis utilitas,

1°. Ex imperato hinc omnibus cantico; 10.
2°. Ex diffuso hinc ad omnes gaudio; 11.
3°. Ex redditura hinc ad Deum gloria. 12 (1).

II°. *Discretio judicii hic intercedens*

I. Circa gentiles; ex quibus

(1) Cf. *Matth.* XII, 17-21; S. *Barnab.* Epist. c. 14; S. *Justin.* Dial. cum Tryphone num. 26, 122, 123, 135; S. *Irenæum* contr. Hæres. lib. 3. c. 11. num. 6, et lib. 4. c. 9. num. 1; *Tertull.* de Patientia c. 3, adv. Praxeam c. 12, contr. Marcion. lib. 3. c. 17, 20, 21, lib. 4. c. 23, lib. 5. c. 2, 4, contr. Judæos c. 12; *Origen.* contr. Celsum lib. 1. num. 53 (opp. t. 1. p. 369), Comment. in Joann. t. 1. num. 23 (opp. t. 4. part. 1° p. 24. E, 25. A), t. 2. num. 18 (p. 76. E, 77. A); *Novatian.* de Trinit. c. 9; S. *Cyprian.* de Bono Patient. (opp. p. 592), Testim. adv. Judæos lib. 2. c. 7, 18; *Lactant.* Divin. Institut. lib. 4. c. 20, Epitom. Divin. Instit. c. 48; *Adamant.* de Recta in Deum Fide sect. 1ª. (Origen. opp. t. 1. p. 818. F); *Euseb. Cæsar.* Demonstr. Evang. lib. 2. c 1. §. 11 (p. 48), c. 2. §. 20 (p. 51), lib. 3. §. 2 (p. 97), lib. 9 (p. 451, 452 et seqq.), Comment. in Isaiam c. 42, Comment. in Psalm. 9 (Montfaucon. collect. nov. Patrum t. 1. p. 41), in Psalm. 77 (*ibid.* p. 463. C), in Psalm. 145 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 4. p. 100); S. *Hilar. Pictav.* Tract. in Psalm. 68. num. 16; S *Phœbadium Aginnens.* contr. Arianos num. 18 (Galland. t. 5. p. 253. B); S *Basilium* Comment. in Isaiam c. 8. n. 209 (opp. t 1. p. 536. A); S. *Ephræm.* Comment. in Isaiam c. 42; S. *Gregor. Nazianz.* Orat. 14 (alias 16), num. 2; *Theodorum Heracleot.* in Isaiam c. 42 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 6. p. 223); S. *Gregor. Nyss.* Testim. adv. Judæos c. 16 (Galland. t. 6. p. 592. D); S. *Ambros.* de Spirit. Sanct. lib. 3. c. 2. num. 10; S. *Epiphan.* Hæres. 62. num. 6, Hæres. 69. num. 52; S. *Joann. Chrysost.* contra Judæos ac Gentiles num. 3 (opp. t. 1. p. 561. B), in Matth. Homil. 40 (alias, 41), num. 2 (*ibid.* t. 7. p. 439. B, 440); S. *Hieronym.* Comment. in Isaiam lib. 12. c. 42 (opp. t. 4. p. 506 et seqq.), in Matth. lib. 4. c. 27 (opp. t. 7. p. 231, 232); S. *Augustinum* de Civit. Dei lib. 20. c. 30. num. 4, Epist. contr. Donatist. (alias, de Unitat. Ecclesiæ), c. 7. num. 15; S. *Cyrill. Alexandr.* In Isaiam lib. 3 (opp. t. 2. p. 535-539, 542-546), Comment. in Joann. lib. 1 (*ibid.* t. 4 p. 71), in Lucam c. 4 et 16 (Mai. t. 2. p. 158, 354, 355), in Psalm. 42 (*ibid.* t. 3. part. latin. p. 194); *Theodoret.* Comment. in Isaiam c. 42 (opp. t. 2. p. 403. D); S. *Leonem M.* Serm. 12 (alias, 11), c. 1; S. *Prosperum Aquil.* de Vocat. omnium gentium lib. 1. c. 18 (opp. p. 861); etc., etc.

1°. Persecutores veræ religionis, mutata jam Dei patientia in vindictam, exterminabuntur; 13-15.

2°. Errantes ex ignorantia, melius eruditi convertentur. 16, 17.

II. Circa Judæos; quorum

1°. Cæcitas et surditas, lumini et monitis divinis opposita, reprehenditur; 18-20.

2°. Perversitas, divinam populum sanctificandi intentionem negligens, communicatione gravissima percellitur; 21-23.

3°. Obduratio, tot jam inflictis a Deo plagis non emendata, perstringitur. 24, 25.

III. Circa electos ex utrisque; ubi

1°. Recensentur beneficia et amoris divini indicia Judæis tum præstita tum adhuc præstanda; *cap.* XLIII, *v.* 1-4.

2° Prænuntiatur vocatio gentium ex omni terrarum parte ad fidem facienda. 5-8.

III°. *Certitudo hujus vaticinii*

I. Asserta testimonio prophetarum; quibus

1°. Carent gentiles, 9

2°. Gaudent Judæi, 10.

3°. Utitur Deus, unus Dominus, unus salvator, et unus omnipotens. 11-13.

II. Confirmata documento operationum

1°. Antiquarum, a Deo contra hostes terra marique potentes pro Judæis editarum; 14-17.

2°. Novarum, ad gentium salutem Deique gloriam edendarum. 18-21 (1).

IV°. *Illustratio judicialis discriminis*,

I. Pertinens ad Judæos; quibus

1°. Exprobratur negligentia et defectus in sacrificiis; 22-24.

2°. Demonstratur, peccatorum veniam soli misericordiæ divinæ, non meritis humanis, tribuendam; 25, 26.

3° Objicitur majorum etiam, Abrahami scilicet, Moysis, Aaronis et aliorum prævaricatio, pœnaque commerita. 27, 28.

II. Pertinens ad electos; quibus

1°. Eximitur, facta ad attentionem excitatione, metus; *cap.* XLIV, *v.* 1, 2.

(1) Cf. S. *Irenæum* contr. Hæres. lib. 4. c. 14. num. 1, c. 33. num. 14, lib. 3. c. 6. num. 2; *Tertull.* contr. Marcion. lib. 1. c. 20, lib. 3. c. 7, lib. 4. c. 11, 13; S. *Cyprian.* Epist. 63. ad Cæcilium (opp. p. 252), Testim. adv. Judæos lib. 1. c. 12; *Euseb. Cæsar.* Comment. in Isaiam c. 43 (Montf. nova collect. Patrum t. 2); S. *Hilar. Pictav.* de Trinit. lib. 4. num. 35, 36; *Theodorum Heracleot.* in Isaiam c. 43 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 6. p. 224); S. *Hieronym.* Comment. in Isaiam lib. 12. c. 43 (opp. t. 4. p. 516-518); S. *Cyrill. Alexandr.* in Isaiam lib. 4 (opp. t. 2. p. 561-566); *Theodoret.* Comment. in Isaiam c. 43 (opp. t. 2. p. 106. C); S. *Prosperum Aquit.* de Vocat. omnium gentium lib. 1. c. 9, 10 (opp. p. 858, 861); *Zacchæum* Consult. lib. 2. c. 8 (Galland. t. 9. p. 229. A); S *Gregorium M.* Moral. in Job. lib. 29. c. 25 num. 50; etc., etc.

2°. Promittitur gratiarum et benedictionum copia ; 3, 4.
3°. Prædicitur concors omnium et gratitudinis erga Deum plena professio ; 5.
4°. Confirmatur, interposita Dei suprema in omnibus auctoritate, tranquillitas animi et securitas. 6-8.

III. Pertinens ad gentiles; quibus
1°. Exhibetur idololatriæ conditio, stuporis plena, et ferax pudoris ; 9-11.
2°. Exponitur idolorum vanitas, ex eorumdem operariis, instrumentis, materia et usu conspicua ; 12-17.
3°. Ostenditur idololatrarum vecors insania. 18-20.

V°. *Adjectio vatis*, qua excitantur
I. Judæi ad memoriam remissorum peccatorum perpetuo servandam ; 21, 22.
II. Gentiles ad laudem et gloriam Deo redemptori reddendam. 23.

## § III. DE CYRI TUM HISTORIA TUM TYPO.

I°. ***Summa vaticiniorum***, quorum
I. Auctor est Deus solus,
1°. Tum factorum omnium potens ; 24.
2°. Tum futurorum præscius, et, delusis pseudoprophetis, per suos præsagus. 25, 26.

II. Argumentum continet
1°. Restaurationem reipublicæ Hebraicæ; 26.
2°. Eversionem potentiorum hostium. 27.

III. Modus mediumque stat
1°. In Cyro, voluntatem Dei exequente ; 28.
2°. In Hierosolyma, urbis ædificia et templi fundamenta recipiente. 28.

II°. *Vaticinia populo Dei faventia :*
I. Molitor expeditionis Cyrus,
1°. Ad domandas gentes, vincendos hostes et agendas prædas a Deo delectus, ductus et evocatus ; *cap.* XLV, *v.* 1-3.
2°. Ad Israelis electi utilitatem, et veri numinis gloriam amplifican dam, ipse utriusque ignarus, a Deo destinatus ; 4-7.
3°. In se, ac multo magis in suo antitypo, desideratus ; 8.
4°. Contra querulos divinæ providentiæ obtrectatores ad omnipotentis lubitum constitutus ; 9-12.
5°. Pro Judæorum metropoli reædificanda et captivitate solvenda suscitatus. 13.

II. Proventus expeditionis,
1°. Agnitio, cultus et laus Dei veri ad vicinos propagata ; 14-17.
2°. Vocatio gentium omnium ad veram religionem prædictionibus divinis vulgata ; 18-21.

3°. Salus et justitia sinceris Dei cultoribus promissa, et juramento confirmata ; 22-26 (1).

4°. Ruina idololatriæ et abjectio futura. *Cap.* XLVI, *v.* 1, 2.

III. Documentum prædictioni adjectum,

1°. Exhibens singularia Dei erga populum suum officia hactenus præstita, et posthac præstanda ; 3, 4.

2°. Exponens ridendam hominum idola colentium stultitiam ; 5-8.

3°. Revocans eosdem ad meliorem frugem, commendata tum memoria factorum, tum prænotione futurorum maxime per Cyrum ; 9-11.

4°. Asseverans contra incredulos proximum prædictionis eventum. 12, 13.

(1) Cf. S. *Paul.* ad Roman. XIV, 10, 11; S. *Barnab.* Epist. c. 12; *Tertull.* adv. Praxeam c. 11, 13, contr. Judæos c. 7; *Origen.* Selecta in Jeremiam c. 28. v. 6 (opp. t. 3. p. 304), in Epist. ad Roman. lib. 8. num. 8 (opp. t. 4. part. 1ª. p. 633. A); S. *Cyprian.* Testim. adv. Judæos lib. 1. c. 21, lib. 2. c. 6; *Lactant.* Divin. Institut. lib. 4. c. 12, 13, 29, Epitom. Divin. Instit. c. 44; *Eusebium Cæsariens.* Demonstr. Evang. lib. 5. c. 4 (p. 225 et seqq.), Comment. in Isaiam c. 45, Theophan. Fragm. 8 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 4. p. 129), Quæst. Evang. 10. num. 1 (*ibid.* p. 243), in Psalm. 95 (Montfauc. nov. collect. Patrum t. 1. p. 634); S. *Hilar. Pictav.* de Trinit. lib. 4. num. 38, 41, lib. 5. num. 38; S. *Zenon. Veronens.* lib. 2. tract. 7. num. 3; S. *Athanas.* contr. Arianos Orat. 2. num. 23 (opp. t. 1. part. 1ª. p. 388); S. *Phœbad. Aginnens.* de Fide Orthod. c. 7 (Galland. t. 5. p. 262. A); S. *Cyrill. Hierosol.* Catech. 11. num. 16; *Didym. Alexandr.* de Trinit. lib. 1. c. 15 (p. 16), Enarr. in I Petri Epist. c. 2 (Galland. t. 6. p. 290. E, 291), Enarr. in I. Joann. Epist. c. 5 (*ibid.* p. 305. B); S. *Cæsarium.* Dialog. 3, Interr. 128 (*ibid.* p. 80. D); S. *Amphiloch. Iconiens.* Excerpt. 4 (*ibid.* p. 499. A); S. *Gregor. Nyss.* Testim. adv. Judæos c. 3, 16 (*ibid.* p. 584. A 592. C), contr. Eunomium, Orat. 10 (opp. t. 2. p. 698. D), de Fide, ad Simplicium (*ibid.* t. 3. p. 39. B); S. *Ambros.* Enarr. in Psalm. 47. num. 17, de Fide lib. 1. c. 3. num. 20-22; *Marium Victorin. Afrum* adv. Arium lib. 1. num. 26, 27 (Galland. t. 8. p. 161. E, 162); S. *Epiphan.* Hæres. 57. num. 7; *Theodorum Heracleot.* in Isaiam c. 45 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 6. p. 225, 226); S. *Joann. Chrysost.* contr. Judæos et Gentiles num. 5 (opp. t. 1. p. 564. D), de Cœmet. et de Cruce num. 2 (*ibid.* t. 2. p. 398. E, 399), in illud : Messis quidem multa num. 3 (*ibid.* t. 12. p. 392. A); S. *Faustin.* de Trinit. c. 3. num. 2 (Galland. t. 7. p. 452. D); *Theophilum. Alexandr.* Epist. Paschali 1. num. 14 (*ibid.* p. 620. B); *Tichonium Afrum* de Septem Regulis reg. 1 (*ibid.* t. 8. p. 107. D); *Marium Victorinum Afrum* adv. Arium lib. 1. num. 26, 27 (*ibid.* p. 161. E, 162); S. *Hieronym.* Comment. in Isaiam lib. 13. c. 45 (opp. t. 4. p. 555 et seqq.), lib. 14. c. 52 (*ibid.* p. 610); S. *Augustinum* Oper. Imperf. contr. Julianum lib. 1. num. 140, Serm. 119. num. 14, 17 (Mai. loc. cit. t. 1), Serm. 128. in append. (alias, de Tempore 13), num. 1; *Cassianum* de Incarnat. lib. 4. c. 9-13; S. *Cyrill. Alexandr.* in Isaiam lib. 4 (opp. t. 2. p. 603-606, 611-617, 621-623), Glaphyr. in Genesim lib. 2 (*ibid.* t. 1. p. 52-55), Comment. in Joann. lib. 1 (*ibid.* t. 4. p. 95. E, 96), Homil. Paschali 8 (*ibid.* t. 5. part. 2ª. sect. 1ª. p. 104. B. C), adv. Nestorium lib. 3 (opp. t. 4. p. 61. E, 62); *Theodoret.* Epist. ad Monach. num. 4 (Galland. t. 9. p. 407), in Ezechielem c. 31 (Opp. t. 2. p. 469); S. *Leonem* Serm. 21 (alias, 23), c. 3; S. *Prosperum Aquitan.* de Vocat. omn. gent. lib. 1. c. 9 (opp. p. 858, 859); *Evagrium* Altercat. cum Simone Judæo (Galland. t. 9. p. 251. D); S. *Fulgentium* Respons. ad object. 10. Arianor. (opp. p. 66, 67), ad Trasimund. lib. 2. c. 3 (opp. p. 91); etc., etc.

III°. *Vaticinia gentilibus et Judæis adversa*

I. Denuntiata Babyloniis,

1°. Exponendo mutationem futuram dominatus in servitutem, et gloriæ in ignominiam; *cap.* XLVII, *v.* 1-5.

2°. Referendo pœnarum hujusmodi, orbitate etiam et viduitate auctarum, causas, duritiam erga captivos, et confidentiorem sibi arrogantiam; 6-9.

3°. Addendo tum causam aliam, nempe blasphemam præsumptionem de arte magica, tum malum pœnæ eventurum subito, et declinandum nullatenus; 10, 11.

4°. Amplificando certitudinem mali per sarcasmum postremæ culpæ illudentem. 12-15.

II. Intentata apostatis; quorum

1°. Provocatur attentio, et notatur hypocrisis; *cap.* XLVIII, *v.* 1, 2.

2°. Refricatur memoria de prædictione malorum a Deo facta, ad frangendam apostatarum obstinationem, et prævertendam eventuum falsam ad Deos relationem; 3-5.

3°. Postulatur contemplatio prædictionum, operejam completarum; 6-8.

4°. Suspenditur pœna commerita gravior, ad tuendam Dei gloriam. 9-11.

III. Communicata cum fidelibus,

1°. Deo auctoritatem suam contestante, et Cyrum voluntatis suæ contra Chaldæos executorem designante; 12-15.

2°. Propheta fidem sibi conciliante, et suam a Deo missionem asserente; 16.

3°. Deo sua in Judæos beneficia, tum olim collata, tum etiam, si paruissent, amplificanda commemorante; 17-19.

4°. Propheta liberationem prædicente; ad discessum, ne cum gentilibus pereant, ex Babylonia adhortante; divinam providentiam indicatis exemplis demonstrante. 20-22.

## SECTIO II.

### VATICINIORUM SUB REGE EZECHIA CLASSIS ALTERA, PERTINENS AD CHRISTI EVANGELIUM ET PASSIONEM.

#### § I. PRÆDICATIO EVANGELICA

I°. *Decreta*,

I. Deo patre

1°. Id munus Christo per incarnationem committente; *cap.* XLIX, *v.* 1.

2°. Efficaciam et subsidia conferente; 2.

3°. Gloriam inde suam intendente. 3.

II. Christo

1°. De frustrata apud Judæos opera conquerente; 4.

2°. Gloriam tamen apud Patrem consequente; 5.

3°. Fructum laboris ampliorem apud gentes colligendum audiente. 6, 7.

II°. *Opere suscepta*

I. Ad gloriam Christi; utpote per quem facta

1°. Fœderis innovatio, et peccatorum remissio; 8, 9.

2°. Malorum ablatio, et bonorum largitio; 10, 11.

3°. Gentium conversio, et fidelium consolatio. 12, 13.

II. Ad convictionem Synagogæ; cujus

1°. Querela refertur; 14.

2°. Memoria apud Deum benevolentissima ostenditur; 15, 16.

3°. Restauratio, exornatio et amplificatio per conjunctionem cum Ecclesia promittitur. 17-21.

III. Ad celebritatem Ecclesiæ; cui promittitur

1°. Accessio ex omni gente ac populo; 22.

2°. Sustentatio et reverentia a summis principibus; 23.

3°. Liberatio et vindicatio de hostibus, contra horum opinionem. 24-26 (1).

(1) Cf. *Act.* XIII, 47; S. *Barnab.* Epist. c. 14; S. *Ignat.* Epist. ad Smyrnæos. c. 1; S. *Justin.* Dial. cum Tryphone num. 122; *Tertull.* adv. Praxeam c. 11, contr. Marcion. lib. 3. c. 24, lib. 4. c. 11, 13; *Origen.* contr. Celsum lib. 1. num. 53 (opp. t. 1. p. 369), de Oratione num. 25 (*ibid.* p. 228), in Psalm. 36. Homil. 3. num. 8 (opp. t. 2. p. 664. A), Select. in Jesum Nave (*ibid.* p. 394. A), in librum Jesu Nave Homil. 3. num. 4 (*ibid.* p. 403. C), in Visiones Isaiæ Homil. 6. num. 7 (opp. t. 3. p. 119), Comment. in Matth. t. 13. num. 26 (*ibid.* p. 605, 606), Comment. in Joann. t. 1. num. 23, 36 (opp. t. 4. part. 1ª. p. 23 et 37, 38); *Euseb. Cæsariens.* Demonstr. Evang. lib. 2. c. 2. § 21 (p. 52), Comment. in Isaiam c. 49, Comment. in Psalm. 76 (Montfauc. nov. collect. Patrum t. 1. p. 460), in Psalm. 97 (*ibid.* p. 641); S. *Jacob. Nisiben.* Serm. 1. de Fide num. 8 (Galland. t. 5. p. VI), Serm. 15. de Ingress. gentium num. 2 (*ibid.* p. CIV. B); S. *Hilar. Pictav.* Tract. in Psalm. 119. num. 8; S. *Athanas.* contr. Arian. Orat. 2. num. 51 (opp. t. 1. part. 1ª. p. 411. A), Epist. 2. ad Serapionem num. 4 (*ibid.* part. 2ª. p. 548. C), de Incarn. et contr. Arianos num. 19 (*ibid.* p. 707. E, 708), Expos. in Psalm. 76 (*ibid.* p. 906. B); S. *Cyrill. Hierosol.* Catech. 10. num. 12; S. *Ephræm.* Comment. in II Regnorum cap. 6 (opp. Syr. Latin. t. 1. p. 534. A), Serm. adv. Judæos (*ibid.* t. 3. p. 220); S. *Gregor. Nyss.* Testim. adv. Judæos c. 3, 4, 16 (Galland. t. 6. p. 584. B, 585. A, 592. D, 593. A), de Cognit. Dei Fragm. 17 (*ibid.* p. 714. C); S. *Ambrosium* de Abraham lib. 2. c. 10. num. 74, Præfat. in Psalm. 35. num. 4; Enarr. in Psalm. 36. num. 24, de Virginit. c. 11. num. 63, de Fide lib. 5. c. 8. num. 108, Epist. 41. num. 8, Epist. 46. num. 10, 11; S. *Joann. Chrysost.* in Psalm. 115. num. 5 (opp. t. 5. p. 315. D, E), de Sanct. Pentecoste Homil. 1. num. 1 (*ibid.* t. 2. p. 457. A, B); *Tichonium Afrum* de Septem Regulis reg. 4 et 7 (Galland. t. 8. p. 116. C, D, 128. C); S. *Hieronym.* Comment. in Isaiam lib. 13. c. 49 (opp. t. 4. p. 561 et seqq.); S. *Augustinum* Tract. adv. Judæos num. 14, Epist. contr. Donatist. (alias, de Unit. Eccles.), num. 16, Enarrat. in Psalm. 113. Serm. 1. num. 8; S. *Cyrill. Alexandr.* in Isaiam lib. 4. (opp. t. 2. p. 655–673, 677-681), Glaphyr. in Genesim lib. 4, 5, 6 (*ibid.* t. 1. p. 134, 166. B. C, 185. C), de Recta Fide (*ibid.* t. 5. part. 2ª. sect. 3ª. p. 19 D, E), Homil. Paschali 1 (*ibid.* sect. 1ª. p. 16 A), contr. Nestorium lib. 3 (opp. t. 6. p. 62. A); *Theodoret.* Comment. in Isaiam c. 49 (opp. t. 2.

III°. *Vindicata*

I. Ab objectione Synagogæ, contra fas se desertam conquerentis. *Cap.* L, *v.* 1.

Quia hæc derelictio adscribenda est

1°. Tum voluntariæ defectioni Judæorum, tum refractariæ ad divinam vocationem obstinationi ; 1, 2.

2°. Non imbecillitati potentiæ divinæ, ad opera stupenda valentissimæ ; 2, 3.

3°. Non defectui benevolentiæ Patris, magistrum ad erudiendum et succurrendum instructissimum mittentis; 4, 5.

4°. Non ignaviæ Christi, etiam inter verbera, alapas et opprobria durantis. 6, 7 (1).

II. A suspicione neglectæ justitiæ ; dum ostenditur

1°. Christi innocentia accusatorum silentio, Dei auxilio, et hostium exilio demonstrata; 8, 9.

2°. Justorum spes Dei præsidio erecta ; 10.

3°. Impiorum superba malignitas igni æterno reservata. 11.

p. 111, 112), in Ezechielem c. 34 (*ibid.* p. 489); S. *Prosperum* de Promiss. et Prædict. Dei part. 3ª. c. 36. num. 38; etc., etc.

(1) Cf. S. *Barnab.* Epist. c. 3; S. *Justin* Apol. 1ª. num. 38; S. *Irenæum* contr. Hæres. lib. 4. c. 33. num. 13; *Tertull.* contr. Marcion. lib. 4. c. 22, contr. Judæos c. 13; *Origen.* in Jeremiam Homil. 18. num. 12 (opp. t. 3. p. 254, 255), Comment. in Matth. num. 113 (*ibid.* p. 911, 912); S. *Cyprian.* Epist. 6, ad Rogatian. de Bono Patient. (opp. p. 592), Testim. contr. Judæos lib. 2. c. 13; *Lactant.* Divin. Instit. lib. 4. c. 18, Epitom. Divin. Instit c. 46; *Eusebium Cæsar.* Comment. in Isaiam c. 50, Comment. in Psalm. 34 (Montfauc. nov. collect. Patrum t. 1. p. 139, 140), in Psalm. 90 (*ibid.* p. 601, B); *Apollinar.* in Isaiam (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 7. part. 2ª. p. 130); S. *Athanas.* Epist. ad Epictetum num. 6 (opp. t. 1. part. 2ª. p. 723), Epist. Festali 10. num. 7 (Mai. loc. cit. t. 6. p. 192); S. *Cyrill. Hierosol.* Catech. 13. num. 13; S. *Ephræm.* Serm. adv. vitiose viventes (opp. Græcor. t. 1. p. 115. C); S. *Gregorium Nazianz.* Orat. 14 (alias 16), num. 4; S. *Gregor. Nyss.* Testim. adv. Judæos c. 6 (Galland. t. 6. p. 586. A, B), de Cognit. Dei Fragm. 15 (*ibid.* p. 713. C); S. *Ambros.* Expos. in Psalm. 118. Serm. 14. num. 19, de Incarnat. Domin. Sacram. c. 5. num. 44; S. *Epiphanium* Ancorat. num. 31, 36; S. *Macarium Ægypt.* Homil. 26. num. 26 (Galland. t. 7. p. 102); *Rufinum Aquileiens.* Comment. in Symbolum num. 21 (opp. p. 84); S. *Hieronym.* Comment. in Isaiam lib. 14. c. 50 (opp. t. 4. p. 579-581), in Matth. lib. 4. c. 27 (*ibid.* t. 7. p. 231); S. *Cyrill. Alexandr.* in Isaiam lib. 4 (opp. t. 2. p. 689-693), lib. 3 (*ibid.* p. 748. E, 744), Comment. in Joann. lib. 11 (*ibid.* t. 4. p. 1026. D), Dialog. de Trinit. 3 et 4 (*ibid.* t. 3. part. 1ª. p. 479, 600), de Recta Fide (*ibid.* part. 2ª. sect. 3ª. p. 7. C), Homil. Paschali 5 (*ibid.* sect. 1ª. p. 58. D, E); *Theodoret.* in Isaiam c. 30 (opp. t. 2. p. 114. B, C); S. *Leonem M.* Serm. 55 (alias, 53), c. 2, Serm. 65 (alias, 64), c. 3; *Zacchæum* Consultat. lib. 2. c. 6 (Galland. t. 9. p. 226. C); S. *Fulgentium* ad Trasimund. lib. 3. c. 17 (opp. p. 124); etc., etc.

§ II. DOCUMENTA PRO AUDITURIS EVANGELIUM.

I°. *Muniendus animus*

I. Contra pusillanimitatem, concepta spe

1°. Ex dato concessæ Abrahamo et Saræ sterilibus ac effœtis fœcunditatis exemplo; *cap.* LI, *v.* 1, 2.

2°. Ex facta solatii, gaudium et lætitiam afferentis, promissione. 3.

II. Contra desidiam, injecta æmulatione gentium, quæ Evangelium

1°. Prædicatum audient; 4.

2°. Auditum amplectentur. 5.

III. Contra diffidentiam, facta contestatione

1°. De mundo potius interituro,

2°. Quam veritate Dei nutatura. 6.

IV. Contra opprobria et sannas, firmata fide

1°. De perpetuitate Evangelii; 7.

2°. De abolitione omnis oppositi. 8.

II°. *Exspectandum tempus Deo placitum* : in hanc rem addicitur

I. Votum Synagogæ,

1°. Urgentis liberationem ab hostibus; 9.

2°. Provocantis ad exempla divinæ potentiæ, alias jam edita; 9, 10.

3°. Promittentis pro salute grates et laudes. 11.

II. Responsum Domini,

1°. Objurgantis ortam ex timore vis humanæ et oblivione potentiæ divinæ sollicitudinem; 12, 13.

2°. Spondentis proximam ex Christi adventu liberationem, institutionem et salutem ; 14-16.

3°. Erigentis ad spem e calamitatibus, quibus Synagoga deserta hactenus a Deo vindice exercebatur ; 17-21.

4°. Decernentis translationem pœnarum a fidelibus in horum persecutores. 22, 23.

III°. *Æstimandum Redemptionis beneficium*, utpote

I. Gloriosum et ex omni parte plenum et absolutum. *Cap.* LII, *v.* 1, 2.

II. Gratuitum, et nullo hominum merito conciliatum. 3.

III. Solvendæ dæmonis tyrannidi, et vindicandæ Deo gloriæ destinatum. 4, 5.

IV. Christi præsentia, et prophetarum eventu confirmatum. 6.

IV°. *Conjungendum studium*,

I. Excipiendo Apostolos

1°. Pacem, salutem et Dei regnum annuntiaturos; 7.

2°. Lætam rerum conversionem, gaudium et solatium allaturos; 8, 9.

3°. Paratam erga omnes gentes beneficentiam Dei probaturos. 10.

II. Relinquendo servitutum et occasionem peccati,
  1°. Speciatim, si qui sacerdotes fuerint; 11.
  2°. Universim, quia otium et Dei auxilium non deerit. 12.
III. Respiciendo ad Christum; cujus
  1°. Vita per doctrinam et operationem erit gloriosa; 13.
  2°. Passio et mors ignominiosa; 14.
  3°. Redemptio ad omnium stuporem copiosa. 15 (1).

## § III. PASSIONIS DOMINICÆ HISTORIA ET FRUCTUS.

I°. *Proœmium*, fidem narrationi rerum, vix credendarum ac plane stupendarum, præmuniens. *Cap.* LIII, *v.* 1.

II°. *Narratio historica*, describens Christum in sua passione
  I. Deformatum, contemptum, et ignominia fœdatum : 2, 3.
  II. Nostri causa flagellatum, vulneratum et attritum : 4, 5.
  III. Spontanea sui pro nostris peccatis oblatione, ad mortem ductum : 6, 7.
  IV. Iniquo judicio damnatum, pro nobis mortuum et inter impios immerito reputatum. 8, 9.

(1) Cf. S. *Paul.* ad Rom. x, 15, et xv, 21; S. *Justin.* Dial. cum Tryphone num. 13, 118, Apolog. 1ª. num. 50; *Tertull.* contr. Marcion. lib. 3. c. 17, 22, lib. 4. c. 13, lib. 5. c. 3, 5; *Origen.* contr. Celsum lib. 1. num. 54 (opp. t. 1. p. 369), in Psalm. 13. v. 7 (opp. t. 2. p. 595. A), in Psalm. 2. v. 596. E, 3 (*ibid.* p. 539. F, 540. A), in Psalm. 13 (Galland. t. 14, append. p. 55), in Cantic. cantic. lib. 4 (opp. t. 3. p. 88. A, B), Selecta in Threnos. c. 4. v. 20 (*ibid.* p. 349. F, 350), in Epistol. ad Rom. lib. 8. num. 5. lib. 10. num. 6 et 11. (opp. t. 4. part. 1ª. p. 626. col. 2 B, 672. D, 677. B), Comment. in Joann. t 1. num. 10 et 11 (*ibid.* p 11 et 13); S. *Cyprian.* Testim. adv. Judæos lib. 1. c. 21, lib. 2 c. 4; *Celsum* Præfat. in Altercat. Jasonis num. 4 (Galland. t. 4. p. 438); *Euseb. Cæsariens.* Demonstr. Evang. lib. 6. c. 24 (p. 308 et seqq.), lib. 8 (p 404. B), Comment. in Isaiam c. 52, Comment. in Psalm. 13 (Montfauc. collect. nova Patrum t. 1. p. 48. B), in Psalm. 32 (*ibid.* p. 223. B, C), in Psalm. 64 (*ibid.* p. 312. C, D), in Psalm. 65 (*ibid.* p. 381. C); S. *Jacob Nisiben.* Serm. 16, quod Christus sit Filius Dei num. 8 (Galland. t. 3. p. CXI); S. *Hilar. Pictav.* Tract. in Psalm. 13. num. 5. Tract. in Psalm 121. num. 3; S. *Ephræm.* Serm. adv. Judæos (opp. Syr. Latin. t. 3. p. 212. E); S *Ambros.* Expos. Evang. sec. Luc. lib. 2. num. 67; *Theodorum Heracleot.* in Isaiam c. 52 (Mai, nov. Patrum biblioth. t. 6. p. 230); S. *Joann. Chrysost.* contr. Judæos et Gentiles num. 3 (opp. t. 1. p. 565. A), in Matth. Homil. 85 (alias, 86), num. 1 (*ibid.* t 7. p. 804. A, B), in Joann. Homil. 9 (alias, 8), num. 1 (*ibid.* t. 8. p. 52. E, 53. A); *Marium Victorin. Afrum* adv. Arium lib. 3. num 3 (Galland. t. 8. p. 180. D, E); *Rufinum Aquileiens.* Comment. in Symb. num. 19 (opp. p. 81); S. *Hieronym.* Comment. in Isaiam lib. 14. c. 52 (opp. t. 4. p. 600 et seqq.); S. *Augustinum* Epist. contr. Donatist. (alias, de Unit. Ecclesiæ), c. 7. num. 16, de Civit. Dei lib. 18. c. 29. num 1; S. *Cyrill. Alexandr.* in Isaiam lib. 5 (opp. t. 2. p 724-728, 730-740); *Theodoretum* Comment. in Isaiam c. 52; S. *Leonem M.* Serm. 30 (alias, 35), c. 1; S. *Maximum Taurin.* Homil. 20 et 28, contr Judæos tract. 5 (opp. p. 738); S. *Prosperum Aquitan.* de Vocat. omnium gentium lib. 2 c. 13; S. *Fulgentium* de Fide ad Petrum c. 14 (opp. t. 2. p. 148); *Cassiodorum* in Psalm. 40 (opp. t. 2. p. 148); etc., etc.

III°. *Expositio fructuum*

I. Redeuntium ad Christum. Hujusmodi sunt :

1°. Pro data sui victima, posteritas numerosa, diuturna et fortunata ; 10.

2°. Pro exhausto labore, lucrum animarum abundans ; 11.

3°. Pro tolerata inter preces pro transgressoribus morte, occupatio hæreditaria gentium et exspoliatio dæmonum. 12 (1).

II. Dimanantium in Ecclesiam; quæ

(1) *Matth.* VII. 16, 17; *Marc.* XV, 28; *Luc.* XXII, 37; *Joann.* XII, 38; Act. VIII. 32-35. Rom. X, 16, I Cor. XV, 3; I *Petri* II, 22; S. *Barnab.* Epist. c. 5 (Galland. t. 1. p. 118); S. *Clement. Roman* I ad Corinth. c. 16; S. *Justin* Apolog. 1ª. num. 50, 51. Dialog. cum Tryphone num. 13, 42, 43, 63, 76, 97, 111, 118; S. *Irenæum.* contr. Hæres. lib. 4. c. 33. num. 11 et lib. 3. c. 19. num. 1, 2; *Clement. Alexandr.* Pædagog. lib. 1. c. 8, lib. 3. c. 1 (opp. p. 116, 215), Strom. lib. 2 (p. 388); *Tertull.* de Fug. in Persecut. c. 12, adv. Praxeam cap. 11, 13, 30, contr. Marcion. lib. 3. c. 17, 19, 23, lib. 4. c., 8, 10, 40, contr. Judæos cap. 9, 10, 13, 14, de Carne Christi c. 15; S. *Hippolyt.* de Christo et Antichristo num. 43 (Galland. t. 2. p. 431), contr. Hæres. Noeti num. 17, 18 (*ibid.* p. 463); *Origen.* in Exodum Homil. 6. num. 1 (opp. t. 2. p. 147), in Numeros Homil. 16. num. 9 (*ibid.* p. 334. E), Homil. 6. num. 3 (*ibid.* p. 287. D), in Jeremiam Homil. 10. num. 1, Homil. 14. num. 9 (opp. t. 3, p. 183, 213, 214), Comment. in Matth. t. 12. num. 29 (*ibid.* p. 547, 548), in Epist. ad Roman. lib. 3. num. 6 (opp. t. 4. part. 1ª. p. 626, 627), lib. 6. num. 7 (p. 579. B), in Joann. t. 28. num. 14 (*ibid.* p. 392. E, 393); *Novatian.* de Trinit. c. 9 et 28; *Dionys. Alexandr.* contr. Paul. Samosat. (Labb. collect. Concil. t. 1. p. 855. B); S. *Cyprian.* Epist. 6. ad Rogatian. de bono Patient. (opp. p. 592), Testim. adv. Judæos lib. 2. c. 4, 13, 15; *Lactant.* Divin. Institut. lib. 4. c. 16, 18, Epitom. Divin. Institut. c. 46; *Adamant.* de Recta in Deum Fide sect. 1ª (Origen. opp. t. 1. p. 818. E, 820. C); S. *Alexandrum Alexandr.* Epist. de Ariana Hær. num. 5, 12 (Galland. t. 4. p. 444, 448); *Eusebium Cæsariens.* Demonstr. Evang. lib. 1. c. 10 (p. 36), lib. 3. § 2 (p. 97, 98 et seqq.), lib. 4. § 17 (p. 198) lib. 10. (p. 462. D), Comment. in Isaiam c. 53, Theophan. Fragm. 3 (Mai. nova Patrum biblioth. t. 4. p. 112), de Paschate num. 1 (*ibid.* p. 209), Comment. in Psalm. 21 (Montf. nov. collect. Patrum t. 1. p. 80. C), in Psalm. 34 (*ibid.* p. 139), in Psalm. 40 (*ibid.* p. 171. E), in Psalm. 44 (*ibid.* p. 188), in Psalm. 68 (*ibid.* p. 382, 383), in Psalm. 87 (*ibid.* p. 547, 550), in Psalm. 92 (*ibid.* p. 616), in Psalm. 95 (*ibid.* p. 619); S. *Eustathium Antioch.* Interpret. in Psalm. 92 (Galland. t. 4. p. 578. C, D); S. *Jacob. Nisib.* Serm. 14. de Pascha num. 4 (Galland. t. 5. p. XCVIII), Serm. 16. Quod Christus sit Filius Dei num. 8 (*ibid.* p. CXI, CXII); *Julium Firmicum Matern.* de Err. Profan. Relig. num. 28 (*ibid.* p. 36. A); S. *Hilar. Pictav.* Tract. in Psalm. 68. num. 19, 23, Tract. in Psalm. 138. num. 3, 12, Tract. in Psalm. 143. num. 21, Tract. in Psalm. 41. num. 12 (Galland. t. 5. p. 92. C); S. *Athanas.* de Incarnat. Verbi Dei num. 34 (opp. t. 1. part. 1ª. p. 61), contr. Arianos Orat. 2. num. 16 (*ibid* p. 382. B), de Incarn. et contr. Arianos num. 22 (*ibid.* part. 2ª. p. 710, 711), Serm. major. de Fide num. 15 (opp. t. 3. p. 6), Epist. Fest. 1 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 6. p. 28); S. *Cyrill. Hieros.* Catech. 13. num. 3, 7, 13, 30, 34; S. *Basilium* Epist. 8 (alias, 141), num. 5; S. *Ephræm* Comment. in II Regnorum c. 2 (opp. Syr. Latin. t. 1. p. 523. A), Comment. in Zachariam c. 3 (*ibid.* t. 2. p. 286. A), c. 9 (p. 298. D), Serm. 1 (*ibid* p. 396. D), Serm. adv. Judæos (*ibid.* t. 3. p. 213), Serm. Parænetic. 4 (*ibid.* p. 409. E), Serm. in Abraham et Isaac

1°. Excitatur ad lætitiam, et amplificandum cœtum pro gentibus recipiendis; *cap.* LIV, *v.* 1-3 (1).

2°. Reducitur a statu pristinæ tenuitatis et orbitatis ad sortem ampliorem, Deo repudiatam revocante; 4-6.

3°. Confirmatur juramento de repudiatione non amplius iteranda; 7-10.

(opp. Græcor. t. 2. p. 318. F, 319); *Didym. Alexandr.* de Trinit. lib. 3. c. 3 (p. 342); S. *Gregorium Nazianz.* Orat. 29 (alias, 35), de Filio num. 19, 20; *Gregor. Nyssen.* Antirrhetic. adv. Apollinar. num. 21 (Galland. t. 6. p. 534), Testim. adv. Judæos c. 6 (*ibid.* p. 585, 586), in Cantic. cantic. Homil. 13 (opp. t. 1. p. 669. A), in Christi Resurrect. (*ibid.* t. 3. p. 383, 384), de Cognit. Dei Fragm. 15 (Galland. t. 6. p. 713. D); S. *Ambros.* de Cain et Abel lib. 1. c. 2. num. 9, de Abraham lib. 2. c. 8. num. 52, de Interpell. Job et David lib. 2. c. 4. num. 17, Apolog. David altera c. 11. num. 58, Enarrat. in Psalm. 39. num. 18, Enarrat. in Psalm. 61. num. 5, 6, Expos. Evang. Luc. lib. 2. num. 41; S. *Epiphan.* Hæres. 54 num. 5, Hæres. 79. num. 6; *Theodor. Heracl.* in Isaiam c. 53 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 6. p. 231); S. *Joann. Chrysost.* contr. Judæos et Gentiles num. 5, 11 (opp. t. 1. p. 563, 564, 574. A, B), in illud: Pater, si possibile est, num. 1-3 (*ibid.* t. 3. p. 17-21), in Psalm. 44. num. 2 (*ibid.* t. 5. p. 163), in Matth. Homil. 27 (alias, 28), num. 1, 2 (*ibid.* t. 7. p. 327, 328. B), adv. Judæos Homil. 6. num. 5 (*ibid.* t. 1. p. 656), in I ad Corinth. Homil. 38. num. 3 (*ibid.* t. 10. p. 353, 354), de Cruce et Latrone Homil. 1. num. 1, 2, Homil. 2. num. 1, 2 (*ibid.* t. 2. p. 404. B, 406. A, 412. D, 415. A); *Severianum Gabal.* Homil. de Serpente num. 3 (*ibid.* t. 6. p. 515. B, C); S. *Macarium Ægypt.* Homil. 11. num. 10, et de Patientia num. 15 (Galland. t. 7. p. 41. 184); S. *Pacianum Barcinonens.* Serm. de Baptismo num. 3 (*ibid.* p. 274); S. *Isaiam Abbat.* Orat. 27. num. 1 (*ibid.* p. 317); *Faustinum* de Trinit. c. 3. num. 4 (*ibid.* p. 453); *Theophil. Alexandr.* Epist. Paschali 1. num. 10 (*ibid.* p. 619 B, C); *Tichonium Afrum* de Septem Regul. regul. 1 (*ibid.* t. 8. p. 107. C); *Rufinum Aquileiens.* Comment. in Symbolum num. 21, 22 (opp. p. 84, 85); S. *Hieronym.* Comment. in Isaiam lib. 14. c. 53 (opp. t. 4. p. 618 et seqq.); S. *Augustinum* de Civit. Dei lib. 18. c. 29. num. 1, Enarrat. in Psalm. 44. num. 3, Enarrat. in Psalm. 103. Serm. 1. num. 5, Enarrat. in Psalm. 37. num. 19, 20, Serm. 27 (alias, de Verbis Apost. 20), num. 6, Serm. 95. num. 4, Serm. 138 (alias, de Verbis Domini 50), num. 6, Serm. 254 (alias, de Tempore 151), num. 5, Serm. 44 (alias, 36 ex Homil. 50), in Joann. Tract. 116. num. 4, Epist. contr. Donatist. (alias, de unit. Ecclesiæ), c. 7. num. 16, 17, Serm. 80. num. 5, 120. num. 7 et 166. num. 1 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 1. p. 158, 268, 371); *Orosium* Apolog. de Arbitrii Libert. num. 25 (Galland. t. 9. p. 165. D); S. *Cyrill. Alexandr.* in Isaiam lib. 5 (opp. t. 2. p. 740-754), Glaphyr. in Exodum lib. 1, 2 (opp. t. 1. p. 250, 301. A), Glaphyr. in Genesim lib. 2 (*ibid.* p. 33. C, 43. B), Comment. in Joann, lib. 2, 6, 12 (*ibid.* t. 4. p. 114. A, 624. D, 1043. D, E, 1050. D, E, 1060. E), Thesaur. Assert. 21, 26, 35 (*ibid.* t. 5. part. 1a. p. 214. B, 244, 365), Homil. Paschali 5 (*ibid.* part. 2a. Sect. 1a. p. 58), de incarn. (Mai. l. cit. t. 2. p. 67); *Theodoret.* Comment. in Isaiam c. 53, in Psalm. 44 (opp. t. 1. p. 569), post Incarnat. unicum esse Filium, num. 8 (Galland. t. 9. p. 413. E, 414. A); S. *Leonem M.* Serm. 58 (alias, 56), c. 4, Serm. 7, in append. c. 1; S. *Petrum Chrysol.* Serm. 23, 62; S. *Maximum Taurin.* Serm. 30, 40; S. *Prosper. Aquit.* de Promiss. et Predict. part. 1a. c. 12. num. 18; *Zacchæum* Consultat. lib. 2, c. 6 (Galland. t. 9. p. 226, 227. B); *Evagrium* Altercat. cum Simone Judæo (*ibid.* p. 253. B, C, 254. D); *Faustum Rheg.* Serm. 5. num. 2; *Alcimum Avitum* Epist. 3 (Galland. t. 10. p. 709. C); S. *Fulgentium* ad Trasimund. lib. 3. c. 22, 29 (opp. p. 128, 134, 135); *Cassiod.* in Psalm. 44 et 68 (opp. t. 2. p. 141, 214, 215, 218); etc., etc.

(1) Cf. Gal. IV, 27; *Joann.* VI, 45; S. *Clement. Roman.* II ad Cor. c. 2; *Justin.*

4°. Præmonetur de stabilitate et ornatu per charismatum abundantiam, de pace conscientiæ et integritate famæ per scientiæ et justitiæ dona, de incremento et copia per gentium conversionem accessuris; 11-15.

5°. Instruitur de conatu hostium, manu et lingua adversantium, incassum cessuro. 16, 17.

## SECTIO III.

### VATICINIORUM SUB REGE EZECHIA CLASSIS POSTREMA, PERTINENS AD ECCLESIÆ CHRISTIANÆ CONSTITUTIONEM.

#### § I. ŒCONOMIA DIVINA CIRCA SYNAGOGAM

I°. *Inchoans a benevolentia*, qua fit

I. Invitatio

1°. Gratuito beneficium offerens; *cap,* LV, *v.* 1, 2.

Apolog. 1ª. num. 54; *Clement. Alexandr.* Cohortat. ad Gentes. (opp. p. 8), Stromat. lib. 2 (*ibid.* p. 371, 372); *Origen.* contra Celsum lib. 8. num. 19 (opp. t. 1. p. 757), in Librum Jesu Nava Homil. 3. num. 4 (opp. t. 2. p. 403), in Jeremiam Homil. 3. num. 2 (opp. t. 3. p. 140, 141), Comment. in Matth. 1. 10. num. 23 (*ibid.* p. 473. D), Comment. iu Epist. ad Roman. lib. 6. num. 7 (opp. t. 4. part. 1ª. p. 578. C), Comment. in Joann. t. 10. num. 26 (*ibid.* p. 206, 207, 208); S. *Cyprian.* Testim. adv. Judæos c. 20; *Eusebium Cæsariens.* Demonstr. Evang. lib. 3. § 2 (p. 101), lib. 6. c. 21 (p. 300), Commont. in Isaiam c. 54; S. *Athanas.* contr. Arianos Orat. 1. num. 60 (opp. t. 1. part. 1ª. p. 366. B); S *Ephræm* in 1 Samuel. c. 15 (opp. Syr. Latin. t. 1. p. 384. E), Serm. adv. Judæos. (*ibid.* t. 3. p. 220); *Didym. Alexandr.* de Trinit. lib. 1. c. 30 (p. 91), lib. 2. c. 10 (p. 233); S. *Gregorium Nyss.* de Cognit. Dei Fragm. 17 (Galland. t. 6. p. 713. C); S. *Ambrosium* Hexæmer. lib. 3. c. 1. num. 5, de Abraham lib. 1. c. 7. num. 61, Expos. Evang. Luc. lib. 2. num. 67, de Virginibus lib. 1. c. 6. num. 31, de Viduis c. 3. num. 14, 15, Exhortat. Virginit. c. 7. num. 42, *Epist.* 30. num. 12; S. *Epiphan.* Hæres. 56. num. 3 (opp. t. 1. p. 479); *Theodor. Heracl.* in Isaiam c. 54 (Mai. nov. Patrum biblioth. 1. 6. p. 232); S. *Joann. Chrysost.* contr. Judæos ac Gentiles num. 10 (opp. t. 1. p. 572. C), in Psalm. 112. num. 3 (*ibid* t. 5. p. 291. D), In Epist. ad Galat. c. 4. num. 4 (*ibid.* t. 10. p. 710. E, 711. A, 712. C); *Severianum Gabal.* de Mundi Creatione Orat. 6. num. 6 (*ibid.* t. 6. p. 489. B); S. *Chromatium Aquileiens.* in Mattb. Tract. 4. num. 2 (Galland. t. 8. p. 339); S. *Hieronym.* Comment. in Isaiam lib. 15. c. 54 (opp. t. 4. p. 626 et seqq.); S. *Augustinum* de Civit. Dei lib. 18. c. 29. num. 2, Enarrat. in Psalm. 58, Serm. 1. num. 11, contr. Adversar. Legis et Prophet. lib. 2. c. 3. num. 12, contr. Duas Epist. Pelagianor. lib. 3. c. 4. num. 13; S. *Cyrill. Alexandr.* in Isaiam lib. 5 (opp. t. 2 p. 735. D, 736, 755-761, 766-770), Glaphyr. In Genesim lib. 4 (*ibid.* t. 1. p. 134. D), Glaphyr. iu Exodum lib. 1 (*ibid.* p. 263. C), Glaphyr. in Deuteron. (*ibid.* p. 414. C, D), Comment. in Joann. lib. 3 (*ibid.* t. 4. p. 318. A, B), de Adorat. in Spirit. (*ibid.* t. 1. sect. 2ª. p. 319. E); *Theodoret.* in Psalm. 28 et 112 (opp. t. 1. p. 503. C, 861), Comment. in Michæam c. 5 (*ibid.* 1 3. p. 824), Commeut. in Isaiam c. 54 (*ibid.* t. 2. p. 119, 120); S. *Maximum Taurin.* de Capitul. Evangel. (opp. 756); S. *Prosper. Aquit.* do Vocat. omnium geutium lib. 2. c. 18; etc., etc.

2°. Antiquum cum Davide pactum, interventu Christi ad gentes protensum, exhibens; 3-5 (1).
3°. Promptitudinem et pœnitentiam postulans; 6, 7.
4°. Misericordiam humana indulgentiorem spondens; 8, 9.
5°. Efficaciam verbi divini fructiferam asserens; 10, 11.
6°. Eventum felicem et lætiorem sortis conversionem prænuntians. 12, 13.

II. Instructio

1°. Præcipiens Judæis legum naturalium, cæremonialium et moralium observantiam; *cap.* LVI, *v.* 1, 2.
2°. Tribuens eunuchis leges observaturis locum in templo et hæreditatem nobiliorem; 3-5.
3°. Disponens alienigenis ad fidem accessuris Ecclesiæ communionem. 6-8.

II°. *Progrediens ad discretionem*, quæ

I. Præsidibus synagogæ

1°. Minatur vastitatem cœtus; 9.
2°. Exprobrat hujus pœnæ causas, ipsorum scilicet torporem et ignaviam in officio, quæstum et avaritiam in studio, luxum et intemperantiam in vitæ commercio. 10-12.

II. Justis, misericordibus et rectis

1°. Gratulatur de ignota quidem hominibus, disposita tamen a Deo per mortem, præservatione ab imminentibus malis; *cap.* LVII, *v.* 1.
2°. Promittit beatam vitæ alterius fortunam. 2.

III. Improbis et apostatis

1°. Objicit pessimam malorum parentum imitationem; 3, 4.
2°. Exprobrat idololatriam ubique inductam, varie exercitam, et intemperanter promotam; 5-10.
3°. Male ominatur timorem propriæ conscientiæ, vanitatem existimatæ justitiæ, et defectum sperati auxilii. 11-13.

IV. Pœnitentibus et conversis

(1) Cf. *Act. Apost.* XIII, 34; S. *Justin.* Dial. cum Tryphone num. 12, 14; *Clement. Alexandr.* Cohortat. ad Gentes (opp. p. 59); *Tertull.* contr. Marcion. lib. 3. c. 20, lib. 4. c. 1; *Novatian.* de Trinit. c. 9; S. *Cyprian.* Testim. adv. Judæos lib. 1. c. 21; *Euseb. Cæsar.* Demonstr. Evang. lib. 2. c. 2. § 23 (p. 53), Comment. in Isaiam c. 55; S. *Jacob. Nisiben.* Serm. 15. de Ingressu Gentium num. 3 (Galland. t. 5. p. CIV); *Didym. Alexandr.* de Trinit. lib. 2. c. 14 (p. 276, 277); S. *Gregor. Nazianz.* Orat. 40. num. 17; S. *Ambrosium* de Joseph. c. 7. num. 42; *Theodor. Heracl.* in Isaiam c. 55 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 6. p. 232); S. *Hieronym.* Comment. in Isaiam lib. 15. c. 55 (opp. t. 4. p. 643-649); S. *Cyrillum. Alexandr.* in Luc. c. 4 (Mai. supra cit. t. 2. p. 163), in Isaiam lib. 5 (opp. t. 2 p. 772-778), contr. Julianum lib. 8 (*ibid.* t. 6. sect. 2ª. p. 282. E, 283); S. *Leonem M.* Serm. 29 (alias, 28), c. 3, Serm. 33 (alias, 32), c. 5; *Theodoretum* in Isaiam c. 55 (opp. t. 2. p. 120), Dialog. 1, Immutabilis (*ibid.* t. 4. p. 23. D, 24), Græcar. Affect. Serm. 10 (*ibid.* p. 638. A); etc., etc.

1°. Spondet redditum facilem et gratiam ; 14, 15.

2°. Exponit consilii sui, circa vindictam et clementiam variantis, rationes; 16-18.

3°. Prænuntiat tranquillitatem ac pacem, ab impiorum sorte, quæ perturbatio et inquies est, plane diversam. 19-21.

## III°. *Finiens per judicium*, quo

### I. Instruitur causa,

1°. Actione injuncta prophetæ et generatim proposita ab eodem ; *cap.* LVIII, *v.* 1, 2.

2°. Exceptione facta a Judæis ad jejunia sua provocantibus ; 3.

3°. Refutatione exceptionis, designante conditiones justas, et perstringente defectus jejuniorum. 4-6.

### II. Tentatur compositio, Deo

1°. Postulante opera misericordiæ, et spondente liberationem a malis præsentibus, ac securitatem a futuris ; 7-9.

2°. Exigente commutationem duritiei in liberalitatem ; spondente vicissim conversionem fortunæ adversæ in florentissimam ; 9-12.

3°. Præcipiente observantiam sabbati ac legis, et addicente bona olim promissa cum hæreditatis possessione. 13, 14.

### III. Renovatur accusatio, objectione criminum Deum ab indulgentiæ promptitudine ad actionem prosequendam incitantium. *Cap.* LIX, *v.* 1, 2. Sunt autem ista :

1°. Violentia, iniquitas, mendacium et injuria in contuberniis; 3.

2°. Injustitia, neglectus veritatis, et consiliorum perversitas in judiciis; 4.

3°. Malignitas intentionum, vanitas operationum et malignitas eventuum in molitionibus; 5, 6.

4°. Oppressio innocentum, perturbatio ordinis et corruptio studiorum in communitatibus. 7, 8.

### IV. Abdicatur defensio,

1°. Agnitione frustratorum, tum divini auxilii, tum humani consilii, tum sperati judicii ; 9-11.

2°. Confessione peccatorum contra Deum et proximum commissorum ; 12-15.

3°. Defectu patrocinii, et instantia justitiæ. 16.

### V. Denuntiatur sententia

1°. Terribilis hostibus Dei; 17, 18.

2°. Venerabilis gentibus; 19.

3°. Favorabilis reliquiis Judæorum conversis; 20 (1).

(1) Cf. Rom. XI, 26, 27; *Origen.* in Psalm. 13 (opp. t. 2. p. 595), in Epist. ad Roman. lib. 8. num. 11 (opp. t. 4. part. 1a p. 639. C, D, 640); *Euseb. Cæsar.* Comment. in Isaiam c. 59; S. *Hilar. Pictav.* Tract. in Psalm. 58. num. 11; S. *Hieronym.* in Isaiam lib. 16. c. 59 (opp. t. 4. p. 710-714); S. *Cyrill. Alexandr.* in Isaiam lib. 5 (opp. t. 2. p. 838, 839); *Theodoretum* in Isaiam c. 59 (opp. t. 2. p. 129. C), Græcar. Affect. Serm. 10 (*ibid.* t. 4. p. 638. A, B); etc., etc.

4°. Credibilis ex interposita Dei sanctione, et inspiratione prophetica. 21.

### § II. STUDIUM DIVINUM PRO ECCLESIA :

## I°. *Ad hanc formandam*

### I. Excitantur Judæi, utpote

1°. Evangelium primo audituri; *cap.* LX, *v.* 1.
2°. Christum ipsum visuri; 2.
3°. Cæteros edocturi. 3.

### II. Confluunt vocatæ gentes

1°. Ex omni parte orbis universi; 4, 5.
2°. Ex continenti, 6, 7.
3°. Ex insulis. 8, 9.

### III. Conferunt operam

1°. Extranei et domestici; 10, 11.
2°. Hostes et amici. 12-14 (1).

### IV. Excluduntur loco et removentur

1°. Despectus et odium a gloria et patrocinio principum; 15, 16.
2°. Conditio tenuis et adversa ab abundanti et quieta; 17, 18.
3°. Alternans fortuna a stabili felicitate; 19, 20.
4°. Exilium et interitus a possessione hæreditatis et multitudine posteritatis. 21, 22.

## II°. *Ad eam instituendam*

### I. Magisterium suscipit Christus,

1°. Ad munus hoc plenitudine donorum instructus; *cap.* LXI, *v.* 1.
2°. Ad salutem impertiendam destinatus; 2, 3.
3°. Ad Ecclesiam instaurandam missus. 4.

### II. Ministerium obeunt Apostoli,

1°. Adversariis etiam in subsidium venientibus; 5.
2°. Gentibus divinam missionem reverentibus; 6.
3°. Signis ignominiæ in gloriæ monumenta conversis. 7-9.

(1) Cf. *Tertull.* contr. Marcion. lib. 5. c. 15; *Origen.* contr. Celsum lib. 6. num. 5 (opp. t. 1. p. 682, 683), in Psalm. 18 (opp. t. 2. p. 614. B), in Psalm. 36. Homil. 3. num. 9 (*ibid.* p. 667. C), in Joann. t. 10. num. 26 (opp. t. 4. part. 1ª. p. 206, 207); S. *Methodium* Conviv. decem Virgin. Orat. 8. num. 5 (Galland. t. 3. p. 717); *Euseb. Cæsariens.* Comment. in Isaiam c. 60; S. *Basil.* Homil. in Psalm. 45. num. 4; S. *Ephræm* Comment. in Zachariam c. 3 (opp. Syr. Latin. t. 2. p. 287. B, 288), Serm. adv. Judæos (*ibid.* t. 2. p. 220); S. *Joann. Chrysost.* in illud: In principio erat Verbum, num. 2 (opp. t. 12. p. 417. D); S. *Hieronym.* in Isaiam lib. 17. c. 60 (opp. t. 4. p. 717-731), lib. 18. c. 66 *ibid.* p. 806); S. *Cyrillum Alexandr.* Dial. Quod unus sit Christus (opp. t. 5. part. 1ª. p. 753), in Isaiam lib. 5 (*ibid.* t. 2. p. 832, 839 857), in Joann. lib. 5 (*ibid.* t. 4. p. 509. A, 514. D); S. *Prosperum Aquitan.* de Promiss. et Prædict. Dei part. 3°. c. 35. num. 37; *Theodoretum* in Isaiam c. 60 (opp. t. 2. p. 180 et seqq.); etc., etc.

**III.** Incitamentum præbent proventus in Ecclesiam redundantes, nempe

1°. Gloriosa cum Christo desponsatio; 10.

2°. Abundantia justitiæ et sanctitatis. 11 (1).

**III°.** ***Ad eamdem amplificandam***

**I.** Facit

1°. Christi præsentia, prophetis expectata, et gentibus manifestata; *cap.* LXII, *v.* 1, 2.

2°. Dei prædilectio, Israeli gloriosa. 3, 4.

**II.** Confert

1°. Fidelium mutua charitas, amori divino correspondens; 5.

2°. Angelorum et Pastorum custodia et admonitio. 6, 7.

**III.** Juvat

(1) Cf. *Luc.* IV, 17-21; S. *Barnab.* Epist. c. 14; S. *Irenæum* contr. Hæres. lib. 4. c. 9. num. 3 et c. 18. num. 3; *Tertull.* adv. Praxeam c. 11, contr. Marcion. lib. 4. c. 11, 14; *Origen.* in Psalm. 37. ( opp. t. 2. p. 636. D ), in Psalm. 64 ( *ibid.* p. 747. D ), in Levitic. Homil. 9. num. 5 ( *ibid.* p. 239. C, D ), in Genesim Homil. 14. num. 1 (*ibid.* p. 97. F), Comment. in Epist. ad Rom. lib. 1. num. 4 (opp. t 4. part. 1ª. p. 465); *Novatian.* de Trinit. c. 29; S. *Cyprian.* Testim. adv. Judæos lib. 2. c. 10; *Euseb.* Demonstr. Evang. lib. 3. § 1 (p. 88), lib. 4. § 14 et 16 ( p. 175, 176, 192, 193), lib. 9 (p. 442), Comment. in Lucam (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 4. p. 162), Quæst. Evang. 10. num. 1 (*ibid.* p. 243), Comment. in Psalm. 52 (Montfauc. nov. collect. Patrum t. 1. p. 223. E, 224), in Psalm. 64 (*ibid.* p. 322. C, D), in Psalm. 84 ( *ibid.* p. 525, 529), in Psalm. 95 (*ibid.* p. 634); S. *Hilar. Pictav.* Tract. in Psalm. 64. num. 16; S. *Athanas.* contr. Arianos Orat. 1. num. 47 (opp. t. 1. part. 1ª. p. 356), Expos. in Psalm. 84 (opp. t. 1. part. 2ª. p. 915. C); S. *Phœbad. Aginnens.* contr. Arianos num. 13 (Galiand. 1. 5. p. 253. B); S. *Cyrill. Hierosol.* Catech. 21. num. 1; S. *Basilium* Homil. in Psalm. 33. num. 12, de Spirit. Sancto c. 12. num. 28; S. *Ephræm* Serm. adv. Judæos (opp. Syr. Latin. t. 3. p. 220); *Didym. Alexandr.* de Trinit. lib. 2. c. 2 (p. 116), c. 6 (p. 178); S. *Gregor. Nyss.* Testim. adv. Judæos c. 4 (Galland. 1. 6. p. 585. B); *Theodorum Heracleot.* in Isaiam c. 61 ( Mai. nov. Patrum. biblioth. t 6. p. 234 ); S. *Ambros.* de Spirit. Sancto lib. 3. c. 1. num. 1, 2; S. *Epiphan.* Hæres. 74. num. 13; S. *Joann. Chrysost.* contr. Judæos ac Gentiles num. 4 (opp. t. 1. p. 562. D); *Rufinum Aquileiens.* in Symbol. num. 6 (opp. p. 62); *Tichonium* lib. de Septem Regulis, reg. 1 (Galland. t. 8. p. 107. C); S. *Hieronym.* in Isaiam lib. 17. c. 61 (opp. 1. 4. 731–738 ); S. *Augustinum* in I Epist. Joannis Tract. 1. num. 2, in Psalm. 30. Enarrat. 2. num. 4, in Psalm. 101. Serm. 1. num. 2, Serm. 91 (alias, 234), c. 7. num. 8; S. *Cyrillum Alexandrinum* Glaphyr. in Genesim lib. 3 (opp. t. 1. p. 96), lib. 5 (*ibid.* p. 164. E, 165), Glaphyr. in Exodum lib. 3 (*ibid.* p. 338. A, B), de Adorat. in Spiritu lib. 2 (*ibid.* sect. 2ª. p. 378. C, D), lib. 17 (*ibid.* p. 610. A), in Oseam c. 8. § 32 ( opp. 1. 3. p. 58 ), de Festis Paschalibus Homil. 8 (*ibid.* t. 5. part. 2ª. sect. 1ª. p. 100. B), in Psalm. 64 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 3 part. latin. p. 235), in Isaiam lib. 5 (opp. t. 2. p. 857–868), in Joann. lib. 6 (*ibid.* t. 4. p. 633. E); S. *Prosperum Aquitan.* de Promiss. et Prædict. Dei part. 2ª. c. 38. num. 88, part. 3ª. c. 10. num. 11; *Theodoretum* in Isaiam c. 61 (opp. t. 2. p. 132–134); S. *Proclum Constantinop.* Orat. 2 de Incarn. Domini num. 8 (Galland. t. 9. p. 624. B); *Zacchæum* Consult. lib. 2. c. 14 (*ibid.* p. 234. C); *Evagrium* Altercat. inter Theophil. Christian. et Simonem Judæum (*ibid.* p. 255. C); S. *Fulgentium* ad Trasimundum lib. 1. c. 10 (opp. p. 77), Fragm. contr. Fabianum (*ibid.* p. 616); etc. etc.

1°. Tuta ab hostibus salus et gratiarum abundantia; 8, 9.
2°. Præparatus omnibus accessus per divulgatum undique Evangelium; 10, 11.
3°. Præmium et gloria inde redundans. 11, 12 (1).

§ III. EXPOSITIO DIVINI IN UTROQUE OPERE CONSILII,

I°. *Per alternum prophetæ cum Deo sermonem* : quo

I. Annuntiatur propinqua fidelium salus, et Christi victoria de hostibus; *cap.* LXIII, *v.* 1–3.
II. Designatur tempus, apparatus et fructus victoriæ; 4–6.
III. Celebratur indulgens et liberalis Dei beneficentia; 7-9 (2).

(1) Cf. *Justin.* Dial. cum Tryph. num. 26, 119; *Euseb. Cæsar.* Comment. in Isaiam c. 62; S. *Gregor. Nyss.* Testim. adv. Judæos c. 18 (Galland. t. 6. p. 593), de Cognit. Dei Fragm. 17 (*ibid.* p. 714. A, B); *Theodorum Heracleot.* in Isaiam c. 62 (Mai nov. Patrum biblioth. t. 6. p. 235); *Tichonium* lib. de Septem Regulis reg. 7 (Galland. t. 8. p. 128. A); S. *Hieronym.* in Isaiam lib. 17. c. 62 (opp. t. 4. p. 738-745); S. *Augustinum.* Epist. contr. Donatistas (alias, de Unit. Ecclesiæ), c. 7. num. 19, c. 19. num. 51; S. *Cyrill. Alexandr.* Glaphyr. in Genesim lib. 3 (opp. t. 1. p. 78), lib. 4 (*ibid.* p. 109. D), de Recta in Deum Fide (*ibid.* t. 5. part. 2a. sect. 3a. p. 26. D), in Lucam c. 15 et 17 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 2. p. 340, 360), in Psalm. 44 (*ibid.* t. 3. part. latin. p. 203), in Isaiam lib. 5 (opp. t. 2. p. 869-876), in Zachar. c. 4. § 23 (*ibid.* t. 3. p. 685. B); S. *Prosperum Aquit.* de Promiss. et Prædict. Dei part. 3a. c. 33. num. 34; *Theodoret.* in Isaiam c. 62; S. *Proclum Constantinop.* Orat. 2. de Incarn. Domini num. 8 (Galland. t. 9. p. 624. B); S. *Philonem Carpasiens.* Enarrat. in Cantica c. 1 et 5 (*ibid.* p. 723. A, B, 751. A, B); S. *Fulgentium* Epist. 3. c. 5. num. 9 (opp. p. 166); etc. etc.

(2) Cf. S. *Justin.* Dial. cum Tryph. num. 26; S. *Irenæum* contr. Hæres. lib. 3. c. 20. num. 4; *Tertull.* contr. Marcion. lib. 4. c. 22, 40, contr. Judæos c. 9; *Origen.* in Psalm. 15 (opp. t. 2. p. 600. D), in Psalm. 67 (*ibid.* p. 754. A, C), Comment. in Matth. t. 16. num. 19 (opp. t. 3. p. 746, 747), Comment. in Joann. t. 6. num. 37 (opp. t. 4. part. 1a. p. 155. C, D); S. *Cyprian.* Epist. 73. ad Cæcilium (opp. p. 251. edit. Venet. 1758); *Euseb. Cæsar.* Comment. in Isaiam c. 63, in Psalm. 67 (Montfaucon. nov. collect. Patrum t. 1. p. 357. D, E. 358. A); S. *Athanas.* contr. Apollinar. lib. 2. num. 10 (*a*) (opp. t. 1. part. 2a. p. 756. C); S. *Cyrill. Hierosol.* Catech. 13. num. 27; S. *Ephræm* Comment. in Zachar. c. 13 (opp. Syr. Latin. t. 2. p. 307. E); *Didym. Alexandr.* de Spiritu Sancto num. 42 et seqq. (opp. S. *Hieron.* t. 2); S. *Gregor. Nazianz.* Orat. 45 (alias, 42) num. 25; *Theodorum Heracleot.* in Isaiam c. 63 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 6. p. 235); S. *Ambros.* de Institut. Virginis c. 5. num. 39, c. 7. num. 49, de Mysteriis c. 7. num. 36, Epist. 32. num. 4; S. *Joann. Chrysost.* in Psalm. 44. num. 7 (opp. t. 5. p. 172. C); *Rufinum Aquileiens.* in Symbol. num. 25 (opp. p. 88); S. *Hieronym.* in Isaiam lib. 14. c. 53 (opp. t. 4. p. 614), lib. 17. c. 63 (*ibid.* p. 745-750), in Zachariam lib. 3. c. 14 (*ibid.* t. 6. p. 925), in Epistolam ad Ephesios lib. 2. c. 3 (*ibid.* t. 7. p. 594, 595), contr. Joann. Hierosol. num. 34 (*ibid.* t. 2. p. 442); S. *Cyrill. Alexandr.* Glaphyr. in Genes. lib. 7 (opp. t. 1. p. 224), in Lucam. c. 5 (Mai. nov.

(*a*) Hunc eumdem textum legesis editum inter fragmenta anecdota commentariorum S. Athanasii in Lucam. (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 2 p. 572.)

IV. Perstringitur tum recens tum antiqua populi Israelitici contra Deum ingratitudo. 10-14.

II°. *Per orationem Israelis supplicem ;* qua

I. Imploratur Dei misericordia, propositis motivis, ex parte Dei, populi, et hostium desumptis ; 15-19.

II. Provocatur ejusdem vindex potentia contra inimicos; *cap.* LXIV, *v.* 1-3.

III. Laudatur magnifica Dei benevolentia erga fideles; 4, 5.

IV. Fit confessio culpæ, deprecatio veniæ, querula expositio pœnæ, et postulatio indulgentiæ. 6-12.

III°. *Per responsum Dei decretorium :* quo

I. Promittitur gratuita gentium vocatio ; *cap.* LXV, *v.* 1.

II. Denuntiatur Judæis propter propria et patrum scelera pœnalis ultio ; 2-7.

III. Excipitur tamen ab eadem portio Judæorum fidelis ; 8-10 (1).

IV. Repetitur denuntiatio contra reliquos; 11, 12.

V. Amplificatur utraque sententia per antithesin promissionum et comminationum ; 13-16.

Patrum biblioth. t. 2. p. 173), in Isaiam lib. 5 ( opp. t. 2. p. 877-879), in Joann. lib. 9 et 12 (*ibid.* t. 4. p. 764, 1106. D, 1107); *Theodoretum* in Isaiam c. 63 (opp. t. 2. p. 135, 136), Comment. in cant. lib. 2 et 3 (*ibid.* t. 1. p. 1035, 1057).

(1) Cf. Rom. x, 20, 21; S. *Barnab.* Epist. c. 12; S. *Justin.* Apol. 1ª. num. 49, 38. et Dialog. cum Tryphone num. 24, 97, 119, 136; S. *Irenæum* contr. Hæres. lib. 3. c. 6. num. 1; *Clement. Alexandr.* Stromat. lib. 2 (opp. p. 378, 379); *Tertull.* contr. Judæos c. 13; S. *Hippolyt.* contr. Hæres. Noeti num. 12 (Galland. t. 2. p. 460); *Origen.* contr. Celsum lib. 2. num. 78 (opp. t. 1. p. 446), in Exodum Homil. 6. num. 8 (opp. t. 2. p. 149. B, C), Comment. in Epist. ad Rom. lib. 8. num. 6 (opp. t. 4. part. 1ª. p. 628. col. 2, 629); *Novatian.* de Trinit. c. 9, 28; S. *Cyprian.* Testim. adv. Judæos lib. 1. c. 21. lib. 2. c. 20; *Euseb. Cæsar.* Comment. in Isaiam c. 65; S. *Hilar. Pictav.* de Trinit. lib. 5. num. 31; S. *Athanas.* de Incarnat. Verbi Dei num. 38 (opp. t. 1. part. 1ª. p. 63); S. *Cyrill. Hierosol.* Catech. 13. num. 27; S. *Gregorium Nyss.* Testim. adv. Judæos c. 2. (Galland. t. 6. p. 581. C); *Theodorum Heracleot.* in Isaiam c. 65 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 6. p. 236); S. *Ambrosium* Enarrat. in Psalm. 43. num. 24, Exposit. in Psalm. 118. Serm. 14. num. 19; S. *Joann. Chrysost.* contr. Judæos ac Gentiles num. 7, 11 (opp. t. 1. p. 567. B, C, 574. A, B); S. *Hieronym.* in Isaiam lib. 18. c. 65 (opp. t. 4. p. 770-773, 780); S. *Cyrill. Alexandr.* Glaphyr. in Exodum lib. 2 (opp. t. 1. p. 297. B, C), de Festis Paschalibus Homil. 4 (*ibid.* t. 5, part. 2ª. sect. 1ª. p. 41. D, E), in Isaiam lib. 5 (opp. t. 2. p. 891, 892, 895, 896), in Joann. lib. 4 (*ibid.* t. 4. p. 350. B, 405. D); S. *Leonem M.* Serm. 12 (alias, 11), c. 1, Serm. 59 (alias, 57), c. 7; S. *Prosperum Aquitan.* de Vocat. gentium lib. 2. c. 9; *Theodoret.* in Isaiam c. 65 (opp. t. 2. p. 138. D, 139); Græcar. Affect. Serm. 10 (*ibid.* t. 4. p. 638. B); *Evagrium* Alterc. inter Theophil. Christianum et Simon. Judæum (Galland. t. 9. p. 253. D); etc., etc.

VI. Promittitur Ecclesiæ nova formatio ; 17, 18.

VII. Recensetur multiplex illius prosperitas et benedictio futura. 19-25 (1).

IV°. *Per adjectionem propheticam* : qua

I. Notatur veræ religionis character , perversa synagogæ hypocrisis, et decreta obstinationi pœna. *Cap.* LXVI, *v.* 1-4.

II. Munitur contra hypocritarum sannas prima fidelium paucitas, promissionibus incrementi subitanei et amplissimi. 5-9.

III. Confirmatur Ecclesia a congratulantibus, lætitia, solatio, et gloriæ præsagio, 10, 11.

1°. Ob pacis abundantiam, principum favorem, et Dei auxilium; 12-14.

2°. Ob redditam inimicis vindictam et hypocrisis pœnam. 15-17.

IV. Prædicitur divulgatio Evangelii per universum orbem, et gentium ad fidem conversio : 18-20.

1°. Describitur innovata cultus sacri constitutio ; 21-23 (2).

(1) Cf. S. *Justin.* Dial. cum Tryphone num. 81 ; *Clement. Alexandr.* Stromat. lib. 3 ( opp. p. 467 ), Pædag. lib. 1. c. 5 (*ibid.* p. 86) ; *Tertull.* contr. Judæos c. 13 ; S. *Cyprian.* Testim. adv. Judæos lib. 1. c. 22; *Eusebium Cæsar.* Comment. in Isaiam c. 65 (Montf. nov. collect. Patrum t. 2. p. 586. E, 588), in Lucam (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 4. p. 201), Comment. in Psalm. 58 (Montf. supr. cit. t. 1. p. 267. A); *Julium Firmicum Matern.* de Errore Profan. Religionum num. 9 (Galland. t. 5. p. 30, 31) ; S. *Hilar. Pictav.* de Trinit. lib. 5. num. 27-31 ; S. *Cyrill. Hierosol.* Catech. 10. num. 16; S. *Ephræm* Comment. in Isaiam c. 65 (opp. Syr. Latin. t. 2. p. 94. A); S. *Gregor. Nyss.* de Cognit. Dei Fragm. 17 (Galland. t. 6, p. 714. A); *Theodorum Heracleot.* in Isaiam c. 65 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 6. p. 237); S. *Joann. Chrysost.* in Matth. Homil. 10. num. 3 (opp. t. 7. p. 143. D); S. *Hieronymum* in Isaiam lib. 18. c. 65 (opp. t. 4. p. 784-798) ; S. *Cyrillum Alexandrin.* Glaphyr. in Genesim lib. 6 (opp. t. 1. p. 203. C) , Explanat. in I ad Corinth. c. 1 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 3. part. græc. p. 49, latin. p. 33, 34 ), in Isaiam lib. 5 (opp. t. 2. p. 822, 898-906); S. *Prosperum Aquitan.* de Vocat. gentium lib. 1. c. 9 (opp. p. 860); *Theodoretum* in Isaiam c. 65 (opp. t. 2. p. 140. B, 141) , Epist. 146 (*ibid.* t. 3. p. 1187. D ); S. *Fulgentium* ad Monimum lib. 1. c. 25 (opp. p. 20); *Cassidiorum* in Ps. 71 (opp. t. 2. p. 229 ); etc., etc.

(2) Cf. S. *Justin.* Dial. cum Tryphone num. 85, Apolog. 1ª. num. 52 ; *Clement. Alexandr.* Pædagog. lib. 1. c. 5 (opp. p. 89, 90); *Tertull.* contr. Judæos c. 4, de Resurr. Carnis c. 31 ; S. *Hippolyt.* de Christo et Antichristo num. 65 (Galland. t. 2. p. 441); *Origen.* in Ezechielem Homil. 14. num. 4 (opp. t. 3. p. 404. D), Comment. in Matth. num. 72 (*ibid.* p. 889. A, B) ; S. *Cyprian.* lib. ad Demetrian. (opp. p. 524), Testim. adv. Judæos lib. 1. c. 21 ; S. *Petrum Alexandr.* Canon. 4 (Galland. t. 4. p. 93); *Lactantium* Divin. Instit. lib. 4. c. 11, Epitom. Divin. Instit. c. 48; *Euseb. Cæsar.* Comment. in Isaiam c. 66 , Comment. in Psalm. 113 ( Montfauc. nov. collect. Patrum t. 1. p. 710); S. *Jacob. Nisib.* Serm. 1, de Fide num. 6 (Galland. t. 5. p. VIII); S. *Athanas.* Expos. in Psalm. 35 (opp. t. 1. part. 2ª. p. 842. F), Expos. in Psalm. 20 (*ibid.* p. 866. F) ; S. *Ephræm* Comment. in II Regnorum c. 19 (opp. Syr. Latin. t. 1. p. 559. C, D), Comment. in Isaiam c. 66 (*ibid.* t. 2. p. 97),

2°. Subnectitur triumphus de hostibus Ecclesiæ æternum damnatis. 24.

Comment. in Michæam c. 7 (*ibid.* p. 283. C); S. *Gregor. Nyss.* in Cantic. cantic. Homil. 2 (opp. t. 1. p. 493. D, 494. A); *Theodorum. Heracleot.* in Isaiam c. 66 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 6. p. 237, 238); S. *Ambros.* Expos. Evang. sec. Luc. lib. 7. num. 205, Exhortat. Virginit. c. 7. num. 42, de Excessu Fratris lib. 2. num. 86, 87; S. *Joann Chrysost.* in illud: In Principio erat Verbum, num. 2 (opp. t. 12. p. 417. D); S. *Hieronym.* in Isaiam lib. 18. c. 66 (opp. t. 4. p. 805 et seqq.); S. *Augustinum* de Civit. Dei lib. 20. c. 21; S. *Cyrill. Alexandr.* de Adorat. in Spiritu et Litt. lib. 17 (opp. t. 1. sect. 2ª. p. 620. E, 621), in Psalm. 45 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 3. part. latin. p. 206), in Psalm. 50 (*ibid.* p. 223), in Isaiam lib. 5 (opp. t. 2. p. 910-920), in Joann. lib. 5 (*ibid.* t. 4. p. 499. D); *Theodoretum* in Isaiam c. 66 (opp. t. 2. p. 142. D, 143. 144); S. *Gregorium M.* Moral. in Job. lib. 7. c. 4. num. 4; etc., etc.

# PROPHETIA JEREMIÆ.

## PROOEMIUM

I°. *Biblicum*, notans
  I. Auctoris nomen et genus; *cap.* I, *v.* 1.
  II. Libri titulum, et prophetiæ ac scriptionis tempus. 2, 3.
II°. *Historicum*, enarrans
  I. Dei Jeremiam in prophetam destinantis vocationem. 4, 5.
  II. Jeremiæ pueritiam suam obtendentis excusationem. 6.
  III. Dei excusationem dissolventis responsum, protectionem spondentis promissionem, prophetam initiantis symbolum, et munus explicantis mandatum. 7-10.
III°. *Propheticum*,
  I. Proponens visionem
    1°. Virgæ vigilantis, cum Dei promisso; 11, 12.
    2°. Ollæ succensæ, cum Dei comminatione. 13, 14.
  II. Exponens postremi vaticinii argumentum et causam. 15, 16.
  III. Repetens commendationem muneris obeundi, et promissionem auxilii præstandi. 17-19.

# PARS I.

SERMONES PROPHETICI AD POPULUM JUDAICUM.

—

## SECTIO I.

TRIAS SERMONUM.

§ I. SERMO PRIMUS DEI JUSSU ET NOMINE HABITUS. *Cap.* II, *v.* 1, 2.

I°. *Exordium*

I. Revocat in memoriam prædilectionem Dei erga Israelem. 2, 3.

II. Excitat attentionem. 4.

II°. *Argumentum*

I. Contestatur litem, asserendo suam innocentiam, objiciendo populo et sacerdotibus oblivionem divinorum beneficiorum, et conversionem ad idola. 5-9.

II. Probat causam

1°. Ostendendo gentium ad idola majorem, quam Judæorum ad verum Deum, adhæsionem; 10, 11.

2°. Exponendo duplicem in hoc peccato malitiam; 12, 13.

3°. Aperiendo suppliciorum immissorum originem natam ex neglectu Dei. 14-17.

III. Amplificat probationem,

1°. Exprobrando præsentem defectionem; 18, 19.

2°. Objiciendo progressam jam rebellionem et nulla dissimulatione excusandam improbitatem; 20-25.

3°. Præmonendo de futura frustratione auxilii ab idolis sperati. 26-28.

IV. Refutat exceptionem,

1°. Indicando monitiones, interemptis prophetis, abjectas; 29, 30.

2°. Adjiciendo beneficentiam oblivione contemptam; 31-32.

3°. Detegendo malitiam operum, sub speciosis verbis et jactata confidentia latebras quærentem. 33-37.

III°. *Conclusio*

I. Cohortatur, oblata gratia, ad pœnitentiam. *Cap.* III, *v.* 1.

II. Exhibet pristinæ vitæ malitiam pœnis hactenus non emendatam. 2, 3.

III. Repetit cohortationem, et suggerit deprecationis formulam. 4, 5.

§ II. SERMO SECUNDUS TEMPORE JOSIÆ REGIS DICTUS.

I°. *Præmittitur objurgatio*,

I. Exponens Israelitarum idololatriam et impœnitentiam. 6, 7.

II. Exaggerans Judæorum majorem et aliis sceleribus auctam malitiam. 8, 11.

II°. *Fit cohortatio ad pœnitentiam*,

I. Propositis ratione et modo conversionis. 12-14.

II. Additis promissionibus

1°. De populo reducendo in patriam, et regendo a pastoribus melioribus; 14, 15.

2°. De Ecclesia liberanda a legalibus, et amplificanda a gentibus, et adunanda ex Judæis ac Israelitis. 16-18.

III. Insertis documentis

1°. De divina clementia, per tolerantiam frustratæ expectationis; 19-20.

2°. De peccantium miseria, per hypotyposin agnoscentium suam confusionem; 21-25.

3°. De resipiscentium sinceritate, per emendationem vitæ. *Cap.* IV, *v.* 1-4.

IV. Denuntiatis malis in obduratos venturis, scilicet

1°. Trepidatione et fuga; 5-8.

2°. Stupore et inopia consilii; 9, 10.

3°. Oppressione hostili subitanea. 11-13.

V. Interpositis contestationibus,

1°. Suadentibus pœnitentiæ maturationem; 14.

2°. Nuntiantibus imminentis vindictæ irruptionem; 15-17.

3°. Indicantibus pœnam hanc a peccatis provocatam. 18.

VI. Amplificatis, cum prophetæ dolore, contra vecordes denuntiationibus

1°. Vastitatis, direptionis, et subversionis instantis; 19-26.

2°. Vindictæ continuantis, et solitudinis consequentis; 27-29.

3°. Calamitatis remedium et spem omnem frustrantis. 30-31.

III°. *Ostenditur vindictæ sumendæ justitia*,

I. Per peccantium perversitatem

1°. Communem omnibus, ne uno quidem excepto; *cap.* V, *v.* 1, 2.

2°. Induratam, nec pœnis emendatam; 3.

3°. Diffusam per optimates non minus quam plebeios; 4, 5.

4°. Auctam numero, malitia et libidine; atque hinc indignam indulgentia. 6-9.

II. Per vindicis auctoritatem,

1°. Jussu jam dato interpositam; 10, 11.

2°. Ab incredulis dissimulatam et spretam; 12-15.

3°. Nova ultionis indictione declaratam. 16-18.

III. Per judicii æquitatem,

1°. Ad talionis leges comparatam; 19.

2°. Minus resistentiæ in rebus inanimatis expertam; 20-23.

3°. Hactenus sola penuria, in fertilitatis contemptæ vicem substituta, contestatam. 24, 25.

IV. Per repetitam commemorationem

1°. Tum perversitatis peccantium; 26-28.

2°. Tum æquitatis in vindice ac judicio. 29, 30.

IV°. *Denuntiatur executio,*

I. Datis ruinæ indiciis,

1°. Ex imperitia ac imbelli Judæorum resistentia; *cap.* VI, *v.* 1-3.

2°. Ex hostium conspiratione et incitatione mutua; 4, 5.

3°. Ex divino ad disperdendum promulgato mandato. 6-9.

II. Additis pro decreti justitia rationibus, quales sunt :

1°. Obduratio communis omni sexui et ætati, et hinc universim castiganda; 10-12.

2°. Avaritia sacerdotum et mendacitas pseudoprophetarum; 13-15.

3°. Malitia utriusque sceleris reluctans divinis monitionibus. 16, 17.

III. Adhibitis judicii solemnitatibus, scilicet

1°. Evocatis ad sententiam audiendam gentibus et orbe universo; 18, 19.

2°. Declaratis reis inobedientiæ et hypocrisis Judæis; 19, 20.

3°. Pronuntiata in hos sententia perditionis, ab hoste barbaro inferendæ. 21-23.

IV. Subnexis additionibus

1°. De consternatione, vastatione et luctu, hoc Judæorum fatum secuturis; 24-26.

2°. De contestata prophetæ hæc denuntiantis auctoritate; 27.

3°. De repetita exprobratione criminum, et reprobatione populi. 28-30.

### § III. SERMO TERTIUS POST RESTAURATUM A JOSIA TEMPLUM PRONUNTIATUS.

I°. *Præambulum ad sermonem :*

I. Notatio prophetiæ datæ. *Cap.* VII, *v.* 1.

II. Mandatum de statione ad ingressum templi capienda, et allocutione ad ingressuros facienda. 2.

III. Summarium hortationis et promissionis. 3.

II°. *Pars sermonis prior,* confutans Judæorum falsas securitatis præsumptiones; cujusmodi sunt :

I. Fiducia reposita in templo. 4. Hæc dissipatur, ostendendo

1°. Gratias templo promissas conjunctas intelligi cum frequentantium religione; 5-7.

2°. Easdem minime expectandas ab illius profanatoribus; 8-10.

3°. Pœnas his potius imminere certas, et exemplo simili jam præmonstratas; 11-15.

4°. Hanc judicii formulam sic a Deo decretam, ut nec prophetæ de justitia convicto fas sit intercedere. 16-20.

II. Spes capta a sacrificiis. Hæc eripitur, indicando

1°. Obedientiæ pretium a Deo haberi majus, quam victimarum ; 21-23.

2°. Inobedientiæ crimen apud Judæos hactenus fuisse commune et in præsens repetitum ; 24-28.

3°. Profanationem idololatricam, templo et viciniæ inductam, esse causam

1. Imperati prophetæ luctus ; 29-31.
2. Decreti vivis excidii ; 32-34.
3. Inferendæ mortuorum sepulcris et ossibus violationis ; *cap.* VIII, *v.* 1, 2.
4. Secuturæ residuorum desperationis. 3.

III. Persuasio concepta de facilitate veniæ, et declinatione pœnæ. Utraque eliditur

1°. Expostulatione de neglectu tempestivæ et necessariæ pœnitentiæ ; 4-7.

2°. Redargutione scribarum de præsumptione, vulgi de avaritia, pseudoprophetarum de falsa promissione pacis ; 8-12.

3°. Comminatione tolerandæ obsidionis et famis, frustrandæ eventu expectationis, inferendæ vastitatis ab hoste implacabili. 13-17.

III°. *Pars sermonis posterior,* convincens Judæos de certitudine et justitia pœnæ imminentis.

I. Certitudo exponitur

1°. Per luctum ipsius prophetæ,

1. Mœrorem ac stuporem interius, et causam ac eventum mali exterius sentientis ; 18-21.
2. Medelam populo, fletum oculis, absentiam a tristi spectaculo sibi exoptantis. 22 ; *cap.* IX, *v.* 1, 2.

2°. Per judicium Dei

1. Scelera populi plurima recensentis ; 3-6.
2. Pœnas his gravissimas decernentis. 7-11.

II. Justitia declaratur,

1°. Proposita quæstione de origine tanti mali ; 12.

2°. Designata legis violatione tanquam primaria causa. 13, 14.

3°. Decreta huic transgressioni respondente vindicta. 15, 16.

III. Utraque illustratur,

1°. Dato ad mulieres præficas planctum de hoc fato edituras mandato ; 17-19.

2°. Præstito per prophetam tristi hujus evocationis ministerio. 20-22.

IV°. *Peroratio sermonis,*

I. Instruens probos, gloriam non captandam ab humanis donis, sed a divinorum cognitione. 23, 24.

II. Præmonens malos, ultionem severam instare incircumcisis sive corpore, sive corde duntaxat. 25, 26.

## SECTIO II.

### PENTAS SERMONUM.

#### § I. SERMONES DUO INCERTÆ EPOCHÆ.

I°. *Sermo primus*

I. Postulans attentionem. *Cap.* x, *v.* 1.

II. Proponens auditoribus, fugiendos gentilium mores et ritus. 2.

III. Exponens, facta collatione,

1°. Idolorum vanitatem, idololitarum stupiditatem, et utrorumque vilitatem; 3-5, 8, 9, 14, 15.

2°. Dei veri magnitudinem, præcellentiam, vindicem justitiam, et formatricem rerum omnium potentiam. 6, 7, 10-13, 16.

IV. Subjungens mala hinc secutura, scilicet

1°. Occupationem urbis et deportationem incolarum; 17-18.

2°. Eversionem tabernaculi, et dispersionem sacrorum ministrorum cum plebe; 19-21.

3°. Vastitatem hostilem et omnimodam solitudinem. 22.

II°. *Sermo secundus*

I. Exorsus

1°. A legationis auctoritate et objecto; *cap.* xi, *v.* 1, 2.

2°. A denuntiatione maledictionis contra violatores legis, et promissione benedictionis erga observatores; 3-5.

3°. A commendatione observantiæ ejusdem, et reprehensione facti hactenus oppositi; 6-10.

4°. A comminatione ruinæ,

1. Per idololatriam commeritæ; 11-13.
2. Nec precibus prophetæ, nec populi sacrificiis avertendæ; 14, 15.
3. Priorem conditionem optimam in pessimam conversuræ. 16, 17.

II. Continuatus

1°. Expositione indignabunda insidiarum, a concivibus contra prophetam structarum; 18-20 (1).

(1) Hæc de Christo patiente SS. Patres, et omnium, ut ait Hieronymus, Ecclesiarum consensus interpretantur. Cf. S. *Justin*. Dial. cum Tryphone num. 72; *Tertull.* contr. Marcion. lib. 3. c. 19, lib. 4. c. 40, contr. Judæos c. 10; *Origen*. in Jeremiam Homil. 10. num. 1 (opp. t. 3. p. 182); *Dionys. Alexandr.* contr. Paul. Samosat. (Labb. collect. concil. t. 1. p. 866. C); S. *Cyprian*. Testim. contr. Judæos lib. 2. c. 15, 20; *Lactant*. Divin. Instit. lib. 4. c. 18; *Eusebium Cæsariens.* Demonstr. Evang. lib. 1. c. 10 (p. 36, 37); *Julium. Firmic. Matern.* de Errore Profan. Relig. num. 28 (Galland. t. 5. p. 86. A); S. *Athanas.* de Incarn. Verbi Dei num. 35 (opp. t. 1. part. 1ª. p. 61); S. *Cyrill. Hierosol.* Catech. 13. num. 19; S. *Ephræm* Com-

2°. Relatione vindictæ huic proditioni a Deo decretæ ; 21-23.

3°. Reverenti expostulatione cum Deo de improborum prosperitate, et proborum calamitate ; *cap.* XII, *v.* 1-3.

4°. Accepto et dato indicio

1. De prosperitatis inconstantia ; 4-6.
2. De probitatis immutatione ; 7-9.
3. De religionis eversione ; 10, 11.
4. De regionis per hostes et sterilitatem devastatione. 12, 13.

III. Absolutus,

1°. Intentato contra gentes inimicas æque ac Judæos supplicio ; 14.

2°. Promissa utrisque miseratione Dei, et restitutione ; 15.

3°. Pacta gentilibus, si fideles fiant, cooptatione in Ecclesiam ; si recusent, extirpatione. 16, 17.

§ II. SERMONES TRES EPOCHÆ PROBABILIS.

I°. *Sermo sub Jechonia*,

I. Expositorius futuri judicii,

1°. Per typum cinguli, quod propheta

1. Deo primum jubente induit; *cap.* XIII, *v.* 1, 2.
2. Ad mandatum Dei alterum juxta Euphratem abscondit, et putrefactum postea recipit. 3-7.

2°. Per explicationem typi divinitus datam, 8. qua

1. Reprehenditur superbia, obstinatio, et idololatria Judæorum; 9, 10.
2. Objicitur contempta ab iisdem Dei benevolentia. 11.

3°. Per allegoriam lagenæ

1. Fallaci sensu acceptam in bonum a Judæis ; 12.
2. Divinitus revelato sensu, in malum eorumdem explicatam a propheta. 13, 14.

II. Adhortatorius

1°. Popularium ad humilitatem et obedientiam, cum interminatione malorum obventurorum ; 15-17.

2°. Regis ac reginæ ad pœnitentiam, ob amissionem regni, exinanitionem urbium, et deportationem incolarum futuram. 18-20.

ment. in Jeremiam c. 11 (opp. Syr. Latin. t. 2. p. 122. A); S. *Gregor. Nyss.* Testim. adv. Judæos c. 6 (Galland. t. 6. p. 586. D), in Christi Resurr. (opp. t. 3. p. 384. A); S. *Ambros.* Præfat. in Psalm. 35. num. 8, Enarrat. in Psalm. 37. num. 34, Enarrat. in Psalm. 39. num. 16, de Fide lib. 4 c. 12. num 165; *Rufinum Aquileiens.* in Symbol. num. 22 (opp. p. 92); S. *Hieronym.* in Jeremiam lib. 2. c. 11 (opp. t. 4. p. 922), in Isaiam lib. 14. c. 53 (*ibid.* p. 617, 618); S. *Cyrill. Alexandr.* de Adorat. in Spiritu lib. 10, 11 et 17 (opp. t. 1. sect. 2a. p. 363. B, 409. C, 623. C); S. *Prosperum Aquitan.* de Promiss. et Prædict. Dei part. 3a. c. 21. num. 22; *Theodoretum* in Jeremiam c. 11 (opp t. 2. p. 184. D, 185); *Evagrium* Atterc. inter Theophil. Christ. et Simon. Judæum (Galland. t. 9. p. 253. D); S. *Fulgentium* ad Trasimundum lib. 1. c. 12 (opp. p. 79); S. *Gregorium M.* Moral. in Job. lib. 3. c. 15. num. 28, lib. 12. c. 4. num. 5; etc., etc.

III. Exprobratorius causarum datarum, quæ sunt :

1°. Communicatio confidentior cum infidelibus ; 21.

2°. Multiplicata iniquitas et impudentia ; 22.

3°. Obdurata impœnitentia. 23.

IV. Comminatorius

1°. Dispersionis meritæ per neglectum Dei et cultum idolorum ; 24, 25.

2°. Ignominiæ infamis, ortæ ex idololatria. 26, 27.

II°. *Sermo sub Josia,*

I. Prænuntius de siccitate Judææ futura, *cap.* XIV, *v.* 1.

1°. Molesta omni hominum conditioni ; 2-4.

2°. Perniciosa ipsis etiam animantibus. 5, 6.

II. Judiciarius, quo

1°. Propheta confitetur populi culpam, precatur indulgentiam, proposita Dei gloria et promissione ; 7-9.

2°. Deus decernit pœnam, declaratque decreti immutabilitatem ; 10-13.

3°. Propheta, excusationis loco, transfert culpam in pseudoprophetas ; 13.

4°. Deus excipiens

1. Damnat quidem pseudoprophetas ob data de contrario exitio vaticinia mendacia ; 14, 15.

2. Prædicit tamen populo illis adhærenti communionem cladis luctu plenissimæ. 16-18.

5°. Propheta instans

1. Conqueritur de immutabilitate pœnæ ; 19.

2. Confitetur peccatum ; 20.

3. Deprecatur veniam, proposita Dei gloria. 21, 22.

6°. Deus definiens

1. Renuit audire intercessores ; *cap.* XV, *v.* 1.

2. Constituit excidium et varios illius modos ; 2-4.

3. Defendit decreti hujus æquitatem ; 5, 6.

4. Denuntiat instantes reliquiis calamitates. 7-9.

III. Pactitius, quo.

1°. Propheta conqueritur de difficultate muneris, rixas et maledicta sibi relaturi. 10.

2°. Deus spondet

1. Prophetæ securitatem ; 11, 12.

2. Prophetiæ eventus certitudinem. 13, 14.

3°. Propheta, proposito tum fidei tum obedientiæ Deo præstitæ documento, postulat et sui tutelam et vaticiniorum veritatem. 15-18.

4°. Deus, perstricta leviter diffidentia prophetæ, pollicetur

1. Posterius, cum fructu etiam in populum redundaturo : 19.

2. Prius, cum victoria de inimicis referenda. 20, 21.

III°. *Sermo sub Sellum,* cap. XVI, v. 1.

I. Prohibens prophetam,

1°. Ne jungatur matrimonio, ob imminentia matribus et prolibus mala gravissima ; 2-4.

2°. Ne lugeat mortuos, ob impedienda mortuorum funeralia; 5-7.
3°. Ne intersit conviviis, ob auferendam omnem lætitiæ materiam. 8, 9.

II. Respondens ad querulas populi expostulationes : 10. ubi
1°. Designantur tanquam causæ facta parentum mala et filiorum pejora; 11, 12.
2°. Intentatur exilium depravatis; 13.
3°. Promittitur reductio emendatis; 14, 15.
4°. Aggravatur comminatio contra priores; 16-18.
5°. Amplificatur promissio facta posterioribus, communicata cum gentibus; 19-21 (1).
6°. Repetitur memoria malefactorum a parentibus, et comminatio exilii in filios parentum imitatores. *Cap.* XVII, *v.* 1-4.

III. Exponens
1°. Decretum Dei,
1. Maledicentis confisos in carne; 5, 6.
2. Benedicentis confisos in Deo; 7, 8.
3. Inspicientis corda hominum, et secundum merita tribuentis. 9-12.
2°. Preces prophetæ,
1. Veritatem dictorum agnoscentis; 13.
2. Spem suam contra irrisores in Deo positam contestantis; 14-16.
3. Auxilium contra persecutores postulantis. 17, 18.
3°. Mandatum de sanctificando sabbato,
1. Datum a Deo, 19, 20.
2. Promulgatum a propheta, 21, 22.
3. Neglectum et violatum a populo, 23.
4. Repetitum a Deo, additis ad observatores promissionibus et in violatores minis. 24-27.

(1) Cf. *Origen.* in Jerem. Homil. 16. num. 7-9 (opp. t. 3. p. 233. C, 234), Comment. in. Epist. ad Rom. lib. 1. num. 4 (opp. t. 4. part. 1a. p. 465. col. 2. A); S. *Ephræm* Comment. in Jerem. c. 16 (opp. Syr. Latin. t. 2. p. 129. B); S. *Joann. Chrysost.* in illud : In principio erat Verbum, num. 2 (opp. t. 12, p. 419. A); S. *Hieronym.* in Jeremiam lib. 3. c. 16 (opp. t. 4. p. 954-956), in Isaiam lib. 14. c. 52 (*ibid.* p. 610); S. *Augustinum* de Utilitat. jejunii c. 9. num. 11, de Civit. Dei lib. 18. c. 33. num. 1, Serm. 58. num. 2 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 1. p. 118); S. *Cyrill. Alexandr.* in Lucam c. 5 (*ibid.* t. 2. p. 168); S. *Prosper. Aquitan.* de Promiss. et Prædict. Dei part. 3a. c. 12. num. 13; S. *Patritium* Confession. Explic. num. 17 (Galland. t. 10. p. 162. D); etc., etc.

# PARS II.

## SERMONES PROPHETICO-HISTORICI AD POPULUM JUDAICUM.

—

## SECTIO I.

### HEPTAS SERMONUM.

#### § I. SERMONES DUO ANTE CAPTIVITATEM.

I°. *Sermo prior ante captivitatem*, quo
- I. Proponitur typus,
  - 1°. Deo prophetam ad figuli domum mittente; *cap.* XVIII, *v.* 1, 2.
  - 2°. Propheta mandatum exequente; 3.
  - 3°. Figulo vas alterum perdente, alterum formante. 4.
- II. Fit accommodatio typi
  - 1°. Per thesin a Deo expositam; 5, 6.
  - 2°. Per amplificationem ab eodem additam, de sua ad perdendum vel servandum parata potentia; 7-10.
  - 3°. Per hypothesin ad Judæos applicatam; 11, 12. quorum
    - 1. Improbitatem convincit exemplo et similitudine; 13-15.
    - 2. Contumaciam terret judicio. 16, 17.
- III. Notatur sequela, hoc est offensa Judæorum, hinc contra prophetam conspirantium. 18.
- IV. Subjicitur oratio prophetæ
  - 1°. Ad Deum, pro discernenda se inter ac Judæos, causa provocantis; 19.
  - 2°. Suam contra illos æquissimam conditionem probantis; 20.
  - 3°. Interitum iisdem et vindictam a Deo imprecantis. 21-23.

II°. *Sermo alter*, quo
- I. Datur a Deo prophetæ
  - 1°. Mandatum, assumpta laguncula, egrediendi in vallem Ennom; *cap.* XIX, *v.* 1, 2.
  - 2°. Instructio de prædicendis urbi et populo malis internecinis, in idololatriæ commissæ pœnam; 3-9.
  - 3°. Negotium confringendi lagunculam, et addendi tristem hujus typi explicationem. 10-13.
- II. Narratur
  - 1°. Executio mandati facta a propheta, progresso ad atrium templi, ibidemque vaticinato impendentes obstinationi pœnas; 14, 15.
  - 2°. Injuria verberum et carceris eidem a Phassur illata; *cap.* XX, *v.* 1, 2.
  - 3°. Libertas prophetæ a Phassur, et huic ab illo denuntiatio divini judicii altero die reddita. 3-6.
- III. Solvitur propheta

1°. In querelas de muneris sui difficultate, et auditorum repugnantia; 7-10.

2°. In contestationem fiduciæ de Dei auxilio, et certitudinis de vindicta contra adversarios; 11, 12.

3°. In laudem Dei, ob spem liberationis per eum obtinendæ; 13.

4°. In exaggeratos affectus tristitiæ de calamitatibus perferendis conceptæ; 14-17.

§ II. SERMONES DUO POST CAPTIVITATEM ALTERAM.

I°. *Sermo tempore posterior.*

I. Legatio missa a Sedecia ad prophetam describitur,

1°. Nominatis legatis; *cap.* XXI, *v.* 1.

2°. Relato argumento, rogante prophetam, ut Deum de susceptæ a Nabuchodonosore invasionis eventu consulat. 2.

II. Responsum prophetæ, nomine Dei legatis datum, 3, 4.

1°. Prædicens calamitates

1. Tempore obsidionis urbi obventuras; 4-6.
2. Expugnata urbe regem et incolas oppressuras. 7.

2°. Suggerens consilium

1. Populo, de urbe dedenda ad servandam vitam; 9, 10.
2. Regi et familiæ, de justitia colenda; 11, 12.
3. Hierosolymæ, de deponenda vana confidentia. 13, 14.

III. Legatio prophetæ, missi a Deo ad regem. *Cap.* XXII, *v.* 1, 2. Cujus

1°. Argumentum complectitur

1. Mandata et interdicta; 3.
2. Promissa et commoda; 4.
3. Minas et mala. 5-10.

2°. Confirmatio desumitur

1. Ex facta deportatione et morte Joachaz; 11-12.
2. Ex ignominioso interitu, patrata a Joakimo contra Deum ac proximum scelera secuto; 13-23.
3. Ex edita tum in Joakimum tum in ejusdem stirpem sententia exauctorationis. 24-30.

IV. Denuntiatio ejusdem legati, directa

1°. Ad præfectos et magistratus,

1. Minax pœnarum; *cap.* XXIII, *v.* 1, 2.
2. Ferax promissionum, de instauratione Ecclesiæ per prædicatores Evangelii et Christum pastorem. 3-8 (1).

(1) Cf. *Eusebium Cæsariens.* Demonstr. Evang. lib. 7 (p. 357); S. *Hilar. Pictav.* Tract. in Psalm. 131. num. 1; S. *Ephræm* Comment. in Jeremiam c. 23 (opp. Syr. Latin. t. 2. p. 137. B); S. *Hieronym.* Comment. in Jeremiam lib. 4. c. 23 (opp. t. 4. p. 997-999); S. *Augustinum* de Civit. Dei lib. 18. c. 33. num. 1; S *Cyrillum Alexandr.* Glaphyr. in Genesim lib. 5 (opp. t. 1. p. 165); *Theodoretum* in Jeremiam c. 23 (opp. t. 2. p. 210. C, 211); etc., etc.

2°. Ad pseudoprophetas,
1. Querula de malis eorum affectibus; 9-12.
2. Commonitoria de indignitate, pœna, et falsitate jactatorum ab iisdem oraculorum ; 13-24.
3. Exprobratoria de mendaci somniorum, velut a Deo immissórum, illusione. 25-32.
3°. Ad populum,
1. Terrens irrisores prophetiarum, sub nomine oneris Domini propositarum; 33-34.
2. Monens abstinere ab impio sarcasmo; 35-37.
3. Intentans extremam perniciem violaturis hoc monitum. 38-40.

II° *Sermo tempore prior.*

I. Narratio prophetica

1°. Notat tempus, quo data est visio symboli, scilicet annum abducti Jechoniæ; *cap.* XXIV, *v.* 1.
2°. Repræsentat calathos, alterum bonis, alterum malis ficubus plenos ; 2.
3°. Declarat visionem hanc a propheta rite observatam. 3.

II. Expositio divina, 4

1°. Altera promissionis erga pios deportatos et postea recreandos; 5-7.
2°. Altera comminationis contra impios ultra deportationem malis excruciandos. 8-10.

§ III. SERMONES TRES POST CAPTIVITATEM PRIMAM.

I°. *Sermo habitus anno Joakimi quarto.*

I. Inscriptio designat

1°. Tempus factæ revelationis; *cap.* XXV, *v.* 1.
2°. Concionem auditorum. 2.

II. Argumentum dictionis

1°. Accusat diuturnam Judæorum resistentiam contra sua aliorumque prophetarum monita ; 3-7.
2°. Comminatur imminentem hinc iisdem ac finitimis acerbissimam castigationem, et septuaginta annorum captivitatem ; 8-12.
3°. Addit secuturas etiam contra castigationis hujus ministros afflictiones. 13, 14.

III. Argumentum actionis :

1°. Præcipit Deus accipere poculum furoris proponendum gentibus omnibus. 15, 16.
2°. Exequitur propheta præceptum, universim indicatis et speciatim recensitis populis ; 17-26.
3°. Instruitur idem, quid facere ac dicere renuentibus debeat. 27-29.

IV. Conclusio utriusque

1°. Injicit terrorem stupendum ; 30, 31.
2°. Decernit stragem horrendam; 32-35.
3°. Describit luctum funestum. 36-38.

II°. *Sermo enarrans factum sub annum Joakimi primum.*

I. Occasio facti, seu legatio prophetæ

1°. Imposita a Deo, adscripta temporis epocha; *cap.* XXVI, *v.* 1.

2°. Complet mandatum,

1. Quid et quo fine sit prophetæ agendum; 2, 3.

2. Quid et sub qua comminatione sit dicendum. 4-6.

3°. Executioni per prophetam data; 7.

4°. Inique a sacerdotibus et popularibus, manus in prophetam injicientibus et mortem machinantibus, accepta. 8, 9.

II. Progressio facti, seu actio judicialis,

1°. Sacerdotibus et pseudoprophetis captum Jeremiam ad principes deferentibus, et ad mortem postulantibus; 10, 11.

2°. Propheta causam suam perorante, narratione rei data, et adjunctis tum promissionibus tum comminationibus; 12-15.

3°. Principibus et populo æquitatem defensionis agnoscentibus; 16.

4°. Senioribus etiam quibusdam hanc sententiam facto Ezechiæ confirmantibus; 17-19.

5°. Aliis autem, facto Joakimi opposito, contra excipientibus. 20-23.

III°. *Sermo revelatus anno primo Joakimi, sed pertinens ad regnum Sedeciæ.*

I. Tempus factæ revelationis. *Cap.* XXVII, *v.* 1.

II. Argumentum datæ revelationis

1°. Proponit mandatum divinum de faciendis, assumendis, et transmittendis ad vicinos reges et Sedeciam vinculis; 2, 3.

2°. Exponit per nuntios vinculorum translatores, 4.

1. Creatricem Dei potentiam, et jus supremum in creata omnia; 5.

2. Decretum divinum de conferendo Nabuchodonosori et ejus posteritati imperio super eorum regna; 6, 7.

3°. Constitutum gentibus huic decreto reluctaturis excidium. 8.

III. Monitum communicatæ revelationi adjectum,

1°. Universim pro gentibus,

1. Ne credant pseudoprophetis aliud suasuris; 9, 10.

2. Ut submittant se huic imperio, certæ de sua prosperitate; 11.

2°. Singulariter pro Sedecia,

1. Ut subjectionem præstet, alias periturus cum populo; 12, 13.

2. Ne prophetis contradicturis, utpote mendacibus nec a Deo missis, adhibeat fidem. 14, 15.

3°. Speciatim pro sacerdotibus et populo,

1. Ut inde interdictum et mandatum observent; 16, 17.

2. Ne pseudoprophetarum promissioni de vasis sacris a Babylone referendis confidant; cum potius relicta adhuc Hierosolymæ sacra supellex omnis illuc sit transferenda. 18-22.

## SECTIO II.

### OCTAS SERMONUM.

#### § I. SERMÒNES DUO POLEMICI.

**I°. *Controversia verbalis.***

I. Notatio temporis, loci, et personarum. *Cap.* XXVIII, *v.* 1.

II. Assertio Hananiæ,

1°. Prædicens solutionem captivitatis ; 2.
2°. Definiens hujus eventus tempus proximum ; 3.
3°. Promittens reditum captivorum in patriam. 4.

III. Oppositio prophetæ,

1°. Consignata ab adjunctis ; 5.
2°. Cœpta cum voto, prædictioni illudente ; 6, 7.
3°. Abrupta effato, prophetas ab eventu discernendos docente. 8, 9.

IV. Instantia Hananiæ,

1°. Symbolum prædictæ captivitatis catenam de Jeremiæ collo tollentis et confringentis ; 10.
2°. Prædictionem superiorem repetentis. 11.

V. Variatio prophetæ,

1°. Hinc alio discedentis ; 12.
2°. Nuntia a Deo nova et acerbiora accipientis ; 13, 14.
3°. Eadem ad Hananiam deferentis. 15, 16.

VI. Mors Hananiæ secundum prædictionem secuta. 17.

**II°. *Controversia epistolaris.***

I. Præfatio epistolæ

1°. Scriptæ a propheta ad reliquias abductorum in captivitatem cum Jechonia ; *cap.* XXIX, *v.* 1, 2.
2°. Missæ per nuntios a Sedecia Babylonem legatos. 3.

II. Argumentum epistolæ commune ad omnes Babylonem abductos, 4.

1°. Præcipiens compositionem omnium pro diuturna Babylonis inhabitatione, et studium pacis ; 5-7.
2°. Monens, cavendum a prophetis alia suasuris ; 8, 9.
3°. Affirmans certam post septuaginta annos liberationem, precibus et prophetiis correspondentem ; 10-15.
4°. Exaggerans mala residuis adhuc in Jerusalem regi ac civibus, ob contumaciam, impendentia ; 16-19.
5°. Repetens monitionem ad obediendum datam. 20.

III. Argumentum singulare, pertinens

1°. Ad Achab et Sedeciam pseudoprophetas, quibus ob mendacia et scelera judicium terribile prædicitur. 21-23.

2°. Ad Semeiam, 24.

1. Cujus epistola Hierosolymam missa, pro Jeremia ob prophetiam superiorem vinciendo data, et ibidem per Sophoniam prælecta refertur; 25-29.
2. Cui, jubente Deo, per nuntium Babylonem missum a Jeremia, exprobratur mendacium, et ob hoc denuntiatur supplicium, ad posteritatem ejus etiam transgressurum. 30-32.

### § II. SERMO UNICUS PROPHETICUS.

I°. *Apparatus prophetiæ :*

I. Mandatum Dei ad prophetam de conscribendis uno in libro sermonibus divinis. *Cap.* XXX, *v.* 2.

II. Ratio mandati, et argumentum vaticinii de reductione exulum. 3.

III. Testificatio sermonis a Deo profecti. 4.

II°. *Prophetia pertinens ad Synagogam*

I. Exponit

1°. Præsentem populi statum luctuosum; 5-7.

2°. Futuram, Deo operante, in melius conversionem. 8-11.

II. Amplificat expositionem factam,

1°. Vindicando Dei justitiam in præsentibus calamitatibus; 12-15.

2°. Ostendendo ejusdem misericordiam in reddenda oppressoribus vindicta, et oppressis libertate, amplitudine ac gloria; 16-22.

3°. Cavendo, ne improbi promissionem hanc sibi factam existiment. 23, 24.

III°. *Prophetia pertinens ad Ecclesiam*

I. Proponit divinam beneficentiam,

1°. Erga Israelitas,

1. Contestatam antiquitus; *cap.* XXXI, *v.* 1-3.
2. Promissam uberius; 4-6.
3. Auctam jucundius. 7-9.

2°. Erga gentiles,

1. Evocatos ad communem lætitiam; 10, 11.
2. Admissos ad participandam affluentiam; 12-14.
3. Confirmatos spe mercedis ex perpessionibus capiendæ. 15-17 (1).

(1) Cf. *Matth.* II, 18; S. *Justin.* Dial. cum Tryph. num. 78; S. *Hilarium* in Matth. c. 1. num. 7; S. *Ephræm* Comment. in Jerem. c. 31 (opp. Syr. Latin. t. 2. p. 141. B); S. *Joann. Chrysost.* contr. Judæos ac Gentiles num. 3 (opp. t. 1. p. 561. E, 562 A), in Joann. Homil. 13 (alias, 12), num. 1 (opp. t. 8. p. 73. A); S. *Hieronymum* in Jeremiam lib. 6. c. 31 (opp. t. 4. p. 1064, 1065); S. *Augustin.* Serm. 151. num. 1 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 1. p. 342); S. *Cyrill. Alexandr.* Comment. in Zachariam c. 14. § 107 (opp. t. 3. p. 805. D); S *Prosperum. Aquitanum* de Promiss. et Prædict. Dei part. 3a. c. 9. num. 10; *Theodoretum* in Jeremiam c. 31 (opp. t. 2. p. 227. B); etc., etc.

3°. Erga fideles,

1. Conversos ad pœnitentiam; 18, 19.

2. Expertos Dei miserationem; 20, 21.

3. Excitatos novo miraculo ad continentiam. 22 (1).

II. Illustrat propositionem factam, recensendo promissa divina

1°. De danda libertate, tranquillitate vitæ, et rerum affluentia; 23-27.

2°. De reddenda omnibus secundum propria merita justitia; 28-30.

3°. De feriendo novo fœdere, et lege cordibus omnium inscribenda. 31-34 (2).

III. Confirmat promissiones datas,

(1) Cf. S. *Athanas.* Expos. Fidei num. 3 (opp. t. 1. part. 1ª. p. 80), Serm. maj. de Fide num. 22 (*ibid.* t. 3. p. 8); S. *Hieronym.* in Jeremiam lib. 6. c. 31 (opp. t. 4. p. 1069); S *Augustinum* Serm. 119 in Append. (alias, de Temp. 9), num. 3, Serm. 194. in Append. (alias, de Sanctis 13), num. 3; S. *Gregorium M.* Expos. in I Regum lib. 1. c. 1. num. 1; etc., etc.

(2) Cf. Hebr. VIII, 6-13. et X, 15-18; S. *Justin.* Dial. cum Tryphone num. 11; S. *Irenæum* contr. Hæres. lib. 4. c. 9. num. 1; *Clement. Alexandr.* Stromat. lib. 6 (opp. p. 686), et Cohortat. ad Gentes (*ibid.* p. 71. B); *Tertull.* contr. in Marcion. lib. 1. c. 20, lib. 4, c. 1, et contr. Judæos c. 3; *Origen.* Comment. Matth. t. 16. num. 10 (opp. t. 3. p. 730. A), Comment. in Epist. ad Rom. lib. 8. num. 12 (opp. t. 4. part. 1ª. p. 639. col. 2. C, D. 640); S. *Cyprian.* Testim. adv. Judæos lib. 1. c. 11; *Lactant.* Divin. Instit. lib. 4. c. 20; *Eusebium Cæsariens.* Demonstr. Evang. lib. 1. c. 4 (p. 7, 8), c. 6 (p. 21, 22), Comment. in Psalm. 77 (Montfauc. nov. collect. Patrum t. 1. p. 463. B); S. *Athanas.* Expos. in Psalm. 39 (opp. t. 1. part. 2ª. p. 849. A); S. *Optat. Milevit.* de Schism. Donatist. Segment. 1 (Galland. t. 5. p. 505. C); S *Ephræm* Comment. in Jerem. c. 31 (opp. Syr. Latin. t. 2. p. 141. F, 142); S. *Gregor. Nyss.* Testim. adv. Judæos c. 11 (Galland. t. 6. p. 588. B); S. *Joann. Chrysost.* de Pœnit. Homil. 6. num. 4 (opp. t. 2. p. 384. D, 385), de Verbis Apostoli Homil. 2. num. 4 (*ibid.* t. 3. p. 272. A), in Psalm. 46. num. 6 (*ibid.* t. 5. p. 196. A), in Isaiam c. 2. num. 4 (*ibid.* t. 6. p. 23. B), de Eleazaro Homil. 11. num. 3 (*ibid.* t. 12. p. 397. E, 398, 399); S. *Macarium Ægypt.* Homil. 47. num. 3 (Galland. t. 7. p. 148. B); S. *Chromatium Aquileiens.* in Matthæum Tract. 2. num. 1 (Galland. t. 8. p. 335. B); S. *Hieronym.* in Jeremiam lib. 6. c. 31 (opp. t. 4. p. 1072, 1073), in Isaiam lib. 14. c. 41 (*ibid.* p. 589, 590), contr. Jovinianum lib. 2. num. 27 (*ibid.* t. 2. p. 367, 368), Epist. 12 (alias, 29), num. 14; S. *Augustinum* Serm. 25 (alias, de Diversis 19), c. 1. num. 1, Serm. 212 (alias, de Diversis 75), num 2, de Civit. Dei lib. 18. c. 33. num. 1, lib. de Spiritu et littera c. 19-25; S. *Cyrill. Alexandr.* Glaphyr. in Genesim lib. 2 (opp. t. 1. p. 53), in Oseam (*ibid.* t. 3. p. 45), de Festis Paschalibus Homil. 5 (*ibid.* t. 5. part. 2ª. sect. 1ª p. 52), de Sanct. et Vivifica Trinit. c. 7 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 2. p. 6), in II Epist. ad Corinth. c. 2 (*ibid.* t. 3. part. latin. p. 59); S. *Leonem M.* Serm. 95. c. 1; S *Prosperum Aquitan.* de Vocat. gentium lib. 1. c. 9 (opp. p. 858, 859), de Promiss. et Prædict. Dei part. 3ª. c. 33. num. 34; *Theodoret.* in Jeremiam c. 31 (opp. t. 2. p. 229. C, 230), in Ezechiel. c. 16 (*ibid.* p. 388. C), Hæretic. Fabular. lib. 5. c. 17 (*ibid.* t. 4. p. 290); *Zacchæum* Consultat. lib. 2. c. 7 (Galland. t. 9. p. 227); *Evagrium* Altercat. inter Theophil. Christ. et Simonem Judæum (*ibid.* p. 523. C); S. *Fulgentium* Epist. 14, ad Ferrandum num. 46, (opp. p. 267), Epist. 17, ad Petrum c. 25. num. 49 et c. 27. num. 53 (opp. p. 314 316); etc., etc.

1°. Asserendo potius mutandum naturæ ordinem, quam fidem datam; 35-37.
2°. Prædicendo ampliandam Hierosolymam ultra terminos priores. 38-40.

§ III. SERMONES TRES PARTIM HISTORICI, PARTIM PROPHETICI.

I°. *Sermo historicus.*

I. Narratio prævia

1°. Consignans annum Sedeciæ et Nabuchodonosoris; *cap.* XXXII, *v.* 1.
2°. Præmittens obsidionem Hierosolymæ, et detentionem prophetæ in carcere; 2.
3°. Subjiciens causam detentionis, hoc est vaticinium de capienda urbe et deducendo rege Babylonem. 3-5.

II. Relatio historica

1°. De præcepto prophetæ divinitus dato, emendi agrum offerendum; 6, 7.
2°. De oblatione agri, contractu inito, et solemnitatibus adjunctis; 8-11.
3°. De contractus instrumento, custodiæ Baruch tradito, et addito divino oraculo. 12-15.

III. Oratio prophetæ

1°. Celebrantis divinam potentiam, misericordiam et justitiam, sapientiam et providentiam; 16-19.
2°. Referentis Hebræorum eductionem ex Ægypto, et immissionem in Palæstinam; 20-22.
3°. Agnoscentis eorumdem inobedientiam et hinc secula mala ac præsentem urbis obsidionem; 23, 24.
4°. Mirantis de mandato emptionis nihilominus dato. 25.

IV. Responsum divinum

1°. Præmittens declarationem summæ suæ potestatis ac potentiæ; 26, 27.
2°. Vindicans justitiam sui de tradenda urbe decreti, facta scelerum a populo commissorum expositione; 28-36.
3°. Spondens misericordiam
1. Declarandam maxime tempore Evangelii; 37-41.
2. Præcipiendam etiam tempore captivitatis Babylonicæ. 42-44.

II°. *Sermo propheticus:*

I. Præfatio

1°. De statu prophetæ vaticinium accipientis; *cap.* XXXIII, *v.* 1.
2°. De postulatione Dei, prophetam ad preces excitantis; 2, 3.
3°. De conditione urbis, subjectum prædictioni præbentis. 4, 5.

II. Prædictio

1°. Restitutionis in statum pristinum; 6, 7.
2°. Liberationis a peccato, et gratiæ; 8, 9.
3°. Gaudii communis, et benedictionis Deo redditæ; 10.
4°. Prosperitatis et abundantiæ. 12, 13.

III. Promissio

1°. Christi auctoris justitiæ et pacis; 14-16.

2°. Regni et sacerdotii sempiterni. 17, 18.

IV. Confirmatio utriusque,

1°. Facta per modum fœderis inviolabilis; 19-22.

2°. Impetita sarcasmo dubitantium; 23, 24.

3°. Roborata exemplo ordinis naturalis nunquam violando. 25, 26.

III°. *Sermo prophetico-historicus*,

I. Concernens regem,

1°. Commissus Prophetæ sub obsidionem urbis; *cap.* XXXIV, *v.* 1.

2°. Complexus vaticinium de expugnatione Hierosolymæ, captivitate et morte naturali Sedeciæ; 2-5.

3°. Delatus ad regem eodem tempore. 6, 7.

II. Concernens populum,

1°. Præsupponens factum

1. Regis suadentis, ut domini servos Hebræos dimittant liberos; 8, 9.

2. Civium, rem suasam mox præstantium, post rescindentium; 10, 11.

2°. Exprobrans pacti hujus, antiquitus imperati et recens acceptati, violationem improbam; 12-16.

3°. Denuntians dimissionem eorumdem e divina tutela, et extremam perniciem. 17-20.

III. Concernens utrumque,

1°. Regem quidem et principes, quibus prædicitur captivitas; 21.

2°. Cives et subditos autem, quorum urbibus prænuntiatur exustio et vastitas. 22.

## § IV. APPENDIX SERMONUM DUORUM DISPARATORUM.

I°. *Sermo de Rechabitis.*

I. Narratio historica:

1°. Mandatum divinum prophetæ datum, de Rechabitis in templum deducendis, et ad vini potum incitandis; *cap.* XXXV, *v.* 1, 2.

2°. Deductio hæc et oblatio per prophetam facta; 3-4.

3°. Repulsa a Rechabitis data, hujusque ratio ex paterno instituto reddita; 6-10.

4°. Explicatio ab iisdem addita de capta præter morem habitatione in urbe. 11.

II. Accommodatio historiæ, imperante Deo, per prophetam facta, 12.

1°. Ad exprobrationem inobedientiæ erga Deum, exaggeratam a collatione obedientiæ Rechabitarum patri præstitæ; 13-16.

2°. Ad denuntiationem pœnæ inobedientibus a Deo immittendæ, cum opposita promissione benedictionis Rechabitis homini obedientibus concedendæ. 17-19.

## II°. *Sermo de fatis libri prophetici.*

### I. Conscriptio libri

1°. Imperata a Deo sub annum quartum Joakimi ; *cap.* XXXVI, *v.* 1, 2.
2°. Destinata ad conversionem et salutem populi ; 3.
3°. Confecta dictante Jeremia, et scribente Baruch. 4.

### II. Publicatio libri

1°. Commissa Baruch a Jeremia fugiente publicum ; 5, 6.
2°. Intenta emendationi et conservationi auditorum ; 7.
3°. Peracta anno prædicto, in domo Domini, audiente omni populo. 8-10.

### III. Examen libri,

1°. Denuntiante istum Michæa ; 11-13.
2°. Suscipiente illud senatu regio ; 14-16.
3°. Insequente auctorem et scribam periculo. 17-19.

### IV. Judicium libri

1°. Excitatum a delatoribus ; 20.
2°. Inchoatum afferente librum et legente Judi; auscultantibus rege ad focum sedente, et principibus pone adstantibus ; 21, 22.
3°. Consummatum rege illum discindente et in ignem projiciente ; 23.
4°. Exceptum sine doloris sensu a pluribus, cum improbatione a tribus ; 24, 25.
5°. Extensum ad auctorem et scribam, sed effectu per Deum impedito. 26.

### V. Renovatio libri

1°. Demandata prophetæ a Deo ; 27, 28.
2°. Vindicata contra facinus regium vaticinio tristiori denuntiato ; 29, 31.
3°. Confecta sermonibus prioribus repetitis, et novis adjectis. 32.

# PARS III.

## NARRATIO HISTORICA DE FATIS JEREMIÆ, HIEROSOLYMÆ, ET RELIQUIARUM POPULI.

—

## SECTIO I.

### FATA JEREMIÆ.

I°. *Sub annos regnantis Sedeciæ priores.*

Universim notatur regis et populi inobedientia adversus Deum et prophetam. *Cap.* XXXVII, *v.* 1, 2.

II°. *Sub annum regni decimum.*

I. Oraculum prophetæ

1°. Redditum ad preces a rege postulatas; 3.

2°. Editum occasione incursus Ægyptiorum nuntiati, et obsidionis a Chaldæis suspensæ; 4, 5.

3°. Complexum prædictiones

1. De frustrando Ægyptiorum auxilio, et resumenda a Chaldæis obsidione; 6, 7.

2. De Hierosolyma ab his certo evertenda. 8, 9.

II. Egressus ex urbe

1°. A propheta, post solutam obsidionem, rei hæreditariæ causa susceptus; 10, 11.

2°. A custode portæ impeditus, et transfugii ad hostes insimulatus; 12, 13.

3°. A principibus mulctatus verberibus et carceris ærumnis. 14, 15.

III. Colloquium

1°. A rege clam curatum, et interrogatione cœptum; 16.

2°. A propheta repetito oraculo susceptum, querula expostulatione continuatum, insultatione in pseudoprophetas promotum, deprecatione carceris tolerabilioris finitum. 17-19.

IV. Conditio mutata, translato ex severiori carcere ad mitiorem custodiam propheta. 20.

III°. *Sub annum regni undecimum.*

I. Causa nova prophetæ

1°. Orta ex repetitis ad populum de urbis excidio et incolarum interitu prædictionibus; *cap.* XXXVIII, *v.* 1-3.

2°. Delata ad regem a principibus prophetam accusantibus, et ad mortem postulantibus; 4.

3°. Permissa a rege accusatorum arbitrio; 5.

4°. Finita ab his, dejecto in foveam cœnosam propheta. 6.

II. Exemptio e carcere

1°. Proposita regi ab Abdemelech, tanquam debita innocenti alias perituro; 7-9.

2°. Concessa et demandata huic ab illo ; 10.

3°. Operi data, et præmissis pro successus indemnitate cautelis peracta. 11-13.

III. Consultatio habita,

1°. Rege opportunitatem parante, et prophetam hæsitantem urgente ad veritatem aperte dicendam, atque interposito jurejurando confirmante; 14-16.

2°. Propheta salutem regi, si se dediderit; interitum, si renuerit, præsagiente ; 17, 18.

3°. Rege proditionis periculum causante ; 19.

4°. Propheta suspicionem diluente, iterato egressum suadente, neglecti consilii damna et ludibria prænuntiante. 20-23.

IV. Subsequentia:

1°. Rex mandat occultationem colloquii, præscripto ad curiosos eludendos responso. 24-26.

2°. Inquisitores, propheta secundum præscriptum respondente, nil resciunt et quiescunt. 27.

3°. Jeremias moratur in custodia, usque ad occupationem urbis. 28.

## SECTIO II.

### FATA HIEROSOLYMÆ ET INCOLARUM.

I°. *Urbs*, ab anno Sedeciæ nono obsessa, anno undecimo capta, occupatur a Babyloniæ principibus. *Cap.* XXXIX, *v.* 1-3.

II°. *Rex*, cum præsidio nocturna fuga elapsus, ab insecutis Chaldæis retractus, jubente Nabuchodonosore, spectata internecione familiæ suæ et aulæ, privatur ipse oculis et vinctus Babylonem mittitur. 4-7.

III°. *Domus* regiæ et privatæ incenduntur, muris etiam urbis eversis. 8.

IV°. *Populus*, quoad partem nobiliorem, transfertur in Chaldæam, quoad partem viliorem, permittitur incolere Judæam. 9, 10.

V°. *Jeremias* libertati redditur,

I. Mandante Nabuchodonosore; 11, 12.

II. Exequente Nabuzardan ; 13, 14.

III. Correspondente eventu cum prophetia, ad Abdemelech olim relata. 15-17.

## SECTIO III.

### FATA RELIQUIARUM POPULI.

**I°. *Sub commorationem in Judæa.***

I. Jeremiæ statio,

1°. Per errorem mota ex Jerusalem in Rama ; *cap.* XL, *v.* 1.

2°. Optioni permissa prophetæ a communi pœna excepto, et libertati restituto ; 2-4.

3°. Delecta Hierosolymæ, et muneribus aucta. 5, 6.

II. Godoliæ præfectura,

1°. Aggregatione dispersorum per Judæam facta recognoscitur ; 7, 8.

2°. Confœderatione de fide Chaldæis præstanda et possessione bonorum recipienda firmatur ; 9, 10.

3°. Accessione reducum e terris alienis augetur. 11, 12.

III. Ismaelis facinus,

1°. A Johanan monente apertum, a Godolia minus credulo non impeditum ; 13-16.

2°. Sub convivium in Maspha, adjuncta præsentium Judæorum et Chaldæorum cæde, perpetratum. *Cap.* XLI, *v.* 1-3.

3°. Contra viros octoginta sacrificii causa peregrinatos et proditore inductos extensum : 4-7.

1. Decem exemptis, qui thesauros sibi esse dixerant ; 8.

2. Occisorum cadaveribus in lacum demersis; 9.

4°. Captis Maspha incolis et secum ad Ammonitas transferendis, consummatum. 10.

IV. Johanani virtus

1°. Generosa in persecutione raptoris ; 11, 12.

2°. Felix in liberatione captorum ; 13.

3°. Gloriosa in reductione liberatorum, et depulsione Ismaelis. 14, 15.

**II°. *Sub migrationem in Ægyptum.***

I. Consilium de ea

1°. Primo motu initum ; 16, 17.

2°. Ex timore Chaldæorum susceptum ; 18.

3°. Cum Jeremia dein communicatum; *cap.* XLII, *v.* 1, 2.

4°. Divinæ, per oraculum interventu prophetæ obtinendum, decisioni submissum. 3-6.

II. Responsum prophetæ, consulentibus post decem dies nomine Dei redditum, 7-9.

1°. Suadet stationem in Judæa, adjuncta promissione securitatis et prosperitatis ; 10-12.

2°. Dissuadet migrationem in Ægyptum, addita comminatione cladis, famis, pestis et interitus ; 13-18.

3°. Contestatur ludificationem interrogantium, et judicium Dei severissimum. 19-22.

III. Constitutum suasioni adversum,

1°. Ab arrogantioribus relatum; *cap.* XLIII, *v.* 1, 2.

2°. Cum injuria Jeremiæ et Baruch conjunctum; 2, 3.

3°. Sublatis ad iter reliquiis utriusque sexus omnibus, ipsisque Jeremia et Baruch, mandatum operi. 4-7.

III°. *Sub habitationem in Ægypto.*

I. Vaticinium datum Jeremiæ Taphnin ingresso, 8.

1°. Proponit symbolum ex lapidibus abscondendis sub muro; 9.

2°. Exponit illud de futura per Nabuchodonosorem

1. Subjugatione Ægypti; 10.

2. Clade et captivitate Ægyptiorum; 11, 12.

3. Eversione et succensione delubrorum. 12, 13.

II. Sermo ejusdem ad Judæos, in præcipuis Ægypti urbibus habitantes, *cap.* XLIV, *v.* 1.

1°. Recenset antecessorum idololatriam, contemptum prophetarum, et immissas hinc durantesque etiamnum poenas; 2-6.

2°. Contendit cum peccatoribus salutis suæ incuriis, nec vindictæ jam factæ memoribus; 7-10.

3°. Comminatur harum reliquiarum etiam peccatricum perditionem, consumptionem, et excidium. 11-14.

III. Ferox Judæorum responsum

1°. Renuit auditum; 15, 16.

2°. Decernit idololatriæ continuationem; 17.

3°. Confirmat hoc decretum exemplo majorum, et experimento proprio. 18, 19.

IV. Confutatio hujus responsi

1°. Ostendit dissimulatam aliquandiu malitiam majorum et præsentium tandem graviter punitam; 20-23.

2°. Repetit vindicis Dei sententiam, et comminationem gravissimarum pœnarum; 24-28.

3°. Confirmat comminationem prodromo signo de Pharaone, simile cum Sedecia fatum habituro. 29, 30.

## PARERGON HISTORICUM

### CAPITI TRIGESIMO SEXTO SUBJICIENDUM.

I°. *Præfatio* notat alloquium Jeremiæ ad Baruch, anno quarto Joakimi, jubente Deo factum. *Cap.* XLV, *v.* 1, 2.

II°. *Argumentum* exhibet

I. Querelas Baruch de multiplicato et continuato dolore. 3.

II. Responsum Dei, docens in communi afflictione non aspirandum ad privilegia, sed acquiescendum, si salva sit vita, quæ Baruch addicitur. 4, 5.

# PARS IV.

SERMONES PROPHETICI DE EXTERIS GENTIBUS.

—

## SECTIO I.

SERMONES TRES, SINGULI DE SINGULIS GENTIBUS.

I°. *Sermo de Ægyptiis.*

I. Inscriptio

1°. Generalis de gentibus ad quas pertinent sermones sequentes; *cap.* XLVI, *v.* 1.

2°. Specialis de Ægyptiis hoc capite attingendis. 2.

II. Clades Ægyptiorum sub Nechao, anno quarto Joakimi, a Nabuchodonosore illata, 2.

1°. Prædicitur non depellenda apparatu qualicumque bellico; 3, 4.

2°. Proponitur sub imagine cæsi, fugati, et dispersi exercitus; 5, 6.

3°. Explicatur apertius, describendo

1. Insolentiam Ægyptiorum, expeditionem cum copiis auxiliaribus suscipientium; 7-9.

2. Magnitudinem acceptæ cladis gravissimæ, immedicabilis, et ignominiosissimæ. 10-12.

III. Subactio Ægypti per Nabuchodonosorem

1°. Indicatur compendiaria inscriptione; 13.

2°. Denuntiatur, addita simul ejusdem causa; 14, 15.

3°. Præcipitatur discessu sociorum, et inconsiderantia Pharaonis; 16, 17.

4°. Confirmatur futura juramento Dei; 18.

5°. Describitur per hypotyposin allegoricam ferociæ Ægyptiorum domitæ, et potentiæ Chaldæorum victricis ac deprædatricis; 19-24.

6°. Colligitur summaria conclusione, cui adjicitur prædictio de reparanda sorte. 25, 26.

IV. Adjectio consolatoria ad Judæos, ob reddendam ipsis libertatem et hostibus vindictam. 27, 28.

II°. *Sermo de Palæstinis.*

I. Prænotatio, a quo, ad quos, et quo tempore factus sit sermo. *Cap.* XLVII, *v.* 1.

II. Argumentum exhibet

1°. Apparatum expeditionis bellicæ; 2, 3.

2°. Stragem Philistæis, Tyro et Sidoni, Palæstinis, Gazæ et Ascaloni hinc obventuram. 4, 5.

III. Expositio causæ pro hoc eventu

1°. Per interrogationem postulatæ; 6.
2°. Per responsum redditæ. 7.

III°. *Sermo de Moabitis.*

I. Propositio summaria :
1°. Prædicitur regni excidium, experimento in quinque urbibus præcipuis dato; *cap.* XLVIII, *v.* 1-5.
2°. Suadetur incolarum fuga; 6.
3°. Recensentur malorum causæ,
1. Moabitarum scilicet præfidentia in opibus et idolis; 7.
2. Dei decretum denuntiatum; 8, 9.
3. Hostium ferocia divinitus excitata. 10.

II. Expositio partis prioris :
1°. Causæ ex parte Moabitarum sunt
1. Ferocia ex prosperitate hactenus continuata; 11, 12.
2. Fiducia in præsidio idoli; 13.
3. Præsumptio de fortitudine bellica. 14.
2°. Pœnæ a Deo decretæ :
1. Devastatio regni, occupatio urbium, interitus civium; 15, 16.
2. Destructio omnis gloriæ, securitatis et tranquillitatis gentis, commiseratione digna; 17-20.
3. Desolatio pervadens agros et oppida, regnique vires exhauriens. 21-25.

III. Expositio partis alterius:
1°. Causæ ex parte Moabitarum:
1. Insana contra Deum rebellio; 26.
2. Insolens Judæorum derisio; 27.
3. Jactatoria virium arrogantia; 29, 30.
4. Frequentata idololatria. 35.
2°. Pœnæ a Deo decretæ :
1. Dispersio exulum in deserta, cavernas lateritias, et oram maritimam; 28, 32.
2. Calamitas gravissima, cum luctu communi gentis et irrisione hostium conjuncta. 31-39.

IV. Expositio partis posterioris:
1°. Executor constitutus celerrimus, rapacissimus, et potentissimus; 40.
2°. Effectus secutus; occupatio urbium, desperatio incolarum, extinctio regni. 41, 42.

V. Conclusio
1°. Repetens compendio Moabitarum captivitatem, fugam, interitum; 43-46.
2°. Addens promissionem de libertate olim reparanda. 47.

## SECTIO II.

### SERMONES DUO DE GENTIBUS PLURIBUS.

I°. *Sermo de vicinis Judææ populis.*

I. De Ammonitis:

1°. Expostulat de occupata per hos sorte Gad; *cap.* XLIX, *v.* 1.
2°. Denuntiat iisdem incursiones hostiles, incendia, vastitatem et luctum universalem; 2, 3.
3°. Retundit vanam gloriam et confidentiam, incusso terrore; 4, 5.
4°. Spondet futurum e captivitate reditum. 6.

II. De Idumæis:

1°. Vanam istorum sapientiam 7. confundit, prædictione
1. Capiendæ fugæ; 8.
2. Sustinendæ deprædationis; 9-11.
3. Perferendæ pœnæ, ad aliorum minus meritorum exemplum. 12.
2°. Insolentem arrogantiam 16. deprimit confirmata jurejurando comminatione
1. Ignominiosæ devastationis undique inferendæ; 13-15.
2. Subversionis et solitudinis horribilis inducendæ; 17, 18.
3. Stragis ac ruinæ ab hoste divinitus excitato faciendæ. 19-22.

III. De Syris,

1°. Tristi nuntio perculsis; 23.
2°. Ad Damascenorum fugam et desperationem stupentibus; 24, 25.
3°. Cæsos hinc milites, et urbem incendio perditam videntibus. 26, 27.

IV. De Agarenis:

1°. In Arabia Petræa, irruente Nabuchodonosore, fiet devastatio, direptio, et pecorum translatio; 28, 29.
2°. In Arabia Deserta, sub ejusdem regis invasionem,
1. Incolis, nulla ratione munitis, suadetur fuga; 30, 31.
2. Pecoribus direptio, et terris solitudo ac desertum indicitur. 32, 33.

V. De Ælamitis:

1°. Notatur tempus factæ prophetiæ; 34.
2°. Narratur illorum quidem clades, dispersio et panicus timor, solii autem regii ad alium translatio; 35-38.
3°. Sequitur de reparatione posthac facienda vaticinium. 39.

II°. *Sermo de Babylone et Chaldæis;*

I. Propositio

1°. Præmittit inscriptionem; *cap.* L, *v.* 1.
2°. Exhibet argumentum de ruina Babylonis, casu idololatriæ, et depopulatione regionis; 2, 3.
3°. Addit auspicium de reditu Judæorum in gratiam Dei et patriam. 4, 5.

II. Expositio

1°. Attingit breviter
1. Prævias Judæorum seductorum exerrationes ; 6.
2. Secutas ab hostibus, jus sibi persuadentibus, oppressiones ; 7.
3. Futuram Judæorum libertatem. 8.
2°. Exhibet Babylonis ruinam,
1. Referendo hostium irruptionem et causam ; 9-11.
2. Subjiciendo tristem hujus effectum ; 12, 13.
3. Excitando gentes ad stragem et vices Babyloniis reddendas. 14-16.
3°. Amplificat utramque partem,
1. Præmittendo captivitates Judæorum successu temporis factas ; 17.
2. Promittendo horum restitutionem in patriam ; 18-20.
3. Illustrando narrationem,
α. Evocatione hostium ad subigendam et dissipandam Babylonis potentiam ; 21, 26-29.
β. Descriptione cladis editæ, artis et vis impensæ, noxæ secutæ ; 22-25, 30.
γ. Redditione causæ malorum, quæ est superbia. 31, 32.

## III. Confirmatio dictorum,

1°. Per contestationem omnipotentiæ Dei, injurias Judæis factas vindicaturi ; 33, 34.
2°. Per enumerationem malorum, ex bello, siccitate et depopulatione inferendorum ; 35-40.
3°. Per descriptionem oppugnatoris, oppugnati, et Dei de utroque decernentis. 41-46.

## IV. Exornatio ejusdem vaticinii,

1°. Per allegoricam propositionem et expositionem excidii præ clade Judæorum majoris ; *cap.* LI, *v.* 1-5.
2°. Per tropum alium idem exprimentem ; 6-10.
3°. Per ironiam oppositioni frustraneæ illudentem ; 11-13.
4°. Per contestationem Dei omnipotentiam suam proponentis, et jurejurando firmantis ; 14-19.
5°. Per hypotyposin tum præliorum, tum hostium Babyloni exitialium ; 20-32.
6°. Per dialogum Judææ postulantis, et Dei decernentis vindictam de Babylone ; 33-40.
7°. Per interrogationem et subjectionem ætiologicam tum luctus pro Chaldæis, tum solatii pro Judæis ; 41-49.
8°. Per repetitam consolationem Judæorum æque, ac descriptionem malorum Chaldæis imminentium. 50-58.

## V. Promulgatio hujus prophetiæ

1°. Demandata a Deo ; 59.
2°. Adornata scripto a Jeremia ; 60.
3°. Commissa ab eodem Saraiæ ; 61.
4°. Facienda ab hoc Babyloniæ, cum clausula addenda. 62-64.

## APPENDIX HISTORICA

### DE FATIS DUORUM REGUM JUDÆ POSTREMORUM.

I°. *Fata regem Sedeciam concernentia.*

- I. Sedeciæ regnum, scelera, et rebellio. *Cap.* LII, *v.* 1-3.
- II. Hierosolymæ obsessio, fames, et occupatio. 4-7.
- III. Regis fuga, comprehensio, punitio in filiorum morte, excæcatio, et captivitas. 8-11.
- IV. Excisio templi, palatii regii, domorum, et murorum urbis. 12-14.
- V. Deportatio tum populi universi, exceptis colonis et vinitoribus paucis, tum rerum sacrarum. 15-23.
- VI. Abductio et mactatio quorumdam singularium. 24-27.
- VII. Enumeratio captivorum, tribus distinctis vicibus abductorum. 28-30.

II°. *Fata Joakimi.*

- I. Liberatio e carcere. 31.
- II. Elevatio in thronum. 32.
- III. Habitus et victus regius. 33, 34.

# LAMENTATIONES JEREMIÆ.

## SECTIO I.

### CANTICUM LUGUBRE

I°. *De calamitatibus Hierosolymæ.*

I. Descriptio oratoria per prophetam

1°. Interrogantem de urbis solitudine, incolarum luctu sine solatio, multorum exilio, et paucorum frequentia in sacris; *cap* I, *v.* 1-4.

2°. Respondentem atque hæc mala tribuentem peccatis tanquam causæ; 5-8.

3°. Supplicantem Deo, et proponentem tum hostium sacrilegam audaciam, tum extremam populi penuriam. 9-11.

II. Prosopopœia Hierosolymæ

1°. Exaggerantis suam afflictionem; 12, 13.

2°. Agnoscentis justitiam Dei hostes et mala, nullo relicto solatio, sibi immittentis; 14-19.

3°. Postulantis sibi solatium, et hostibus excidium. 20-22.

III. Prosecutio descriptionis per prophetam conquerentem

1°. De gravissimis malis universæ genti a Deo irato immissis; *cap.* II, *v.* 1-5.

2°. De rebus sacris profanatis, abolitis, aut destructis; 6, 7.

3°. De urbe diruta, lege et prophetia sublata, incolis luctu, mœrore et inedia consumptis; 8-12.

4°. De regni excidio per pseudoprophetas promoto, per hostium irrisiones exacerbato, per Dei decretum consummato. 13-17.

IV. Adhortatio prophetæ

1°. Suadentis deprecationem ad Deum; 18, 19.

2°. Proponentis formulam precum. 20-22.

II°. *De propriis ac patriæ malis.*

I. Repræsentatio perpessionum in corpore, provenientium

1°. Ex paupertate, vexatione, ac verberatione; *cap.* III, *v.* 1-4.

2°. Ex captivitate et carcere omne levamen excludente; 5-9.

3°. Ex Dei ferientis implacabili studio, et hostium illudentium cantico; 10-14.

4°. Ex dolore et luctu continuato, omnem animi æquitatem elidente, et interitum afferente. 15-18.

II. Exhibitio affectuum variorum in animo: cujusmodi sunt

1° Conversio ad Deum, cum humilitate ac spe conjuncta; 19-21.

2°. Testificatio conscientiæ de Dei misericordia; 22-24.
3°. Prædicatio divinæ bonitatis, exemplo credentium, sperantium, ac patientiam colentium probatæ; 25-31.
4°. Veneratio justitiæ divinæ, ad emendationem, non ad destructionem percutientis; 32-36.
5°. Commendatio submissionis erga Dei voluntatem, inspectionis in propriam conscientiam, et deprecationis ad Deum. 37-41.

III. Oratio prophetæ et populi, utrumque argumentum repetens,

1°. Per confessionem culpæ; 42.
2°. Per tolerantiam pœnæ a Deo immissæ et ab hostibus illatæ; 43-47.
3°. Per profusionem lacrymarum; 48-51.
4°. Per querelas de sui persecutione, oppressione, et proxima ruina. 52-54.

IV. Supplicatio utriusque postulans

1°. Sibi salutem et redemptionem; 55-58.
2°. Hostibus pares injuriis, contumeliis et sannis illatis vices; 59-64.
3°. Voti utriusque executionem. 65, 66.

III°. *De templi et urbis desolatione.*

I. Enarratio recenset

1°. Direptionem et destructionem sanctuarii; *cap.* IV, *v.* 1.
2°. Exspoliationem et contemptum sacerdotum; 2.
3°. Duritiem partim, partim impotentiam parentum, proles perire sinentium; 3, 4.
4°. Defectum et penuriam opulentorum, et pœnam præ illa Sodomitarum majorem; 5, 6.
5°. Gloriam et venerationem Nazaræorum conversam in neglectum et contemptum; 7, 8.
6°. Famem extremam, vivos ad optandam mortem, et matres ad vorandos partus proprios inducentem; 9, 10.
7°. Minas Domini incendio et eversione completas; 11.
8°. Hostes, præter omnium expectationem, urbe potitos, et incolas errantes, vulneratos, a se invicem abhorrentes, divisos et desperantes. 12, 14, 15.

II. Relatio causarum hujus mali enumerat

1°. Mendacia prophetarum, iniquitates et homicidia sacerdotum; 13.
2°. Contemptum et irreverentiam laicorum erga sacerdotes et seniores; 16.
3°. Spem positam in exterorum auxilio; 17.
4°. Subornatos cives, instantes hostes, captum regem. 18-20.

III. Adjectio prædicit Idumææ fatum simile, Judææ transmigrationem non amplius iterandam. 21, 22.

## SECTIO II.

### ORATIO PROPHETÆ

I°. *Invocatoria* Dei, ad considerandum tristem Judæorum conditionem. *Cap.* v, *v.* 1.

II°. *Expositoria* tristis conditionis,

I. Ob amissam hæreditatem et familiam; 2, 3.

II. Ob victus difficultatem; 4-6.

III. Ob pœnas patribus debitas, sibi autem irrogatas, et subjectionem etiam servis præstandam; 7, 8.

IV. Ob periculum in comparatione annonæ, et angustias famis; 9, 10.

V. Ob vim mulieribus, virginibus, et pueris illatam; principibus autem et senibus mortem vel ignominiam irrogatam; 11-13.

VI. Ob judicia et gaudia publica cum gloria regni sublata; 14-16.

VII. Ob deploratam a propheta vastitatem Sion. 17, 18.

III°. *Precatoria,* post contestationem divinæ potentiæ, 19.

I. Pro accelerando aversionis et exilii termino; 20.

II. Pro concedenda conversionis gratia et sanctitatis dono; 21.

III. Pro statuendo pœnarum fine. 22.

# PROPHETIA BARUCH.

## SECTIO I.

### LIBELLUS BARUCH.

I°. *Proœmium.* In hoc datur notitia

I. De auctore, cujus genealogia et locus scriptionis notatur. *Cap.* I, *v.* 1.

II. De tempore, quod incidit in annum quintum captivitatis Babylonicæ. 2.

III. De usu scripti, quod fuit prælectum Babylone, captivis omnium ordinum Judæis præsentibus. 3, 4.

IV. De effectu lectionem secuto, scilicet,

1°. Universali auditorum comploratione, jejunio et oratione; 5.

2°. Collatione pecuniæ deferendæ ad superstites in Jerusalem; 6, 7.

3°. Additione vasorum argenteorum pro sacro usu, in defectu aureorum ablatorum. 8, 9.

V. De consilio mittentium pecunias et libellum: nempe

1°. Ut illæ expenderentur in sacrificia; quibus addendæ preces pro Nabuchodonosoris et filii salute, pro tranquillitate captivorum, et placatione Dei; 10-13.

2°. Ut hic prælegeretur publice, diebus ad Deum solemniter colendum constitutis. 14.

II°. *Argumentum.*

I. Formula orationis præscriptæ, continens

1°. Confessionem peccatorum a Judæis tum Moysis tempore, tum postea commissorum; 15-22.

2°. Terribilem, sed justam, a Deo vindictam de populo nec emendato, nec veniam precato sumptam; *cap.* II, *v.* 1-10.

3°. Implorationem divinæ misericordiæ, cum adjunctis jam confessione, jam deprecatione, jam obtestatione; 11-20.

4°. Commemorationem factarum a prophetis et Moyse minacium exhortationum; continuatæ autem a populo obdurationis; et hinc immissarum a Deo pœnarum; 21-29.

5°. Prædictionem futuræ in captivitate pœnitentiæ, et hanc secuturæ liberationis ac restitutionis; 30-35.

6°. Repetitionem confessionis, deprecationis, obtestationis et supplicationis. *Cap.* III, *v.* 1-8.

II. Commendatio veræ sapientiæ

1°. A damnis illius neglectæ, et bonis ejusdem obtentæ ; 9-15.

2°. Ab ejus pretio præ thesauris majore et durabiliore ; 16-19.

3°. Ab illius valore sagacioribus hujus sæculi et gentibus omnibus abscondito ac ignoto ; 20-23.

4°. Ab ejusdem dono solis Israelitis concesso ; 24-28.

5°. Ab impossibili viribus humanis ad illam accessu ; 29-31.

6°. Ab auctore illius Deo, in creatione omnium potentissimo et sapientissimo, et in incarnatione indulgentissimo : 32-38 (1).

7°. Ab amplitudine ejusdem, omnes leges complectente, et ad veram felicitatem ac gloriam perducente. *Cap.* IV, *v.* 1-4.

## III. Parænesis ad capiendam fiduciam

(1) Cf. S. *Hippolyt.* contr. Hæres. Neoti num. 5 (Galland. t. 2. p. 457); *Origen.* in Joann. t. 6. num. 15 (opp. t. 4. part. 1ª. p. 131. B, C); S. *Cyprian.* Testim. adv. Judæos lib. 2. c. 6 ; *Lactantium* Divin. Institut. lib. 4. c. 13, Epitom. Divin. Institut. c. 44; *Euseb. Cæsariens.* Demonstr. Evang. lib. 6. c. 19 (p. 294, 295); S. *Hilar. Pictav.* Tractat. in Psalm. 68. num. 19, Tractat. 1. num. 3, 9 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 1. p. 479, 482, 488), de Trinit. lib. 1. num. 42, lib. 5. num. 39; S. *Zenon. Veronens.* lib. 2. Tract. 7. num. 3; S. *Athanas.* de Incarnat. et contr. Arianos num. 22 (opp. t. 1. part. 2ª. p. 710. B); S. *Phœbad. Aginnens.* de Fide Orthod. c. 7 (Galland. t. 5. p. 262. E); S. *Cyrill. Hieros.* Catech. 11. num. 15; S. *Ephræm* Serm. adv. Judæos ( opp. Syr. Latin. t. 3. p. 213. A ); *Didym. Alexandr.* de Trinit. lib. 1. c. 27 ( p. 80 ); S. *Gregorium Nazianz.* Orat. 30 (alias, 36), 2ª. de Filio num. 13; S. *Amphiloch. Iconiens.* Orat. in Christi Natal. num. 1, 2 (Galland. t. 6. p. 464 ); S. *Gregor. Nyssen.* Testim. adv. Judæos c. 2 (*ibid.* p. 581. A ), contr. Eunomium Orat. 4 (opp. t. 2. p. 581. D ); S. *Ambros.* de Fide lib. 1. c. 3. num. 28, 29, lib. 2. c. 9. num. 81 ; S. *Epiphanium* Hæres. 69. num. 30 (opp. t. 1. p. 755. C, D ), Hæres. 71. num. 3, Anacephal. num. 8 (opp. t. 2. p. 154. C); S. *Joann. Chrysost.* de Incomprehens. Dei Natura Homil. 5. num. 2 (opp. t. 1. p. 483. C), contr. Judæos ac Gentiles num. 2 (*ibid.* p. 559. D), in Psalm. 46. num. 6 (*ibid.* t. 5. p. 196. B), in Psalm. 49. num. 3 (*ibid.* p. 229. A); *Rufinum Aquileiens.* in Symb. num. 5 (opp. p. 61); *Faustinum Presbyt.* de Trinit. c. 3. num. 2 (Galland. t. 7. p. 453. A, D); S. *Augustinum* Serm. 116 in Append. (alias, de Tempore 8 ), num. 3, de Civit. Dei lib. 18. c. 33. num. 1, contr. Maximinum Arianum lib. 2. c. 26. num. 13, cont. Faustum Manichæum lib. 12. c. 43; *Cassianum* de Incarnat. Domini lib. 4. c. 9; S. *Cyrill. Alexandr.* Glaphyr. in Exodum lib. 2 (opp. t. 1. 296. C), Dial. 3. de Sancta. Trinit. (*ibid.* t. 5. part. 1ª. p. 464 ), de Festis Paschal. Homil. 5 (*ibid.* t. 5. part. 2ª. sect. 1ª. p. 42. C, D), contr. Julianum lib. 8 et 10 (*ibid.* t. 6. sect. 2ª. p. 282. B, C. 334, 335 ), de Sanct. et Vivifica Trinit. c. 7 ( Mai. nov. Patrum biblioth. t. 2. p. 7 ), Serm. Quod B. Maria sit Deipara num. 7 (*ibid.* p. 79 ), contr. Nestorium lib. 3 (opp. t. 6. sect. 1ª. p. 84. D); S. *Petrum Chrysologum* Serm. 88 ; S. *Maximum Taurin.* Tract. 5, contr. Judæos (opp. 738 ); S. *Prosperum Aquitan.* de Promiss. et Prædict. Dei part. 3ª. c. 3. num. 4; *Theodoret* in Baruch c. 3 (opp. t. 2. p. 282. D, 283. A ); *Zacchæum* Consult. lib. 2. c. 4 (Galland. t. 9 p. 225. B ); *Evagrium* Alterc. inter Theoph. Christ. et Simon. Judæum (*ibid.* p. 250. A, B ); *Theodotum Ancyranum* Serm. in S. Deiparam num. 2 (*ibid.* p. 459. C); S. *Proclum* Epist. 2. de Fide ad Armenos num. 8, 11 (*ibid.* p. 687, 689 ), Epist. 3. ad Joann. Antioch. n. 2 (*ibid.* p. 692. B); S. *Alcimum Avitum* Epist. 28 ( Galland. t. 10. p. 722. C ); *Faustum Rhegiens.* Epist. 16; S. *Fulgentium* ad Trasimund. lib 2. c. 3, 15, 17 (opp. p. 90, 105, 107), Epist. 17 ad Petrum c. 10 (*ibid.* p. 296 ), de Incarnat. num. 19 (*ibid.* p. 415), cont. Fabianum Fragm 11 (*ibid.* p. 590); *Cassiodorum* in Psalm. 47 et 81 (opp. t. 2. p. 151, 266 ); etc., etc.

1°. Scripta a propheta, præsentem calamitatem peccatis quidem tribuente, peremptoriam tamen illam negante; 5-8.
2°. Dicta per prosopopœiam ab Hierosolyma
1. Lugente ob captivitatem incolarum, peccatis ipsorum accersitam, et ab hoste barbaro injectam; 9-16.
2. Deliberante, et, quod unum potest, pro iisdem preces spondente; 17-20.
3. Excitante illos ad fiduciam et preces, ac certam suam spem declarante de eorum liberatione ac reditu; 21-24.
4. Cohortante simul eosdem ad pœnitentiam, et meliorem rerum conversionem præsagiente. 25-29.
3°. Addita a Deo
1. Vindicem talionem hostibus Hierosolymæ reddendam prænuntiante; 30-35.
2. Florem urbi, et populum patriæ rediturum promittente. 36, 37.
4°. Exaggerata a propheta,
1. Hierosolymam ad luctum ponendum cohortante; *cap.* v, *v.* 1.
2. Futuram urbis sanctitatem, gloriam, et donorum abundantiam celebrante; 2-4.
3. Honorificum incolarum reditum asserente; 5, 6.
4. Omnia universis prospera a Deo obventura addente. 7-9.

## SECTIO II.

### EPISTOLA JEREMIÆ,

#### INSCRIPTA AD JUDÆOS IN BABYLONEM ABDUCENDOS,

I°. *Prophetica* de imminente captivitate, ejusque causa ac duratione. *Cap.* vi, *v.* 1, 2.

II°. *Propositio* de cavenda idololatria, spernendo aliorum exemplo et metu humano, adorando solo Deo, et speranda ab eodem tutela. 3-6.

III°. *Amplificatio* vanitatem idololatriæ et absurditatem ostendens,
I. Ex idolorum ornatu mere ascititio, ad turpia etiam usurpato, nec decorem nec vires tamen conferente. 7-15.
II. Ex eorumdem impotentia, et substantia omnis actionis experte. 16-22.
III. Ex simulacrorum materia et fragilitate. 23-26.
IV. Ex victimis contaminatis, et sacrificulis hypocritis. 27-32.
V. Ex libidinosa et vana mulierum idola colentium superstitione. 42-44.

VI. Ex defectu omnis auxilii inde sperandi. 33–41.

VII. Ex fabricantium illa ac custodientium vilitate et debilitate. 45-51.

VIII. Ex impotentia idolorum in omnis generis necessitatibus probata, ab ipsis eorum sacerdotibus agnita, et facto contestata. 52-58.

IX. Ex collatione cum astris, elementis et animalibus, virtute majore a Deo præditis. 59–68.

X. Ex æqualitate prædictæ impotentiæ cum illa stipitis, spinæ ac cadaveris pari. 69, 70.

XI. Ex opprobriis idola et idololatras excepturis, a justo autem illorum contemptore evitandis. 71, 72.

# PROPHETIA EZECHIELIS.

## PARS I.

### APPARATUS PROPHETICUS.

## SECTIO I.

### INSTITUTIO EZECHIELIS IN PROPHETAM.

I°. *Prænotatur* conditio prophetæ, tempus prophetiæ, locus et apparatus utriusque. *Cap.* I, *v.* 1-3.

II°. *Exhibetur spectaculum,* repræsentans

I. Pro theatri area, nubem vento adductam, igne et splendore involutam, electrum e medio diffundentem.

II. Pro scena prima, quatuor animalia secundum facies, pedes, pennas, motum et speciem descripta. 5-14.

III. Pro altera, quatuor rotas, oculis insertis distinctas, et cum animalium motu correspondentes. 15-21.

IV. Pro theatri abside, expansum crystallinum, animalia prædicta cum sonitu mota complexum. 22-25.

V. Pro ejusdem vertice, thronum, cui splendenti insidebat hominis forma spectabilis. 26-28.

III°. *Auditur oraculum* sedentis in throno,

I. Excitans prophetam, prius animo consternatum, nunc spiritu immisso erectum. *Cap.* II, *v.* 1, 2.

II. Decernens eumdem tanquam legatum ad filios Israel apostatas et obduratos mittendum. 3-5.

III. Addens animos ad munus strenue obeundum. 6-8.

IV. Confirmans eumdem, dato ad comedendum tristis vaticinii librum mandato. 8-10.

IV°. *Interponitur* prophetæ ad repetitam jussionem obsequium, et perceptus hinc gustus dulcis. *Cap.* III, *v.* 1-3.

V°. *Repetitur oraculum*

I. Demandans legationem ad populum prophetæ gentilitium. 4-6.

II. Præmuniens legatum contra auditorum resistentiam. 7-9.

III Commendans officii executionem. 10, 11.

VI°. *Apparatur ministerium*, propheta

I. Translato, inter animalium doxologiam et rotarum strepitum, ad stationem prope fluvium Chobar. 12–15.

II. Post septiduum ibidem, propositis minis et promissionibus, edocto rationem sui muneris. 16–21.

III. Educto in campum, confirmato visione priori, monito tum de induciis adhuc faciendis, tum de malis postea perferendis. 22–27.

## SECTIO II.

### INSTRUCTIO EIDEM DATA

I°. *Propositis symbolis.* Horum

I. Primo

1°. Describitur, in plana et ferrea lamina, obsidio Hierosolymæ durissima; *cap.* IV, *v.* 1-3.

2°. Adumbratur somno prophetæ, jam in sinistrum, jam in dextrum latus incumbentis, divina tolerantia, annis indulgentiæ per decubitus dies indicatis. 4-8.

II. Altero fames sub obsidione toleranda indicatur,

1°. Per panis materiam promiscuam, atque hujus et aquæ mensuram minutam; 9-11.

2°. Per pecorum et lignorum penuriam rebus fœdissimis levandam; 12-15.

3°. Per mortem ex fame sitique orituram. 16, 17.

III. Tertio

1°. Exhibetur propheta, jussus novacula radere caput et barbam, crines vero varie divisos consumere; *cap.* V, *v.* 1-4.

2° Designatur judicium Dei contra Jerusalem; 5-9.

3°. Explicatur decreta judicio pœna pestis, famis et belli, cum earum causis, scilicet peccatis. 10-17.

II°. *Appositis sermonibus.* Horum

I. Altero

1°. Prædicitur universæ Israelitarum regioni vastatio, ob idololatriæ in montibus erectæ crimen; *cap.* VI, *v.* 1-7.

2°. Inspergitur promissio conservandi aliquos, ad hanc castigationem resipiscentes; 8-10.

3°. Resumitur, imperato prophetæ luctu, tristis malorum prædictio. 11-14.

II. Altero

1°. Præmittitur universim instantis exitii decretum; *cap.* VII, *v.* 1-4.
2°. Repetitur indicatio et temporis jam præsentis, et pœnæ impendentis, et justitiæ non parcentis; 5-11.
3°. Præciditur spes omnis, sive in mercibus, sive in armis, sive in fuga aut viribus, sive in facultatibus posita; 12-19.
4°. Additur nec auxilium sperandum a templo, utpote polluto et direptioni destinato; 20-22.
5°. Concluditur, ob communem iniquitatem, calamitates omnibus gravissimas esse inferendas. 23-27.

# PARS II.

## MINISTERIUM PROPHETICUM CONTRA POPULUM JUDAICUM

—

## SECTIO I.

### VISIONES ET PROPHETIÆ ANNO POST INSTITUTIONEM PROPHETICAM.

#### § I. VISIONES PERTINENTES AD TEMPLUM ET URBEM.

I°. *Visio prima.*

I. Apparatus :

1°. Tempus et locus visionis factæ ; *cap.* VIII, *v.* 1.
2°. Forma et aspectus gloriæ divinæ ; 2.
3°. Translatio extatica prophetæ ad templum Hierosolymitanum ; 3.
4°. Repræsentatio repetita gloriæ divinæ. 4.

II. Exhibitio circumducto prophetæ objecta :

1°. Juxta portam altaris borealem, idolum Zebi positum et honoratum ; 5, 6.
2°. Ad ostium atrii, in loco occulto, idola immunda adorata a senioribus, perforato muro, conspecta a propheta ; 7-12.
3°. Intra portam aquilonarem, feminæ Adonidem plangentes ; 13-15.
4°. In atrio interiori, cultus soli præstitus. 16, 17.

III. Actio judicialis præsidis divini ad iram concitati, 18.

1°. Denuntiata ad prophetam ; *cap.* IX, *v.* 1.
2°. Commissa sex viris armatis gladio, et uni scriptori : 2.
   1. Huic quidem, ad signandos littera Thau innocuos ; 3, 4.
   2. Illis vero, ad reliquos omnes mactandos : 5, 6 (1).
3°. Executioni data tam in atrio templi, quam per universam civitatem. 6, 7.
4°. Excepta

(1) Cf. *Tertull.* contr. Marcion. lib. 3. c. 22, contr. Judæos c. 11 ; *Origen.* Select. in Ezechiel. c. 9. v. 4 (opp. t. 3. p. 424. E) ; S. *Cyprian.* lib. ad Demetrian. (opp. p. 523), Testimon. adv. Judæos lib. 2. c. 22; *Euseb. Cæsar.* Comment. in Psalm. 59 (Montfauc. nov. collect. Patrum t. 1. p. 277. D, 278. A); S. *Ephræm* Comment. in Ezech. c. 9 (opp. Syr. Latin. t. 2. p. 174); S. *Amphiloch. Iconiens.* Orat. in Occurs. Domini num. 8 (Galland. t. 6. p. 473. A) ; S. *Gregor. Nyss.* Testim. adv. Judæos c. 14 (*ibid.* p. 590. B); S. *Hieronym.* in Isaiam lib. 18. c. 66 (opp. t. 4. p. 819), in Ezechielem lib. 3. c 9 (*ibid.* t. 5. p. 95, 96); S. *Augustinum* Serm. 107 (alias, de Temp. 196, et de Diversis 28), c. 6 num. 7; S. *Cyrill. Alexandr.* in Isaiam lib. 12 (opp. t. 2. p. 341, 342); *Evagrium* Alterc. inter. Theophil. Christian. et Simon. Judæum (Galland. t 9. p. 254. II, C); S. *Gregorium M.* Moral. in Job. lib. 22. c. 18. num. 44, lib. 30. c. 25. num. 74 ; etc., etc.

1. A propheta cum deprecatione ; 8.
2. A judice cum approbatione ; 9, 10.
3. A signatore cum relatione. 11.

## II°. *Visio altera.*

I. Narratio facti :

1°. Apparens Dei gloria jubet, virum linteo vestitum capere ignitas prunas e designato loco ; *cap.* x, *v.* 1, 2.
2°. Jussus ingreditur, variatis sub ingressum statione gloriæ, conditione aeris, et situ Cherubim ; 3-5.
3°. Idem ad iteratum mandatum ignem accipit et regreditur. 6-8.

II. Descriptio adjunctorum, scilicet

1°. Rotarum et motus ; 9-13.
2°. Formæ et actionis Cherubinorum ; 14-17.
3°. Gloriæ Dei, et comitatus. 18, 19.

III. Comparatio spectaculi cum altero, ad fluvium Chobar viso. 20-22.

## III°. *Visio tertia*

I. Concernens residuos improbos :

1°. Quorum prava consilia, et ludibria, famam prophetæ lædentia, deteguntur ; *cap.* xi, *v.* 1-3.
2°. Ad quos propheta cum exprobratorio mandato mittitur ; 4-6.
3°. Quibus pœna, in blasphemias illorum retorta, denuntiatur ; 7-12.
4°. Ex quibus Pheltias repentina statim morte tollitur, cum stupore prophetæ. 13.

II. Respiciens exules probos :

1°. Quorum famam, ab Hierosolymitanis violatam, vindicat ; 14, 15.
2°. Quibus præsens solatium, futurum in patriam reditum, et successurum olim Evangelii beneficium promittit ; 16-20.
3°. Quos, ne ad idololatriam deflectant, comminatione absterret. 21.

III. Referens finem visionibus impositum :

1°. Sublatis Cherubinis et rotis ; 22.
2°. Digressa ad Olivarum montem gloria Dei ; 23.
3°. Translato rursus in Babyloniam propheta. 24, 25.

### § II. PROPHETIÆ PERTINENTES AD INHABITANTES HIEROSOLYMAM.

## I°. *Ad regem Sedeciam.*

I. Ejusdem fata : propheta ad ea

1°. Indicanda præmunitur ; *cap.* xii, *v.* 1, 2.
2°. Præsignanda jubetur formam emigrantis inducere, et per murum perfossum discedere ; 3-6.
3°. Confirmanda exequitur mandatum, sine spectatorum tamen motu. 7-9.
4°. Enarranda accommodat typum, 10, 11.
1. Ad fugam, captivitatem, et excæcationem Sedeciæ ; 12, 13.

2. Ad dispersionem et cædem comitatus; 14, 15.
3. Ad triste ministerium reliquiarum. 16.

II. Fatorum sequelæ: harum
1°. Typus proponitur; 17, 18.
2°. Anagoge subjicitur. 19, 20.

III. Sequelarum certitudo
1°. Eluditur quidem impiorum dicterio; 21, 22.
2°. Sed confirmatur divino eloquio et juramento; 23-25.
3°. Stabilitur etiam repetito utriusque partis sermone. 26, 27.

II°. *Ad homines divinos.*

I. De pseudoprophetis:
1°. Dantur mandatum et comminatio ad illos deferenda; *cap.* XIII, *v.* 1, 3.
2°. Exponitur illorum hypocrisis, vanitas et mendacitas; 4-7.
3°. Denuntiatur judicium et pœna
1. Tum in pseudoprophetas, 8-10.
2. Tum in anditores ipsis credentes. 11-16.

II. De pseudoprophetissis:
1°. Imponitur ad illas legatio; 17.
2°. Describitur facta ab illis per typos delusio populi; 18, 19.
3°. Prædicitur imminens iisdem vindicta. 20-23.

III°. *Ad seniores populi.*

I. Proponitur casus:
1°. Accedunt seniores et consulunt prophetam; *cap.* XIV, *v.* 1.
2°. Propheta instruitur de consultatione minus sincera præsentium; 2, 3.
3°. Deus hujusmodi consultantibus secus, quam vellent, responsurum se dicit. 4, 5.

II. Datur oraculum
1°. Revocans omnes Israelitas ad pœnitentiam; 6.
2°. Interminans exitium
1. Tum popularibus petentibus, 7, 8.
2. Tum pseudoprophetis dantibus responsum; 9, 10.
3°. Asserens, comminationes habere pro fine emendationem populi et agnitionem Dei. 11.

III. Communicatur prophetæ peremptoria et immutabilis sententia Dei, Judæos refractarios castigaturi 12.
1°. Per famem; 13, 14.
2°. Per feras bestias; 15, 16.
3°. Per gladios hostium; 17, 18.
4°. Per pestem omnia vastantem. 19, 20.

IV. Adjungitur, quatuor his plagis quantumvis eventuris, 21.
1°. Exceptio pro captivis in Babylonem ducendis; 22.
2°. Solatium pro iisdem, postea de gratia Dei et salute sua edocendis. 22, 23.

IV°. *Ad cives et plebem.*

I. Præmittitur typus, exhibens sarmenti

1°. Adhuc integri ineptitudinem ad rem architectonicam; *cap.* XV, *v.* 1-3.

2°. Redacti in cineres inutilitatem ad omnia. 4, 5.

II. Sequitur applicatio, præsagiens

1°. Incolis urbis duplex per ignem judicium ; 6, 7.

2°. Ædificiis ruinam et excidium. 8.

§ III. PROPHETIÆ PERTINENTES AD REGNUM UNIVERSUM.

I°. *Ad rempublicam et gentem Judæorum*, propositam prophetæ a Deo sub parabola filiæ. *Cap.* XVI, *v.* 1-2. Ubi

I. Describitur gentis hujus

1°. Conditio primordialis calamitosa et ruinæ proxima ; 3-5.

2°. Conservatio, et incrementum ; 6, 7.

3°. Adoptio in populum Dei ; 8.

4°. Mundatio et exornatio speciosissima. 9-14.

II. Exponitur commissa ab eadem

1°. Scortatio idololatriæ vaga et universalis ; 15.

2°. Dissipatio donorum divinorum in usus idololatricos ; 16-19.

3°. Oblatio prolium in cultum idolorum ; 20-22.

4°. Expositio sui impudens, et captata cum vicinis idololatris communio idololatrica ; 23-30.

5°. Profusio impensarum ad emendos scelerum socios. 31-34.

III. Denuntiatur eidem in pœnam

1°. Manifestatio propudiosa commissæ turpitudinis ; 35-37.

2°. Direptio bonorum, occisio hominum, et exustio domorum ab ipsis scelerum sociis inferenda ; 38-41.

3°. Omissio correctionis, tanquam frustraneæ a Deo imposterum negligendæ. 42, 43.

IV. Improperatur culpæ enormitas,

1°. Ex proverbii dedecore inde nasci turo ; 44, 45.

2°. Ex similitudine morum cum Samaritanis et Sodomitis ; 46.

3°. Ex multitudine peccatorum, numerum ab illis commissorum excedente. 47-51.

V. Exaggeratur utraque :

1°. Pœna quidem, dum gentilium vocatio, et Judæorum derelictio vel tardior assumptio prædicitur ; 52-55.

2°. Culpa autem, dum abusus indulgentiæ, scandalum vicinarum gentium, et violatio pacti objicitur. 56-59.

VI. Subjungitur promissum de pacto novo, quo

1°. Conjungantur gentiles cum Judæis ; 60, 61.

2°. Confirmentur Dei fidelitas et auctoritas ; 62.

3°. Tollatur omnis querelarum et superbiæ occasio. 63.

II°. *Ad domum regiam.*

I. Proponitur, Deo jubente, symbolum

1°. Aquilæ grandis, desumptum e Libano cedri ramum transferentis in terram alienam, ibidemque plantantis; *cap.* XVII, *v.* 1-4.

2°. Transplantati hujus rami, in vineam latiorem quidem, sed humiliorem excrescentis; 5, 6.

3°. Aquilæ alterius, a qua vinea illa incrementum expectare visa, meretur aquilæ prioris indignationem. 7-10.

II. Fit, Deo docente, applicatio

1°. Ad regem Babylonium, sublato rege Judæorum priore, substituentem ex eadem domo regem alterum sibi tributarium; 11-14.

2°. Ad hunc substitutum, rupto fœdere, in Ægyptiorum auxilio confisum, sed, auxilio et defensione nihil proficientibus, severissime castigatum. 15-21.

III. Absolvitur, Deo prosequente, symboli propositio

1°. De ramusculo ejusdem cedri altero, in Israel plantato, et in magnam tutamque arborem excrescente; 22, 23.

2°. De agnitione Dei, superbos humiliantis et humiles exaltantis, ad omnes gentes divulganda. 24.

III°. *Ad populum*, de malis quasi non commeritis querulum.

I. Proverbium querelarum proponitur, et refutandum a Deo suscipitur. *Cap.* XVIII, *v.* 1-3.

II. Ratio judicandi Deo usitata exponitur, tanquam

1°. Attenta ad cujuslibet meritum; 4.

2°. Benevola justo et innocenti; 5-9.

3°. Severa contra impium quantumvis filium patris probi; 10-13.

4°. Propitia in filium probum patris licet impii; 14-17.

5°. Attemperata personalibus sive patris sive filii meritis. 18-20.

III. Æquitas hujus judicii ostenditur, 25, 29.

1°. Ex promissa peccatoribus pœnitentiam agentibus indulgentia; 21-23, 27, 28.

2°. Ex intentata justis justitiam abjicientibus vindicta. 24, 26.

IV. Adhortatio ad pœnitentiam, et declaratio propensionis divinæ ad dandam veniam adjicitur. 30-32.

IV°. *Ad principes et metropolim.*

I. Priorum duo exhibentur prophetæ, ad planctum provocato, sub schemate totidem leonum. *Cap.* XIX, *v.* 1, 2.

1°. Eorum alter ob deprædationem captus ducitur in Ægyptum; 3, 4.

2°. Alter priorem secutus, et ferocia excedens, non sine clade multorum interceptus, carceri mancipatur in Babylonia. 5-9.

II. Posterior sub schemate vineæ describitur: quæ,

1°. Prius florentissima ob multitudinem et magnitudinem principum, 10, 11.

2°. Nunc emarcida et devastata; 12, 13.

3°. Posthac penitus exscindenda et deploranda. 14.

## SECTIO II.

### PROPHETIÆ ANNO POST INSTITUTIONEM PROPHETICAM ALTERO.

#### § I. PROPHETIÆ PERTINENTES AD CAPTIVOS IN BABYLONIA.

I°. *Præambula ad sermonem.*

I. Occasio datur per postulationem responsi divini a senioribus populi propositam. *Cap.* xx, *v.* 1.

II. Responsum negatur a Deo. 2, 3.

III. Exprobratio postulantibus facienda committitur prophetæ. 4.

II°. *Sermo exprobratorius*, referens tum præstita a Deo beneficia, tum reddita a populo Dei malefacta, nec non mixtam cum vindicta divinam indulgentiam

I. In Ægypto primum; 5-9.

II. Tum in deserto,

1°. Sub patrum illud ingressorum ætatem; 10-17.

2°. Sub filiorum, et ibidem natorum successionem. 18-26.

III. Demum in Palæstina,

1°. Sub sæcula priora; 27-29.

2°. Sub tempus præsens. 30-32.

III°. *Adjectio prænuntia*

I. De severitate in Judæos gentilismum amplexos exerenda:

1°. Per violentam separationem a gentibus; 33, 34.

2°. Per deportationem in desertum; 35-37.

3°. Per dispersionem ulteriorem, negatum in Judæam reditum, et permissam in idololatria derelictionem. 38, 39.

II. De clementia erga Judæos ab idololatria immunes vel conversos,

1°. Exhibenda per dispersorum congregationem, eorumdem reductionem in patriam, et acceptationem munerum ab iisdem in Jerusalem offerendorum; 40, 41.

2°. Agnoscenda per possessionem terræ patribus promissæ, per displicentiam scelerum commissorum, per experientiam beneficentiæ divinæ plane gratuitæ. 42-44.

§ II. PROPHETIÆ PERTINENTES AD RESIDUOS IN JUDÆA.

I°. *Prolusio allegorica*, exhibens

I. Judæam sub imagine sylvæ : 45, 46.

II. Bellum imminens sub typo incendii omnia late devastantis : 47, 48.

III. Prophetam de fato gementem, et, velut delirum, fide apud auditores carentem. 49.

II°. *Enarratio prophetica.*

I. Præmittitur Dei mandatum ad prophetam,

1°. De sermone faciendo; *cap.* XXI, *v.* 1, 2.

2°. De clade Judæorum irrevocabili prædicenda ; 3-5.

3°. De gemitibus, et horum interpretatione addendis. 6, 7.

II. Exponitur futurum fatum, per iterata Dei præcepta

1°. Ad denuntiandam gladii immittendi vim acutissimam ; 8-11.

2°. Ad edendum doloris signum de strage multiplicata hinc eventura ; 12-17.

3°. Ad declarandam, sub hærentis ad bivium ac demum per alteram viam irruentis symbolo, Nabuchodonosoris expeditionem contra Judæos, omissis interea Ammonitis; 18-23.

4°. Ad ostendendam vindictæ sceleribus Judæorum correspondentis æquitatem ; 24.

5°. Ad prædicendum Sedeciæ supplicium, et regiæ dignitatis decrementum, usque ad Christi adventum ; 25-27.

6°. Ad subnectendum vaticinium

1. De plaga Ammonitas Judæorum irrisores et idolorum cultores etiam oppressura ; 28, 29.

2. De judicio quoque horribili in Nabuchodonosorem et in Chaldæos exequendo. 30-32.

III°. *Amplificatio, prophetiam confirmans*

I. Judiciali actione,

1°. Denuntiata prophetæ contra Hierosolymam, tyrannidis et idololatriæ ream, et hinc ad ignorantiam et interitum damnatam ; *cap.* XXII, *v.* 1-5.

2°. Vindicata contra principes populi, enarratione gravissimorum scelerum ab his commissorum ; 6-12.

3°. Definita per sententiam gravissimarum pœnarum comminatoriam. 13-17.

II. Symbolica exhibitione

1°. Scelerum, maximam populi partem inficientium ; 18-20.

2°. Pœnarum, et separationis pereuntium a paucis servandis faciendæ. 21, 22.

III. Exprobratoria inductione criminum, propriorum

1°. Genti universæ; 23-25.

2°. Sacerdotibus; 26.
3°. Principibus et pseudoprophetis; 27, 28.
4°. Vulgo et popularibus. 29, 30.
IV. Repetita damnationis ad pœnas sententia. 31.

§ III. PROPHETIÆ PERTINENTES AD REGNA ISRAEL ET JUDA.

I°. *Schema parabolæ.*
I. Auctor Deus, interpres propheta. *Cap.* XXIII, *v.* 1.
II. Personæ, duæ mulieres matris unius filiæ. 2.
III. Actio, scortatio istarum cœpta in adolescentia et continuata posthac. 3.
IV. Sensus, populum Israel per Oollam sororem majorem, et populum Juda per Oolibam sororem minorem denotans. 4.

II°. *Pars prima, agens de populo Israel,*
I. Exhibet, sub figura scortationis, idololatriam ab eodem exercitam,
1°. Haustam ab Assyriis; 5-7.
2°. Commissam cum Ægyptiis. 8, 9.
II. Denuntiat pœnam per Assyrios inferendam. 10, 11.

III°. *Pars altera, agens de populo Juda,*
I. Exhibet, sub eadem figura, pejora adhuc peccata ab eodem commissa. 12-21.
II. Denuntiat pœnas etiam graviores similiter ab eisdem infligendas. 22-35.

IV°. *Pars postrema, agens de utroque populo,*
I. Exhibet, sub figura adulterii, idololatriam in terra sancta et Hierosolymæ exercitam. 36-44.
II. Denuntiat pœnas, vindictæ in adulteras per legem statutæ similes. 45-49.

## SECTIO III.

### PROPHETIÆ ANNO POST INSTITUTIONEM PROPHETICAM QUARTO.

I°. *Prophetia prior, pertinens ad Hierosolymam.*
I. Præfatio, designans factæ revelationis
1°. Annum, *cap.* XXIV, *v.* 1.
2°. Diem, 2.
3°. Modum et propositionem. 3.

II. Descriptio ænigmatis proponendi per ollam frustis carnium affusa aqua impletam, et igni impositam. 3-5.

III. Declaratio ejusdem, applicans

1°. Ollæ figuram Hierosolymæ, homicidiis et innocentum sanguine redundanti; 6-8.

2°. Pyræ accendendæ et subjiciendæ symbolum obsidioni et expugnationi urbis ejusdem, ob inveterata peccata. 9-14.

II°. *Prophetia posterior, pertinens ad templum.*

I. Parabola historica

1°. Proposita verbis damnum exitiale, et hinc luctum summum, sed dissimulatum, significantibus; 15-17.

2°. Adumbrata obitu uxoris licet dilectissimæ, a propheta tamen deplorari non permissæ; 18.

3°. Investigata a populo apud prophetam. 19.

II. Significatio parabolæ exposita,

1°. Per denuntiatam a Deo templi et sanctuarii Judæis æstimatissimi destructionem; 20, 21.

2°. Per prædictam populi perturbationem, stuporem et cordis duritiem; 22, 23.

3°. Per futuram populi conditionem cum præsenti prophetæ statu correspondentem. 24.

III. Confirmatio dictorum,

1°. Ex eventu certe futuro; 25, 26.

2°. Ex libertate et auctoritate dicendi hinc prophetæ accessura. 27.

# PARS III.

## MINISTERIUM PROPHETICUM ADVERSUS GENTES.

—

## SECTIO I.

### ORACULA ADVERSUS GENTES COGNATAS.

I°. *Adversus Ammonitas.*

I. Mandatum Dei, et instructio prophetæ. *Cap.* XXV, *v.* 1, 2.

II. Expositio criminis, per lætitiam de Judæorum fatis proditam commissi. 3, 6.

III. Denuntiatio pœnæ, per illorum deportationem, dispersionem et deletionem sumendæ. 4, 5, 7.

II°. *Adversus Moabitas.*

I. Objectio ejusdem criminis. 8.

II. Indictio pœnæ cum prioribus participandæ. 9-11.

III°. *Adversus Idumæos.*

I. Oraculum compendiarium

1°. Exprobrans crimen, per vindictam de Judæis sumptam patratum; 12.

2°. Prædicens vastitatem, et vindictam, olim a Judæis reddendam. 13, 14.

II. Oraculum amplificatum : ubi.

1°. Præit legatio prophetæ ad denuntiandam Idumæis vastitatem; *cap.* XXXV, *v.* 1-4.

2°. Fit recensio commissorum ab illis criminum : scilicet

1. Perpetuæ contra Israelitas cognatos inimicitiæ; 5,
2. Moliminis ad terram Israel et Juda occupandam suscepti; 10.
3. Opprobriorum contra populum Dei ac Deum ipsum jactorum. 12, 13.

3°. Sequitur comminatio pœnæ

1. Per talionem a consanguineis reddendam; 6.
2. Per internecionem habitatorum et vastationem habitaculorum; 7-9.
3. Per divinam ultionem, furori Idumæorum contra Israelitas commensuratam; 11.
4. Per lætitiam omnium gentium de excidio Idumæorum, æqualem illi, quam hi de Israelis fato habuerant. 14, 15.

## SECTIO II.

### ORACULA ADVERSUS GENTES ALIENIGENAS.

#### § I. ORACULA ADVERSUS ACCOLAS MARIS.

I°. *Adversus Philistæos.*

I. Objicitur inveteratum contra Judæos odium, et nocendi studium. *Cap.* xxv, *v.* 15.

II. Decernitur supplicium gravissimum in eosdem. 16, 17.

II°. *Adversus Tyrios.*

I. Oraculum primum, anno propheticæ institutionis sexto datum, *cap.* xxvi, *v.* 1.

1°. Perstringit Tyri gaudium de Hierosolymæ excidio, et speratum hinc suæ amplitudinis incrementum ; 2.

2°. Summatim complectitur obsidionem, expugnationem et direptionem hujus urbis; 3-6.

3°. Singillatim exponit

1. Apparatum et expeditionem contra eamdem a Nabuchodonosore susceptam ; 7-9.
2. Vim, devastationem et excidium cum civium luctu illatum urbi ; 10-14.
3. Terrorem hinc et stuporem in vicinas insulas et maritima emporia dispersum. 15-18.

4°. Demum adjicit decretum de solitudine diu duratura. 19-21.

II. Oraculum secundum, indicto prophetæ lamento datum, *cap.* xxvii, *v.* 1, 2.

1°. Exponit jactantiam Tyriorum, sibi complacentium

1. De pulchritudine ac situ urbis; 3, 4.
2. De navium soliditate et ornatu ; 5-7.
3. De servitiis populorum, ejus commercio et tuitioni impensis; 8-11.
4. De negotiatione omnigena et lucrosissima, cum omnibus nationibus habita. 12-25.

2°. Describit tristem fortunæ conversionem

1. Per naufragia classium et urbis; 26, 27.
2. Per dejectorum navarchorum et remigum ploratus et lamenta; 28-31.
3. Per carmen quasi funebre de urbis ruina ac interitu. 32-36.

III. Oraculum tertium, principi Tyriorum per vices nuntiandum. *Cap.* xxviii, *v.* 1, 2.

1°. Prima vice datum continet

1. Exaggerationem superbiæ, hunc principem immodice efferentis; 2-5.
2. Indictionem pœnæ hanc superbiam, incursu hostium et illato excidio, castigaturæ; 6-8.

3. Irrisionem fastus, et iteratam mortis denuntiationem. 9-10.
2°. Altera vice adjectum, indicto prophetæ planctu, continet 11.
1. Recensionem beneficiorum illustrium ac singularium, regi Tyriorum a Deo præstitorum; 12-15.
2. Exhibitionem tum scelerum commissorum, tum pœnarum respondentium; 16, 17.
3. Additionem extremæ cladis, et stupendi ab omnibus interitus. 18, 19.

III°. *Adversus Sidonios.*
I. Injungitur prophetæ legatio. 20, 21.
II. Committitur vaticinium de excisione eorumdem per pestem et gladium secutura, ad manifestandam Dei sanctitatem, et tollendum populi Dei scandalum. 22-24.
III. Exponitur divinum consilium de restituendo in patriam Israele, ad inimicorum confusionem. 25, 26.

§ II. ORACULA ADVERSUS ÆGYPTIOS.

I°. *Oraculum, datum anno propheticæ institutionis quinto, cap.* XXIX, *v.* 1, 2.
I. Terret regem Ægypti,
1°. Proposito symbolo draconis fluviatilis arrogantis, cum adhærente piscium turba in aridam projecti, et a bestiis terræ consumpti; 3-5.
2°. Addito symbolo altero arundinis confractæ, et eos, qui huic innitebantur, vulnerantis; 6, 7.
3°. Aperto sermone irruptionem hostium, devastationem regionis et dispersionem incolarum enuntiante. 8-12.
II. Subjicit terrori incusso
1°. Solatium, ob futuram post quadraginta annos collectionem Ægyptiorum et reductionem in patriam; 13, 14.
2°. Prædictionem de reddendo quidem regno, sed imminuto ac minus potenti; 15.
3°. Rationem hujus judicii, ne scilicet Israelitæ amplius iisdem innitantur. 16.

II°. *Oraculum, datum anno ejusdem epochæ vigesimo secundo,* 17.
I. Proponit subactionem Ægyptiorum decretam a Deo
1°. Nabuchodonosori, in præmium pro oppugnata Tyro; 18, 20.
2°. Exercitui ejusdem, in mercedem et stipendium pro impensa opera; 19.
3°. Israelitis, in occasionem pro restaurando regno. 21.
II. Exponit idem argumentum uberius,
1°. Referendo mandatum divinitus datum, ad annuntiandum Ægyptiis tristissimum fatum; *cap.* XXX, *v.* 1-3.
2°. Indicando regiones, cæsis incolis et auxiliis, devastandas; 4-9.

3°. Designando auctorem edendæ hujus stragis et desolationis Nabuchodonosorem; 10-12.

4°. Enumerando urbes vel ferro vel igne exhauriendas aut evertendas. 13-19.

III°. *Oraculum datum eadem quidem epocha, sed anterius, anno scilicet sexto,* et quidem,

I. Mense primo, 20.

1°. Prædicit, sub allegoria brachii confracti, nec medica arte restaurandi, destructionem potentiæ Ægyptiacæ et dispersionem populi; 21-23.

2°. Assignat auctorem utriusque damni inferendi, regem Babylonium divinitus roboratum. 24-26.

II. Mense tertio, *cap.* XXXI, *v.* 1.

1°. Comparat Ægyptios cum Assyriis; 2.

2°. Describit, sub imagine cedri, posteriorum

1. Amplitudinem, robur, et magnitudinem etiam majorem quam priorum; 3-9.

2. Arrogantiam, tanquam culpam et causam pœnæ; 10.

3. Cædem et dejectionem, cum ruina vicinorum, luctu domesticorum, et motu exterorum conjunctam, velut pœnam; 11-17.

3°. Notat hæc dicta de Assyriis pertinere etiam ad Ægyptios. 18.

IV°. *Oraculum, datum anno sequente, mense duodecimo,*

I. Prima die mensis, *cap.* XXXII, *v.* 1.

1°. Exhibet, pro planctus prophetici argumento, sub imagine monstri marini, regem Ægypti

1. Ferocientem hactenus, sed post capiendum, extrahendum, et in prædam volucribus et bestiis dandum; 2, 4.

2. In fœtidum cadaver, sanie et sanguine diffluens, convertendum; 5, 6.

3. Horrorem cœlo terræque allaturum. 7-10.

2°. Palam enuntiat Ægyptum a rege Babylonio

1. Subigendam; 11, 12.

2. Pecudibus et hominibus exhauriendam, 13-15.

3. Deplorandam a gentibus. 16.

II. Die decima quinta mensis,

1°. Imperat prophetæ carmen funebre de Ægypto; 17, 18.

2°. Exponit carminis argumentum, per futuram Ægypti dejectionem, ruinam et interitum; 19, 20.

3°. Amplificat idem, per enumerationem similis cum Ægypto fati, quod partim cum partim sine fortitudinis gloria, pereuntium perdidit regna 21.

1. Assyriorum; 22, 23.

2. Persarum; 24, 25.

3. Cappadocum et Hesperiorum; 26-28.

4. Idumæorum, Tyriorum, Sidoniorum. 29, 30.

4°. Concludit, asserendo hinc eventurum e societate Ægyptiis quoddam solatium, sed tamen certum interitum. 31, 32.

# PARS IV.

MINISTERIUM PROPHETICUM AD UTRORUMQUE SOLATIUM.

—

## SECTIO I.

### DE JUDÆORUM REDUCTIONE ET GENTIUM VOCATIONE.

#### § I. ORACULA AD EVENTUUM APPARATUM PERTINENTIA.

I° *Instructio data prophetæ*

I. Circa muneris exercitium:

1°. Proponendo sententiam de speculatore constituto, qui,

1. Si de malo imminente monuerit, expers declaratur culpæ, et liber a clade oppressura monitos, nec tamen sibi caventes; *cap.* XXXIII, *v.* 1-5.

2. Si officium hoc neglexerit, reus damnatur. 6.

2°. Applicando idem judicium ad prophetam, munus suum facientem vel omittentem. 7-9.

II. Circa dictionis argumentum:

1°. Reprehendens desperantium pusillanimitatem; 10.

2°. Commendans Dei ad pœnitentiam vocantis clementiam; 11.

3°. Decernens interitum innocentis quidem prius, sed posthac peccantis; 12, 13.

4°. Promittens salutem peccatoris quidem prius, sed postea resipiscentis et in justitia constantis; 14-16.

5°. Refellens obmurmurantes divinæ sententiæ iterato decretæ. 17-20.

III. Circa Hierosolymæ expugnationem,

1°. Post sesquiannum primo per fugitivum nuntiatam; 21.

2°. Pridie divinitus prophetæ expositam in Babylone. 22.

II°. *Commonitio reprehensoria, directa*

I, Ad superstites in Judæa:

1°. Exponens vanam et jactabundam illorum spem; 23, 24.

2°. Refutans eamdem, objectione defectuum legalium et moralium; 25, 26.

3°, Decernens in pœnam, ulteriorem incolarum cladem et terræ devastationem. 27-29.

II. Ad commorantes jam in captivitate Babylonica:

1°. Detegens illorum hypocrisin illudentem prophetiis, 30-32.

2°. Asserens certum horum vaticiniorum eventum. 33.

III. Ad superiores utrobique præpositos:

1°, Accusans neglectam ab iis subditorum curam; promotum autem propriorum commodorum studium; *cap.* XXXIV, *v.* 1-4.

2°. Exhibens damnum hinc in rempublicam secutum; 5, 6.

3°. Repræsentans hanc agendi rationem tanquam culpam ; 7, 8.

4°. Subjiciens, in culpæ pœnam, exauctorationem et abolitionem horum magistratuum. 9, 10.

### III°. *Promissio facta*

#### I. De populo Israelis

1°. Visitando, colligendo et reducendo; 11-13.

2°. Pascendo, custodiendo et reparando; 14-16.

3°. Discriminando, malos ac noxios a bonis et innocentibus separando. 17-22.

#### II. De Christo tanquam pastore ac duce populi mittendo. 23, 24 (1).

#### III. De privilegiis una concedendis : cujusmodi sunt

1°. Pax et securitas; 25.

2°. Ubertas, tranquillitas et libertas; 26-29.

3°. Gloria Dei in æstimationem populi redundans. 30, 31.

## § II. ORACULA AD GRATIOSAM POPULI DEI RESTAURATIONEM PERTINENTIA.

### I°. *Prædictio historica,*

#### I. Præparata

1°. Mandato divino ad prophetam, et alloquio ad Israelem ; *cap.* XXXVI, *v.* 1.

2°. Indicio causæ, desumptæ

1. Partim ex insolenti hostium confidentia; 2.
2. Partim ex oppressione populi cum opprobrio conjuncta. 3, 4.

#### II. Exorsa

1°. A zelo divino sumendæ vindictæ de oppressoribus Israelis ; 5-7.

2°. A benedictione terræ Israel rursus colendæ, et urbibus ac civibus augendæ; 8-12.

3°. A securitate ejusdem, imposterum immunis a vicinorum contumeliis et hostium violentiis. 13-15.

#### III. Promota per expositionem 16.

1°. Demeriti in Judæis,

1. Per scelera priora captivitate jam ac dispersione punita; 17-19.
2. Per scelera post dispersionem adhuc addita. 20, 21.

(1) Cf. *Origen.* in Joann. t. 1. num. 23 (opp. t. 4. part. 1a. p. 25. B); *Euseb. Cæsar.* de Ecclesiast. Theolog. lib. 3. c. 17 (p. 188); S. *Hilar. Pictav.* Tract. in Psalm. 131. num. 1; S. *Athanas.* Serm. Maj. de Fide num 38 (opp. t. 3. p. 14); S. *Ephræm* Comment. in Ezechiel. c. 34 (opp. Syr. Latin. t. 2. p. 194. C); S. *Ambrosium* de Fide lib. 5. c. 8. num. 112, Epist. 46. num. 11 ; S. *Hieronym.* in Ezechiel. lib. 11. c. 34 (opp. t. 5. p. 412, 413); S. *Augustinum* de Octo Dulcitii Quæst. quæst. 5. num. 3, de Civit. Dei lib. 18. c. 34. num. 2; S. *Cyrill. Alexandr.* in Oseam (opp. t. 3. p. 29), Fragm. Explan. in Ezechielem c. 34 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 3. part. latin. p. 86), in Joann. lib. 6 (opp. t. 4. p. 650, 651); *Theodoret.* in Ezechielem c. 34 (opp. t. 2. p. 488-493); etc., etc.

2°. Rationis moventis, ex Dei, non autem ex populi parte assignatæ; 22, 23, 32.

3°. Beneficiorum conferendorum : quæ sunt

1. Congregatio et reductio in patriam ; 24.
2. Purificatio ab inquinamentis, per effusam aquam mundam; 25, 29.
3. Innovatio cordis, sanctificatio spiritus, et restauratio fœderis; 26-28.
4. Præservatio a fame et penuria; 29, 30.
5. Recordatio et pœnitentia de præteritis. 31.

IV. Absoluta per relationem effectuum hanc conversionem sequentium; 33, 34. quales sunt:

1°. Admiratio gentium de mutatione tam splendida ; 35.

2°. Agnitio divinæ potentiæ et fidelitatis ; 36.

3°. Fiducia de precibus audiendis et electis multiplicandis. 37, 38.

II°. *Prædictio symbolica.*

I. Symboli primi propositio : propheta ,

1°. Translatus in spiritu, circumducitur per campum ossibus cadaverum aridis plenum ; *cap.* XXXVII, *v.* 1, 2.

2°. Interrogatus de eorum resuscitatione, jubetur imperare eamdem; 3-6.

3°. Obsecutus mandato videt efformari corpora, sed necdum animata ; 7, 8.

4°. Jussus evocare spiritum, et executus, aspicit coram stantem hominum exercitum. 9, 10.

II. Ejusdem applicatio : cujus

1°. Fundamentum præbet Judæorum parœmia, suam rempublicam cum ossibus aridis comparantium ; 11.

2°. Exegesin dat Dei promissio, sub aperiendorum sepulcrorum nomine captivitatis solutionem, et sub vitæ vocabulo reditum in patriam intelligens ; 12, 14.

3°. Confirmationem addit propositum manifestandi per hoc divinam potentiam. 13, 14 (1).

(1) Cf. S. *Clement. Roman.* I ad Corinth. c. 50; S. *Justin.* Apol. 1a. num. 52; *Pseudo-Justin.* Quæst. ad Orthod. q. 65; S. *Irenæum* contr. Hæres. lib. 5. c. 15. num. 1; *Tertull.* de Resurr. Carnis. c. 29-31 ; *Origen.* in Levit. Homil. 7. num. 2 (opp. t. 2. p. 222. B, 223), in Joann. t. 10. num. 20 (opp. t. 4. part. 1a. p. 197, 198); S. *Method.* de Resurr. num. 14 (Galland. t. 3. p. 780); *Eusebium Cæsar.* de Eccles. Theolog. lib. 3. c. 17 (p. 188, 189); S. *Jacob. Nisib.* Serm. 8. de Resurr. num. 5 (Galland. t. 5. p. LXIV); S. *Cyrill. Hierosol.* Catech. 18. num. 15; S. *Ephræm* Comment. in Ezechiel. c. 37 (opp. Syr. Latin. t. 2. p. 196. A); *Didym. Alexandr.* de Trinit. lib. 2. c. 7 (p. 181, 182); S. *Ambros.* de Interpell. Job et David lib. 1. c. 5. num. 15, de Spirit. Sanct. lib. 3. c. 19. num. 149 et seqq., de Excessu Fratris lib. 2. num. 71-77; S. *Epiphan.* Ancorat. num. 101 (opp. t. 2. p. 102. C, D); *Tichonium* lib. de Septem Regulis, reg. 4 (Galland. t. 8. p. 116. D, E); S. *Hieronym.* in Ezechielem lib. 11. c. 37 (opp. t. 5. p. 431-441); S. *Augustinum* de Octo Dulcitii Quæst. quæst. 5. num. 3, de Civit. Dei lib. 18. c. 34. num. 2, de Genesi ad litteram lib. 10. c. 5. num. 8 ; S. *Cyrill. Alexandr.* contr. Anthropomorph. lib. 1. c. 9 (opp. t. 6. sect. 2a.

III. Symboli secundi propositio exhibet duorum lignorum, quorum alteri nomen Juda, alteri nomen Joseph inscribebatur, conjunctionem in unum. 15-17.

IV. Ejusdem applicatio asserit utriusque regni in unum compositionem. 18-20.

V. Applicationis uberior expositio declarat

1°. Reductorum e dispersione aggregationem in unam gentem, sub uno rege; 21, 22.

2°. Eorumdem aversionem ab idolis, et conversionem ad verum Deum; 23.

3°. Regimen Christi pastoris, stabilitatem possessionis sub hoc regimine, pacem et fœdus cum Deo, ac sanctificationem in hac possessione. 24-28.

§ III. ORACULA AD GLORIOSAM POPULI DEI VICTORIAM PERTINENTIA.

I°. *Præco expeditionis* a Gog suscipiendæ constitutus propheta. *Cap.* XXXVIII, *v.* 1-3.

II°. *Apparatus expeditionis*

I. Instructus collecto proprio exercitu : 4.

II. Auctus copiis auxiliaribus plurimis : 5, 6.

III. Subordinatus Gog imperio. 7.

III°. *Circumstantiæ expeditionis*, nempe

I. Tempus, locus et modus : 8, 9.

II. Impulsus, consilium et scopus : 10-13.

III. Opportunitas, incursus et repressio. 14-16.

IV°. *Successus expeditionis*

I. Pridem jam a prophetis prænuntiatus : 17.

II. Deo indignationem suam ostendente, et stragem animantium ac motum terræ maximum edente, populo Dei terrificus : 18-20.

III. Commotis aliunde hostibus, concitatis ad mutuam cædem copiis propriis, immissis in exercitum peste, saxis, sulphure et ignibus, Gog funestus, Deo autem gloriosus. 21-23.

V°. *Descriptio amplior* funesti Gog successus :

I. Præmittens iteratam

p. 377); S. *Prosperum Aquit* de Promiss. et Prædict. Dei part. 2a. c. 36. num. 82; *Theodoretum* in Ezechielem c. 37 (opp. t. 2. p. 504. C.; *Zacchæum* Consult. lib. 3. c. 9 (Galland. t. 9. p. 248); S. *Gregorium M.* Homil. in Ezechielem lib. 2. Homil. 8. num. 6; etc., etc.

1°. Assumptionem prophetæ ad præconis officium; *cap.* XXXIX, *v.* 1.
2°. Prædictionem expeditionis a Gog suscipiendæ. 2.

II. Referens historice
1°. Stragem edendam in Gog exercitu; 3-5.
2°. Devastationem inferendam in terras; 6.
3°. Manifestationem divinæ potentiæ hinc eventuram. 7.

III. Amplificans oratorie
1°. Combustionem armorum hostilium, ad nutriendum per plures annos ignem abundantium; 8-10.
2°. Sepulturam cadaverum occisorum, ex horum multitudine et Dei gloria celebrandam; 11-13.
3°. Collectionem ossium dispersorum, civitatis titulo memorandam; 14-16.
4°. Convocationem avium et ferarum ad cadaverum consumptionem. 17-20.

VI°. *Corollaria expeditionis*

I. Declaratio et agnitio
1°. Gloriæ et potentiæ divinæ; 21, 22.
2°. Judicii et vindictæ de Israel prius sumptæ. 23, 24.

II. Reductio populi in patriam,
1°. Beneficio stirpibus Judæ ac Israelis communi; 25.
2°. Securitate priorem confusionem emendante; 26.
3°. Triumphi divini gloria oculos hostium et gentium perstringente. 27.

III. Evolutio consilii divini
1°. Hactenus adhibiti in dispersione et collectione populi Dei; 28.
2°. Posthac explicandi per præsentiam faciei et missionem spiritus divini. 29.

## SECTIO II.

### DE ECCLESIÆ, TUM JUDAICÆ REPARATIONE, TUM CHRISTIANÆ INSTITUTIONE.

#### § I. VISIONES AD TEMPLUM INSTAURANDUM PERTINENTES.

I°. *Apparatus visionum.*

I. Tempus notatur. *Cap.* XL, *v.* 1.
II. Propheta transfertur in ecstasi. 2.
III. Angelus dux prophetæ et designator fabricæ apparet. 3, 4.
IV. Initium fit a muro extimo et ratione mensuræ. 5.

II°. *Descriptio atriorum.*

I. Atrii exterioris definiuntur,

1°. Versus orientem,
1. Portæ gradus, limina et vestibulum, cum conclavibus lateralibus; 6-10.
2. Ædificii ostium, margo, tectum et frontes cum fenestris; 11-16.
3. Cellæ thesaurariæ cum pavimento. 17-19.
2°. Versus septentrionem,
1. Conclavia, frons et vestibulum; item fenestræ, palmæ et gradus, ejusdem formæ ac mensuræ cum prioribus; 20-22.
2. Portæ obversæ facies ac distantia. 23.
3°. Versus meridiem, eadem omnia quæ in superioribus. 24-27.

II. Atrii interioris notantur
1°. Ædificia prioribus paria,
1. Versus meridiem; 28-31.
2. Versus orientem; 32-34.
3. Versus septentrionem. 35-37.
2°. Lavatoria et mensa holocaustorum ad latus septentrionale; 38-43.
3°. Ordo duplex cubiculorum in eodem latere pro cantoribus et sacerdotibus; 44-46.
4°. Altare in atrio secundum longitudinem dimenso; 47.
5°. Porticus ante templum. 48, 49.

III°. *Descriptio sanctuarii.*

I. Partes constituentes :
1°. Sanctum, quadraginta cubitis longum, viginti latum; *cap.* XLI, *v.* 1, 2.
2°. Sanctum sanctorum, viginti cubitis longum, totidem latum. 3, 4.

II. Alæ ad latera meridionale et septentrionale adhærentes :
1°. Murus cum pilastris, et triplex cubiculorum sibi impositorum series cum cochlea; 5-7.
2°. Eorumdem constructio, dimensio et ostia; 8-11.
3°. Latitudo et longitudo alarum convergentium ad occidentem. 12.

III. Ædificium universum,
1°. Secundum longitudinem et latitudinem; 13-15.
2°. Secundum limina, ethecas, fenestras, et harum altitudinem a terra. 16, 17.

IV. Ornamenta et adjuncta :
1°. Sculpturæ Cherubinorum et palmarum; 18-20.
2°. Fornix portæ; 21.
3°. Altare thymiamatis; 22.
4°. Valvæ forium, cælaturæ et fenestræ. 23-26.

IV°. *Descriptio ædificii atriis interjecti, sanctuario antepositi.*

I. Alterum ad septentrionem,
1°. Longum centum, latum quinquaginta cubitos; *cap.* XLII, *v.* 1, 2.
2°. Instructum portico triplici, ambulacro et gazophylaciis; 3, 4,
3°. Erectum tribus contignationibus gradatim constrictioribus; 5, 6.
4°. Munitum muro exteriore, secundum longitudinem gazophylaciis respondente; 7, 8.

5°. Accessum etiam ex parte orientali et gazophylacia habens. 9, 10.

II. Alterum ad meridiem, quoad omnia priori simile. 11, 12.

III. Usus utriusque

1°. Pro mensa sacerdotum, et victimarum consumptione; 13.

2°. Pro armario vestium sacrarum. 14.

V°. *Dimensio muri sacrarium ex omni parte ambientis* : 15, 16, scilicet

I. Ex parte orientali, 16.

II. Septentrionali, 17.

III. Meridionali, 18.

IV. Occidentali. 19.

§ II. VISIONES AD REM SACRAM ET PUBLICAM ORDINANDAM PERTINENTES.

I°. *Ostentum primum.* Ejusdem

I. Apparitio. *Cap.* XLIII, *v.* 1, 2.

II. Forma similis visioni ad fluvium Chobar habitæ. 3.

III. Statio, cum adductione prophetæ. 4, 5.

IV. Locutio præambula

1°. Decernens sanctitatem templo; 6, 7.

2°. Exprobrans et prohibens profanationem ejusdem; 8, 9.

3°. Committens prophetæ propositionem hujus typi, et executionem. 10, 11.

II°. *Mandata priora*

I. De loco templi in monte, et limitibus. 12.

II. De altari holocaustorum,

1°. Quoad mensuram in omnibus ejus partibus observandam; 13-17.

2°. Quoad ritus in illius consecratione faciendos; 18-21.

3°. Quoad sacrificia huic consecrationi per septem dies adjicienda. 22-27.

III. De porta templi orientali non aperienda, nisi principi. *Cap.* XLIV, *v.* 1-3 (1).

(1) Cf. S. *Dionys. Alexandr.* contr. Paul. Samosát. (Labb. collect. concil. t. 1. p. 870. E, 871. A); S. *Amphiloch. Iconiens.* Orat. in Domini Occurs. num. 3 (Galland. t. 6. p. 469), S. *Gregor. Nyssen.* Testim. adv. Judæos c. 3 (*ibid.* p. 584. B); S. *Ambrosium* de Instit. Virginis c. 8. num. 52-57, Epist. 42. num. 6, Serm. de Natali Domini (citat. a Cassiano, de Incarnat. Domini lib. 7. c. 25); *Rufinum Aquileiens.* in Symbol. num. 9 (opp. p. 72); S. *Hieronym.* in Ezechielem lib. 13. c. 44 (opp. t. 5. p. 538); S. *Augustinum* Serm. 93 in Append. (alias, de Temporo 18), num. 1, Serm. 234 in Append. (alias, de Tempore 8), num. 1, Serm. 76. num. 4 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 1. p. 151, 152), Serm. 119. num. 17 (*ibid.* p. 268), Serm. 168. num. 3 (*ibid.* p. 377); S *Prosperum Aquit.* de Promiss. et Prædict. Dei part. 2a c. 36. num. 82; *Theodoret.* in Ezechielem c. 44 (opp. t. 2. p. 527. B, C); S. *Proclum Constantinop.* Orat. 1. Laudat. S. Mariæ num. 10 (Galland. t. 9. p. 618. E, 619), Orat. 2. de Incarn. Domini num. 6 (*ibid.* p. 622. D); etc., etc.

III°. *Ostentum secundum*

I. Visum prophetæ, per viam portæ septentrionalis versus templum deducto : 4.

II. Conjunctum cum excitatione prophetæ

1°. Ad attentionem ; 5.

2°. Ad exprobrationem populo faciendam. 6-8.

IV°. *Mandata posteriora*

I. De alienigenis aut profanis in sanctuarium non admittendis; 9.

II. De lapsis in idololatriam levitis ad officia quidem æditiuorum, janitorum et ministrorum, non autem sacerdotum permittendis; 10-14.

III. De sacerdotibus et levitis, solum ex genere Sadoc admissis, 15, 16.

1°. Circa vestimenta ministerii; 17-19.

2°. Circa tonsuram capillorum, potum vini, et matrimonium; 20-22.

3°. Circa doctrinam et judicia ; 23, 24.

4°. Circa munditiam; 25-27.

5°. Circa possessiones et reditus ex oblatis; 28-30.

6°. Circa cibum ex morte immundum. 31.

IV. De portionibus terræ exemptæ

1°. Pro templo et sacerdotibus ; *cap.* XLV, *v.* 1-4.

2°. Pro levitis ; 5.

3°. Pro civibus; 6.

4°. Pro principe, cui suggeritur monitum. 7-9.

V. De justitia ponderum, mensurarum et nummorum. 10-12.

VI. De primitiis pontifici pendendis. 13-17.

VII. De sacrificiis offerendis

1°. In primi mensis die prima et septima; 18-20.

2°. In Paschate et per ejus octavam ; 21-24.

3°. In festo Scenopegiæ. 25.

VIII. De prærogativis principis,

1°. Quantum ad ingressum in templum sabbatis et calendis ; *cap.* XLVI, *v.* 1-3.

2°. Quantum ad sacrificia iisdem diebus ; 4-7.

3°. Quantum ad egressum e templo ; 8-10.

4°. Quantum ad sacrificia tum præcepta tum voluntaria. 11-15.

IX. De donis et legatis principis. 16-18.

X. De culinis

1°. Victimarum pro peccato ; 19, 20.

2°. Hostiarum pacificarum. 21-24.

### § III. VISIONES AD POSSESSIONEM TERRÆ SANCTÆ DISTRIBUENDAM PERTINENTES.

I°. *Spectaculum torrentis* : ejusdem.

I. Origo et directio ; *cap.* XLVII, *v.* 1, 2.

II. Latitudo et profunditas, succedaneo sensu cognita ; 3, 5.

III. Ripæ ex utraque parte ; 6, 7.

IV. Defluxus in mare mortuum ; 8.

V. Virtus, tum sanitatem et copiam piscium, tum abundantiam fructuum in arboribus adsitis præstans. 9-12.

II°. *Limites terræ promissæ, æqualiter dividendæ*, 13, 14.

I. Ad latus septentrionale ; 15-17.

II. Ad latus orientale; 18.

III. Ad latus meridionale ; 19.

IV. Ad latus occidentale. 20.

III°. *Partitio terræ a tribubus, non exclusis advenis, inhabitandæ* : 21-23.

I. Ad septentrionem,

1°. Sors Dan, *cap.* XLVIII, *v.* 1.

2°. Sors Aser, 2.

3°. Sors Nephthali, 3.

4°. Sors Manasse, 4.

5°. Sors Ephraim, 5.

6°. Sors Ruben, 6.

7°. Sors Juda. 7.

II. Intermedia ab oriente ad occidentem, 8.

1°. Portio sacerdotum de genere Sadoc, et statio templi ; 9-12.

2°. Portio levitarum non alienabilis ; 13, 14.

3°. Portio civitatis, suburbanorum, et servientium urbi ; 15-19.

4°. Portio principis, includens priores portiones, et inclusa a sortibus Juda ac Benjamin. 20-22.

III. Ad meridiem,

1°. Sors Benjamin, 23.

2°. Sors Simeon, 24.

3°. Sors Issachar, 25.

4°. Sors Zabulon, 26.

5°. Sors Gad. 27, 28.

IV°. *Anacephalæosis*

I. Partitionis præcedentis : 29.

II. Dimensionis urbis, secundum latera et portas,

1°. Ad septentrionem, 30, 31.
2°. Ad orientem, 32.
3°. Ad meridiem, 33.
4°. Ad occidentem, 34.
5°. Ad quatuor has plagas simul sumptas. 35.

# PROPHETIA DANIELIS.

## PARS HISTORICA.

### SECTIO I.

HISTORIA DANIELIS SUB REGE NABUCHODONOSORE.

§ I. DANIELIS ET SOCIORUM VIRTUS AC SAPIENTIA.

I°. *Prolegomena narrationis.*

I. Mentio de Joakimo victo, et parte vasorum sacrorum a Nabuchodonosore Babylonem translata. *Cap.* I, *v.* 1, 2.

II. Mandatum regium de nobilioribus inter captivos pueris seligendis, alendis, et ad regis servitium instituendis. 3-5.

III. Delectus inter hos Danielis et trium sociorum, cum eorum nominibus, tum patriis, tum chaldæis recens impositis. 6, 7.

II°. *Virtus religionis*

I. Conspicua, in proposito servandæ juxta legem abstinentiæ ab immundis, gratia præfecti divinitus conciliata comprobato : 8, 9.

II. Tentata experimento, per transactionem inter præfectum et postulatores constitutam capto : 10-13.

III. Approbata felici eventu tentaminis, et corporis elegantia per ciborum communium usum aucta. 14-16.

III°. *Sapientiæ donum*

I. Litterarium quatuor juvenibus datum ; propheticum autem et somniorum hermeneuticum Danieli additum : 17.

II. Eximium omnium et supra sodalium ac magorum scientiam præcellens, deprehensum a rege ipso profectus tentatore : 18-20.

III. Celebre officiis ac diuturnum annis in Daniele. 21.

## § II. SPECIMEN SAPIENTIÆ DANIELI DIVINITUS CONCESSÆ.

I°. *Occasio illius quærendæ*

I. Remota, somnium regis, orta hinc perturbatio mentis, et ex hac oblivio somnii. *Cap.* II, *v.* 1.

II. Propinqua,

1°. Evocatio magorum ad regem ; 2.

2°. Sermo primus

1. Regis, somnium sibi visum, sed nunc ignoratum dicentis; 3.
2. Magorum, somnii enarrationem postulantium, et interpretationem spondentium. 4.

3°. Sermo secundus

1. Regis, sub comminatione et promissione, urgentis tum indicationem tum explicationem somnii; 5, 6.
2. Magorum, insistentium priori postulato et responso. 7.

4°. Sermo tertius

1. Regis, tergiversationem magorum maligne exponentis, et postulatum repetentis; 8, 9.
2. Magorum, rem impossibilem sibi imperari excipientium. 10, 11.

5°. Sententia contra magos ab irato rege edita et promulgata. 12, 13.

III. Proxima,

1°. Periculum hinc etiam Danieli et sociis enatum ; 13.

2°. Ratio sententiæ regiæ exquisita a Daniele, et exposita ab Ariocho; 14, 15.

3°. Supplicatio Danielis ad regem, pro mora impetranda, facta et ratihabita. 16.

II°. *Studium illius obtinendæ*

I. Pium et sollicitum in petendo; 17, 18.

II. Felix in perspiciendo; 19.

III. Gratum in accipiendo,

1°. Cum reddita Deo benedictione; 20.

2°. Cum agnita Dei perfectione. 21, 22.

3°. Cum addita beneficentiæ divinæ celebratione. 23.

III°. *Ratio illius manifestandæ*

I. Præambula

1°. Præcavet ulteriorem magorum cædem ; 24.

2°. Petit et obtinet Danieli ad regem accessum; 25.

3°. Spondet mysterii utriusque expositionem, a magis neutiquam, sed a solo Deo exspectandam ; 26-28.

4°. Exponit regis somniantis, Danielis explicantis, et Dei revelantis conditionem ac scopum. 29, 30.

II. Principalis et propria

1°. Refert et describit somnii habiti

1. Objectum in statua, cujus caput aureum, pectus cum brachiis argenteum, venter et femur æreum, tibiæ ferreæ, pars pedum altera ferrea, altera fictilis; 31-33.
2. Actionem lapidis de monte abscissi, in pedes illos incurrentis, statuam concutientis, in pulverem penitus comminuentis, et in montem magnum excrescentis. 34, 35.

2°. Subjungit interpretationem, et docet intelligi, 36.

1. Per caput aureum, regnum Nabuchodonosoris; 37, 38.
2. Per alias statuæ partes, tria aliorum succedentium regna; 39, 40.
3. Per mixtos ex argilla et ferro pedes ac digitos, regnum non solidum undecumque nec constans; 41-43.
4. Per montem ex abscisso lapide ortum, regnum omnia comprehensurum. 44, 45 (1).

III. Subsequa

1°. Exhibet Nabuchodonosorem veri Dei adoratorem et confessorem; 46, 47.

2°. Ostendit Danielem ad magistratum supremum, et socios ad præfecturas evectos. 48, 49.

(1) Cf. S. *Irenæum* contr. Hæres. lib. 4. c. 20. num. 11, et lib. 5. c. 26. num. 1, 2; *Tertull.* contr. Marcion. lib. 3. c. 7, contr. Judæos c. 3, 14; S. *Hippolyt.* de Christo et Antichristo num. 19, 26 (Galland. t. 2. p. 424, 426), Fragm. Comment. in Daniel. num. 3 (Daniel secundum Septuaginta p. 98. Romæ 1772); *Dionys. Alexandr.* contr. Paul. Samosat. (Labb. collect. concil. t. 1. p. 870. C); S. *Cyprian. Testim.* adv. Judæos lib. 2. c. 17; *Euseb. Cæsar.* Theophan. Fragm. 6 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 4. p. 125, 126), Fragm. 12 (*ibid.* p. 137, 138); S. *Jacob. Nisiben.* Serm. 1. de Fide num. 7 (Galland. t. 5. p. VI), Serm. 5. de Bello num. 10, 11 (Galland. t. 5. p. XXXVIII); *Julium Firmicum Matern.* de Errore Profan. relig. num. 21 (*ibid.* p. 32); S. *Hilar. Pictav.* Tract. in Psalm. 124. num. 3, Tract. in Psalm. 144. num. 1; S. *Athanas.* Expos. in Psalm. 98 (opp. t. 1. part. 2a. p. 935); S. *Cyrill. Hierosol.* Catech. 12. num. 18, Catech. 15. num. 28, Catech. 19. num. 8; S. *Ephræm* Comment. in Danielem c. 2 (opp. Syr. Latin. t. 2. p. 206. D); *Didym. Alexandr.* de Trinit. lib. 3. c. 3 (p. 341); S. *Gregor. Nyss.* Testim. adv. Judæos c. 8 (Galland. t. 6. p. 584. B); S. *Ambrosium* de Interpellat. Job et David lib. 2. c. 4. num. 17; S. *Epiphanium* Ancorat. num. 40 (opp. t. 2, p. 45. D, 46); S. *Joann. Chrysost.* in Daniel. c. 2 (opp. t. 6. p. 214-217); S. *Hieronymum* Comment. in Daniel. c. 2 (opp. t. 5. p. 634); S. *Augustinum* in Joann. Tract. 4. num. 4, Tract. 9. num. 15, in I Joann. Tract. 1. num. 13, Tract. 3. num. 6, in Psalm. 45. num. 12, in Psalm. 47. num. 2, in Psalm. 98. num. 14, Serm. 145. num. 8; S. *Philon. Carpas.* Enarrat. in Cant. c. 4 (Galland. t. 9. p. 746. C); S. *Cyrillum Alexandr.* Dial. 6. de Trinit. (opp. t. 5. part. 1a. p. 624. D, E), Comment. in Zachariam c. 4. § 25 (*ibid.* t. 3. p. 687. C), c. 14. § 107 (*ibid.* p. 804. C, D); *Theodoretum* Comment. in Danielem c. 2 (opp. t. 2. p. 565, 566, 568-570); S. *Prosperum Aquit.* de Promiss. et Prædict. Dei part. 2a. c. 33. num. 74; S. *Proclum Constantinop.* in Natal. Domini orat. 4. num. 1 (Galland. t. 9. p. 627. A), in Laud. S. Dei Genitr. Mariæ num. 6 (*ibid.* p. 635. D); *Cassiodorum* in Psalm. 47 (opp. t. 2. p. 149); etc., etc.

§ III. RELIGIOSA SOCIORUM DANIELIS CONSTANTIA.

I°. *Tentata*

I. Facto regis,

1°. Statuam auream erigentis; *cap.* III, *v.* 1.

2°. Adorationem illius omnibus imperantis, et pœnam ignis non obsequentibus sancientis ; 2-6.

3°. Populum universum sacrilege obsequiosum habentis. 7.

II. Accusatione populari contra Danielis socios, adorationem impiam recusantes, delata ad regem. 8-12.

III. Examine mox instituto,

1°. Rege irato in factum inquirente, adorationem imperante, et minas repetente ; 13-15.

2°. Juvenibus imperata recusantibus, Dei veri potentia confisis, vel ad mortem etiam potius, quam ad scelus paratis. 16-18.

IV. Sententia regis

1°. Prolata cum exaggeratione furoris ac pœnæ ; 19, 20.

2°. Mandata executioni, cum damno ministrorum, sine noxa damnatorum. 21-24.

II°. *Illustrata*

I. Oratione Azariæ,

1°. Benedicentis justitiam judiciorum divinorum contra Judæos et Jerusalem ; 25-28.

2°. Confitentis peccata populi, et pœnas juste inflictas ; 29-33.

3°. Obtestantis per fidem patriarchis datam, per calamitatem totius gentis propositam, per veram pœnitentiam consuetis sacrificiis substitutam ; 34-41.

4°. Exoptantis liberationem et salutem, ad hostium confusionem et Dei gloriam. 42-45.

II. Accessione

1°. Pœnæ in ministros, fornacem succendentes et igne consumptos ; 46-48.

2°. Solatii in Danielis socios, per associationem Angeli et dissipationem ignis. 49, 50.

III. Canticum trium juvenum,

1°. Benedicentium Deum, in templo, arca, et cœlo magis laudabilem et gloriosum ; 51-56.

2°. Evocantium ad Dei laudes, universim omnes creaturas : 57. speciatim

1. Angelos, cœlos, aquas et virtutes cœlestes ; 58-61.
2. Solem, lunam, et stellas ; 62, 63.
3. Nubem, rorem, et ventum ; 64, 65.
4. Ignem, frigus, pruinam, glaciem, et nivem ; 66-70.
5. Noctem et diem, lucem et tenebras, fulgura et nubes ; 71-73.
6. Terram, montes et colles cum germinibus ; 74-76.

7. Fontes, fluvios, maria cum piscibus; 77-79.
8. Volucres cœli, pecora terræ cum hominibus; 80-82.
9. Populum Israel, sacerdotes, et ministros sacros; 83-85.
10. Justorum defunctorum animas, et sanctos adhuc vivos; 86, 87.
11. Tres juvenes beneficium expertos, et bonitatis divinæ præcones; 88, 89.
12. Omnes Dei cultores. 90.

III°. *Comprobata*

I. Consortio angelico, a Nabuchodonosore et aulicis agnito. 91, 92.
II. Illæso corpore et habitu, ab iisdem contemplatoribus perspecto. 93, 94.
III. Elogio regis, Deum horum servatorem confitentis, et sanctum uniceque colendum omnibus decernentis. 95, 96.
IV. Reddito juvenibus honore pristino cum augmento. 97.

§ IV. NARRATIO EPISTOLARIS DE SOMNIO NABUCHODONOSORIS, INTERPRETATIONE DANIELIS, ET EVENTU PRÆDICTIONIS.

I°. *Titulus epistolæ*, a Nabuchodonosore omnibus gentibus inscriptæ,

I. Salutem precatur; 98.
II. Mirabilia scriptori facta narrare constituit; 99.
III. Magnitudinem Dei pro argumento assumit. 100.

II°. *Pars prima narrationis.*

I. Somnium

1°. Nabuchodonosori visum et terrificum; *cap.* IV, *v.* 1, 2.
2°. Magis ad solvendum propositum, non vero solutum; 3, 4.
3°. Ad Danielem, cum certa solutionis spe, delatum. 5, 6.

II. Schema somnii:

1°. Videtur arbor in terræ medio robustissima, altissima, latissima, fertilissima, et alimentis volucrum ac animalium sufficiens; 7-9.
2°. Auditur vigilis vox, imperans hujus arboris cædem, radice tamen ejus salva, sed catenis adstricta; 10-12.
3°. Intelligitur agi de homine per septem annos bestiæ assimilando; idque ad postulationem vigilum et manifestationem supremi Dei dominii. 12-14.

III. Sensus schematis

1°. Postulatus per Nabuchodonosorem a Daniele; 15.
2°. Suspensus per horam a Daniele, sed ad instantiam regis, præmisso voto, denique dari cœptus. 16.

III°. *Pars secunda narrationis.*

I. Interpretatio docet designari

1°. Per speciem arboris, Nabuchodonosorem ejusque monarchiam; 17-19.
2°. Per actionem a vigili imperatam, mutationem Nabuchodonosoris futuram; 20-22.
3°. Per exceptionem de radice additam, reditum ejusdem ad regnum. 23.

II. Consilium ab interprete subjunctum aperit viam declinandæ, aut saltem mitigandæ pœnæ instantis. 24.

IV°. *Pars tertia narrationis.*

I. Universim asserit prædictorum eventum. 25.

II. Speciatim recenset
1°. Tempus definitum, scilicet annum unum a prædictione evolutum; 26.
2°. Occasionem et causam, nempe ambitiosam regis de Babylone complacentiam; 27.
3°. Sententiam dejectionis, voce de cœlo missa promulgatam; 28-29.
4°. Executionem sententiæ, eadem adhuc hora peractam. 30.

III. Consectaria adjungit
1°. Reditum Nabuchodonosoris post septem annos ad sanam mentem, et agnitionem, ac laudem Dei, pro suprema sua voluntate ac potentia omnia disponentis; 31, 32.
2°. Regnum, formam, et auctoritatem, ex optimatum voto et cum magnificentiæ augmento, eidem restituta; 33.
3°. Confessionem, et laudem Dei, in veritate et justitia superbos humiliantis, ab eodem iteratam. 34.

## SECTIO II.

### HISTORIA DANIELIS SUB REGIBUS BALTHASARE ET DARIO.

### § I. SUB BALTHASARE.

I°. *Ænigma*

I. Propositum regi,
1°. Sub convivium magnificentissimum; *cap.* v, *v.* 1.
2°. Ob abusum vasorum sacrorum, et contumeliam veri Dei; 2-4.
3°. Per verba a manu apparente parieti aulæ inscripta; 5.
4°. Cum ingenti perturbatione et terrore regis, rem novam conspicientis. 6.

II. Communicatum a rege cum magis,
1°. Illo promissis amplissimis hos ad explicationem excitante; 7.
2°. His facultatem sibi deesse fatentibus; 8.
3°. Priore hinc et optimatibus vehementer perturbatis. 9.

II°. *Solutionis obtinendæ ratio*

I. Suggesta a regina,

1°. Interpretem mysterii jam comprobatum in regno præsentem asserente; 10, 11.

2°. Danielem hunc esse indicante. 12.

II. Inita a rege,

1°. Danielem ad se evocante; 13.

2°. Æstimationem de eo suam, ex fama conceptam, declarante; 14.

3°. Magorum impotentiam enarrante; 15.

4°. Ipsum ad solutionem promissis excitante. 16.

III°. *Solutionis obtentæ periocha.*

I. Præfatio Danielis, munera recusantis, et interpretationem promittentis. 17.

II. Sermo ejusdem, solutioni præmissus,

1°. Commemorat Nabuchodonosoris

1. Magnitudinem et potentiam primam divinitus concessam; 18, 19.

2. Superbiam dein amissione regni et commercii humani, donec resipisceret, a Deo castigatam; 20, 21.

2°. Exprobrat Balthasari arrogantiam, ingratitudinem, sacrilegum vasorum abusum, et cultum idololatricum; 22, 23.

3°. Indicat hanc esse causam decreti ad parietem scripti. 24.

III. Solutio ipsa data,

1°. Primum per lectionem trium vocabulorum; 25.

2°. Deinde per sensum et explicationem eorumdem. 26-28.

IV. Honor solventi a rege collatus. 29.

IV°. *Complementum vaticinii*,

I. Cæde Balthasaris sub eamdem noctem secuta: 30.

II. Regno ad Darium Medum sexagenarium translato. 31.

## § II. SUB DARIO MEDO.

I°. *Periculum Danielis*

I. Natum

1°. Partim occasione honoris præcipui, quam Darius Danieli, primariis tribus ministris eum accensendo et supremum etiam designando, contulit; *cap.* VI, *v.* 1-4.

2°. Partim æmulatione et invidia satraparum, quantumvis nihil mali in Daniele invenientium. 4.

II. Concitatum a satrapis,

1°. Consilium et medium perdendi Danielis ex ejus religione desumentibus; 5.

2°. Idem regi subdole proponentibus, sub formula petitionis, 6.

1. Ne quis triginta dierum spatio quidpiam a quopiam, præterquam a rege, rogare ausit; 7.

2. Ut hoc decretum sub mortis pœna sanciatur, et violari a nemine queat; 8.

3°. Assensum regium obtinentibus. 9.

III. Propius admotum,

1°. Per Danielem, more consueto, preces ad Deum domi suæ fundentem et a satrapis observatum; 10, 11.

2°. Per satrapas Danielem hinc legis violatæ reum accusantes; 12, 13.

3°. Per regem, tergiversatum quidem aliquandiu, sed urgentibus satrapis demum cedentem. 14-16.

IV. Illatum et incumbens,

1°. Per missionem Danielis in lacum leonum; 16.

2°. Cum cautela tamen, et signaculis ostio lacus additis; 17.

3°. Nec sine tædio regis, incœnis et per totam noctem insomnis. 18.

II°. *Indemnitas ejusdem*

I. Indagata a rege,

1°. Primo mane ad lacum festinante; 19.

2°. Danielem inclamante et alloquente. 20.

II. Comperta, Daniele

1°. Regem salutante; 21.

2°. Dei tutelam et suam innocentiam contestante. 22.

III. Vindicata, ad regis mandatum,

1°. Daniele salvo e lacu educto; 23.

2°. Satrapis cum omni familia in lacum conjectis, et per leones consumptis. 24.

IV. Celebrata edicto regio, 25.

1°. Deum Danielis venerandum omnibus proponente; 26.

2°. Ejusdem potentiam, miraculorum operatricem, et in liberationem Danielis conspicuam celebrante. 27.

III°. *Prosperitas Danielis* reliquo Darii regnantis tempore constans. 28.

# PARS PROPHETICA.

## SECTIO I.

### PROPHETIÆ DANIELI REVELATÆ SUB REGIBUS BALTHASARE ET DARIO MEDO.

#### § I. PROPHETIÆ REVELATÆ SUB BALTHASARE.

I°. *Anno regni primo*. Cap. VII, v. 1.

I. Visio bestiarum quatuor e mari totidem ventis turbato surgentium

1°. Generatim proponitur; 2, 3.

2°. Speciatim descripta exhibet

1. Leænam alis instructam et mox privatam, ac tandem humano corde donatam; 4.
2. Ursum triplici dentium ordine munitum, et ad plures devorandos excitatum; 5.
3. Pardum alatum et quadricipitem; 6.
4. Animal cornutum, e cujus decem cornubus tria evulsa, et aliud parvum ex eorum medio ortum, oculis et ore donatum. 7, 8.

II. Spectaculum succedens

1°. In Antiquo dierum; cujus species, thronus, ambitus, ministerium et judicium describitur; 9, 10.

2°. In bestiis; quarum quarta intersecta et combusta, tres priores potestate et longævitate mulctatæ notantur; 11, 12.

3°. In Filio hominis; cui potestas summa, cum imperio in omnes, ab Antiquo dierum collata conspicitur. 13, 14 (1).

(1) Cf. *Justin.* Apol. 1a. num. 51, et Dial. cum Tryphone num. 31; S. *Irenæum* contr. Hæres. lib. 4. c. 20. num. 11; *Tertull.* contr. Marcion. lib. 3. c. 7, lib. 4. c. 39, 41, contr. Judæos c. 14, de Carne Christi c. 15; S. *Hippolyt.* de Christo et Antichristo num. 19-28, 44 (Galland. t. 2. p. 424–427, 431, 432), Fragm. Comment. in Daniel. num. 1, 2 (Daniel secund. Septuaginta, pag. 96-98); S. *Cyprian.* Testimon. adv. Judæos lib. 2 c. 26; *Lactant.* Divin. Institut. lib. 4. c. 12, 21, Epitom. Divin. Instit. c. 47; *Adamant.* de Recta in Deum Fide sect. 1a. (Origen. opp. t. 1. p. 819. A); *Eusebium Cæsar.* Demonstr. Evang. lib. 9 (p. 456. B), contr Marcell. Ancyran. lib 1. c. 1 (p. 82), de Eccles. Theolog. lib. 3 c. 17 (p. 188), Comment. in Luc. (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 4. p. 197), Demonstr. Evang. lib. 15 (*ibid.* p. 314, 315), Comment. in Psalm. 96 (Montfauc. nov. collect. Patrum t. 1. p. 687, 640); S. *Jacob. Nisiben.* Serm. 5. de Bello, num. 12-17 (Galland. t. 5. p. XXXVIII et seqq.); *Jul. Firmicum Matern.* de Errore Profan. Relig. num. 25 (*ibid.* p. 34); S. *Hilar. Pictav.* Tract. in Psalm. 144. num. 1; *Marcum Diadochum* contr. Arianos num. 8 (Galland. t. 5. p. 248. C); S. *Optatum Milevit.* de Schism. Donatist. lib. 3 num. 8 (*ibid.* p. 483); S. *Cyrill. Hierosol.* Catech. 15. num. 12-17,

**III. Interpretatio utriusque**

1°. Rogata universim a Daniele, his visis perterrito; 15, 16.

2°. Reddita ab assistentium uno, enuntiante per quatuor bestias totidem regna intelligi; quibus dein regnum sanctorum sempiternum succedat; 17, 18.

3°. Desiderata speciatim de bestia quarta, iterato hic descripta; 19-22.

4°. Data ab eodem assistente,

1. Exponente bestiam hanc de regno quarto, superiore prioribus et vastatore universi; cornua decem, de decem regibus; cornu singulare alia tria conterens, de rege tres alios subigente; 23, 24.

2. Describente hujus blasphemias, tyrannidem et dominatum per tres annos cum dimidio, ac interitum tandem decretum; 25, 26.

3. Addente mentionem de regno Dei sempiterno cum sanctis communicato. 27.

**IV. Conclusio narrationis facta a Daniele, suum dolorem et observatum cum silentio secretum confesso. 28.**

**II°. *Anno regni tertio.***

**I. Visio, Danieli in porta Ulai urbis Susæ consistenti facta, *cap.* VIII, *v.* 1, 2.**

1°. Arietis, duobus cornubus, quorum unum altero majus, instructi, contra tres mundi plagas ventilantis, et omnes bestias subigentis; 3, 4.

2°. Hirci, cornu ingenti armati, ab occidente contra arietem procurrentis; 5, 6.

3°. Certaminis inter utrumque, et arietis devicti; 7.

4°. Cornuum quatuor e confracto hirci cornu enatorum, et quinti ex his surgentis, ab initio modici, postea autem grandis; 8, 9.

27; S. *Basil.* Epist. 46 (alias, 5.), num. 5; S. *Ephræm* Comment. in Daniel. c. 7 (opp. Syr. Latin. t. 2. p 215. F, 216), Serm. adv. Hæres. 32 (*ibid.* p. 511. E), in Adventum Domini (opp. græc. t. 3. p. 247); *Didym. Alexandr.* de Trinit. lib. 3. c. 20 (p. 390); S. *Gregor. Nyss.* Testim. adv. Judæos c. 9 (Galland. l. 6. p. 587. D, 588. A), de Cognit. Dei Fragm. 14 (*ibid.* p. 712. C); S. *Epiphan.* Hæres. 57, num. 8 (opp. t. 1. p. 487. C); S. *Joann. Chrysost.* contr. Judæos ac Gentiles num. 11 (opp. t. 1. p. 578), in Danielem c. 7 (opp. l. 6. p. 236-243); *Rufinum Aquileiens.* in Symbolum num. 34 (opp. p. 96); S. *Hieronymum* in Danielem c. 7 (opp. t. 5. p. 670-672); S. *Augustinum* de Civit. Dei lib. 20. c. 23. num. 1, lib. 22. c. 3, contr. Faustum Manich. lib. 12. c. 44; S. *Philonem Carpas.* Enarrat. in Cant. c. 1 (Galland. l. 9. p. 725. B); S. *Cyrillum Alexandr.* de Adorat. in Spiritu, lib. 4 (opp. l. 1. sect. 2ª. p. 113. B), in Joann. lib. 1. et 2 (*ibid.* l. 4. p. 22, 23, 172), Dialog. 6. de Trinit. (*ibid.* t. 5. part. 1ª. p. 614, 615), Scholia de Incarnat. c. 26 (*ibid.* p. 795), contr. Julianum lib. 8 (opp. t. 6. p. 283), Fragm. in Danielem (Mai. nov. Patrum. biblioth. t. 2. p. 468); *Theodoretum* Comment. in Danielem c. 7 (opp. t. 2. p. 633. C, et seqq.), Hæretic. Fabular. lib. 5. c 22 (*ibid.* t. 4. p. 299), Interpret. in Psalm. 96 (*ibid.* t. t. p. 786. A); S. *Maximum Taurin.* de Capit. Evang. (opp. p. 767); *Zacchæum* Consult. lib. 2. c. 6 (Galland. t. 9. p. 227. D); *Evagrium* Alterc. cum Simone Judæos (*ibid.* p. 255. D), etc. etc.

5°. Cornu hujus quinti contra stellas et Deum protensi, et sanctuarium cum sacrificiis evertentis; 10-12.
6°. Colloquentium de vastitatis hujus duratione per annos sex cum mensibus aliquot. 13, 14.

II. Præparatio ad interpretationem :
1°. Danielis conatus pro intelligendo mysterio; 15.
2°. Viri apparentis imperium Gabrieli datum, pro aperiendo mysterio; 16.
3°. Gabrielis accessus, alloquium Danieli conterrito factum, et pollicitatio explicationis data. 17-19.

III. Interpretatio
1°. Arietis, de rege Medorum et Persarum; 20.
2°. Hirci, et cornu inter ejus oculos grandis, de rege Græcorum primo; 21.
3°. Cornuum quatuor ex illo confracto enatorum, de quatuor regibus Græcis, potentia minoribus; 22.
4°. Cornu quinti, de successore impudente, astuto, aliunde potente, vastatore universi, interfectore plurimorum, divinitus contrito. 23-25.

IV. Conclusio
1°. Gabrielis visionem, longo post tempore complendam, occultari jubentis; 26.
2°. Danielis, languore hinc et morbo aliquandiu afflicti, postea quidem officium suum agentis, sed sensum visionis integrum non scientis. 27.

§ II. PROPHETIÆ REVELATÆ SUB DARIO MEDO.

I°. *Prævia ad prophetiam :*

I. Danielis conjectura de proximo captivitatis fine,
1°. Facta anno regis primo; *cap.* IX, *v.* 1.
2°. Desumpta ex sermone Dei ad Jeremiam; 2.
3°. Comitata proposito deprecandi Deum in jejunio et pœnitentia. 3.

II. Oratio ejusdem
1°. Incipit ab invocatione et laude Dei; 4.
2°. Procedit per confessionem propriæ culpæ, et natæ hinc confusionis; 5-9.
3°. Continuat per accusationem peccatorum omni tempore commissorum, et commemorationem vindictæ a Deo sæpius immissæ; 10-14.
4°. Finit per obsecrationem divinæ misericordiæ, deprecationem culpæ, et postulationem restaurandæ urbis ac templi. 15-19.

II°. *Prophetia ipsa*

I. Allata,
1°. Daniele adhuc orante; 20.

2°. Gabriele sub sacrificii vespertini tempus advolante, Danielem promissis consolante, et ad attentionem excitante. 21-23.

II. Pronuntiata,

1°. Complexim de hebdomadis septuaginta abbreviatis, pro ablatione peccatorum, complemento prædictionum, et unctione sancti sanctorum. 24.

2°. Divisim

1. De hebdomadis septem, intra quas ædificetur Jerusalem; 25.
2. De hebdomadis sexaginta duabus, post quas occidatur Christus, desinat esse populus Dei, et vastetur templum cum urbe; 26.
3. De hebdomada una, in cujus dimidio primo stabiliatur novum testamentum; altero cesset lex vetus abrogata, et duret desolatio templi sempiterna. 27 (1).

## SECTIO II.

### PROPHETIÆ DANIELI REVELATÆ SUB REGE CYRO.

I°. *Apparatus historicus.*

I. Notantur circumstantiæ, scilicet

1°. Tempus, quod erat regnantis Cyri annus tertius, mensis primi dies vigesimus quartus; *cap.* x, *v.* 1, 4.

2°. Status Danielis, qui erat luctu et trium hebdomadarum jejunio extenuatus; 2, 3.

3°. Locus, qui erat ripa Tigris. 4.

II. Describitur scena

1°. Gabrielis, secundum vestitum et totius corporis habitum, splendidi ac gloriosi; 5, 6.

2°. Sociorum Danielis, præ terrore diffugientium; 7.

3°. Danielis remanentis quidem, sed exhausti omnibus viribus et in faciem prostrati. 8, 9.

(1) Cf. *Matth.* xxiv, 15; *Marc.* xiii, 14; *Luc.* xxi, 20; S. *Barnab.* Epist. c. 4 et 16; *Clement. Alexandr.* Stromat. lib. 1 (opp. p. 330 et seqq. 340, 341); *Tertull.* contr. Judæos c. 8, 11, 13; S. *Hippolyt.* de Christo et Antichristo num. 43 (Galland. t. 2. p. 431), Fragm. Comment. in Daniel. num. 15 et seqq. (Daniel secund. Septuaginta p. 106 et seqq.); *Origen.* contr. Celsum lib. 6. num. 46 (opp. t. 1. p. 664, 665), Comment. in Matth. num. 40 (opp. t. 3. p. 858 et seqq.); *Eusebium Cæsariens.* Demonstr. Evang. lib. 8 (p. 381 et seqq.) lib. 15 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 4. p. 315); S. *Jacob Nisib.* Serm. 16. quod Christus sit Deus, num. 8 (Galland. t. 5. p. cx, cxi), Serm. 17. Confut. adv. Judæos num. 5 et 6 (*ibid.* p. cxii–cxxiv); S. *Athanas.* de Incarn. Verbi Dei, num. 39 (opp. t. 1. part. 2a. p. 64); S. *Cyrill. Hieros.* Catech. 12. num. 19; S. *Ephræm* Comment. in Daniel. c. 9 (opp. Syr. Latin. t. 2. p. 221, 222); S. *Joann. Chrysost.* contra Judæos Homil. 5. num. 9-12 (opp. t. 1. p. 643-647), contr. Judæos ac Gentiles num. 17 (*ibid.* p. 582. C); S. *Hieronymum* Comment. in Danielem c. 9 (opp. t. 5. p. 681–696); S. *Augustinum* contr. Faustum Manichæum lib. 12. c. 44; *Theodoretum* Comment. in Danielem c. 9 (opp. t. 2. p. 637-647. A); S. *Prosperum Aquit.* de Promiss. et Prædict. Dei part. 2a. c. 35. num. 78; etc., etc.

III. Enarratur tum actio tum sermo Gabrielis,

1°. Danielem erigentis primum in genua et manus, tum supra pedes; 10, 11.

2°. Eumdem edocentis tum de exauditis precibus, tum de mora per Angelum Persarum interjecta, per auxilium autem Michaelis sublata; 12-14.

3°. Hunc ipsum denique, præ reverentia loqui non ausum, ad loquendum incitantis. 15, 16.

IV. Refertur colloquium Danielis cum Gabriele,

1°. Illo defectum virium et impotentiam loquendi ex visis ortam causante; 16, 17.

2°. Hoc illum confortante per contactum, et excitante per pacis apprecationem; 18, 19.

3°. Illo jam confortatum se sentiente et profitente; 19.

4°. Hoc causam sui adventus indicante: scilicet secutura posthinc prælia, et futura in his ab uno Michaele auxilia. 20, 21.

II°. *Sermo propheticus*, annuntiatus a Gabriele Darium jam sub regni initia confirmante, *cap.* XI, *v.* 1, 2.

I. De imperio Persarum: ex quibus regum nonnisi trium, et quarti ditissimi mentio fit. 2.

II. De imperio Græcorum: quorum rex primus potestate excellit, sed regnum inter quatuor dividendum relinquit. 3, 4.

III. De regibus Ægypti et Syriæ:

1°. Bellum Ægyptii contra Syrum; pax matrimonio conciliata; fructus hinc speratus per cædem prolis et matris frustratus; 5, 6.

2°. Sororis occisæ ultor Ægyptius subiget et expilabit Syriam; 7-9.

3°. Hæres Syriæ, primo contra Ægyptum tentamine victus, altero contra eumdem et socios, inter quos Judæi decepti, victor, recuperabit Syriam et plectet Judæam; 10-16.

4°. Idem, vi et fraude contra Ægyptum incassum tentata, capiet quidem insulas, principibus earum contumeliose habitis, ipse tamen, opprobriis aliunde affectus, domum reversus vitam amittet; 17-19.

5°. Hujus successores, alter iners et inglorius occumbit morte obscura; alter obsidatu elapsus, tutelæ nomine regno potitus, bello et arte tum regii hæredis vindices, tum fœdere junctos Judæos vincet et affliget; 20-24.

6°. Posterioris hujus

1. Expeditio contra Ægyptum altera, proditione Ægyptiorum prospera, dolis tamen utriusque partis minus succedentibus, finitur cum uno spoliorum lucro; altera jam suscepta Romanorum jussu intermittitur; 25-31.

2. Sacrilegium contra templum, et crudelitas contra Judæos; quorum alii perfidi simulatores, alii inter tormenta et vincula fideles et constantes, aliqui religioni sublevandæ intenti; 31-35.

3. Impia arrogantia contra Deum verum, profusio libidinis in fœminas, superstitiosa molitio pro novi idoli cultu; 36-39.
4. Expeditio prior Ægyptiaca hic uberius exposita, per causam ab Ægyptio datam, per profectionem Syri gloriosam, populis in itinere aliis victis aliis intactis, per exspoliationem Ægypti et percursionem Lybiæ ac Æthiopiæ confectam, per acceleratum ex sparso de Judæis rumore reditum, per castrametationem in Judæa et occupationem montis ac templi secutam. 40-45.

### IV. De novissimis temporibus: in his futura prædicitur

1°. Pugna Michaelis pro populo Dei, magnitudo angustiarum, salus prædestinatorum; *cap.* XII, *v.* 1.
2°. Resurrectio mortuorum, aliorum quidem ad vitam, aliorum ad confusionem æternam; 2 (1).
3°. Gloria doctorum alios ad justitiam erudientium, resplendens perpetuo instar firmamenti et stellarum. 3.

## III°. *Scena finalis.*

### I. Gabriel concludit sermonem, indicata veritate dicti, obscuritate sensus, et longinquitate eventus. 4.

### II. Visio et colloquium inter Angelos:

1°. Apparent duo Angeli stantes ad ripas fluvii mutuo oppositas; 5.
2°. Eorum unus quærit ex Gabriele tempus, quo prædicta sint eventura; 6.
3°. Gabriel, præmisso jurejurando, definit tempus, et post dispersionem sanctorum factam eventum ipsum. 7.

### III. Colloquium Danielis cum Gabriele:

1°. Illo interrogante de horum mirabilium fine; 8.
2°. Hoc, responsionis loco,
   1. Danielem leviter reprehendente, arcanum servari docente, et eventum etiam olim futurum vel tunc a justis duntaxat intelligendum asserente; 9, 10.
   2. Tempus, post ablatum juge sacrificium et positam desolationem, duplex designante; 11, 12.
   3. Mortem Danielis, hæc tempora præventuram, et beatam resurrectionem prædicente. 13.

(1) Cf. S. *Irenæum* contr. Hæres lib. 4. c. 26. num. 1; S. *Hippolyt.* de Christo et Antichristo num. 65 (Galland. t. 2. p. 441); *Origen.* contr. Celsum lib. 5. num. 10 (opp. t. 1. p. 584); S. *Cyrill. Hierosol.* Catech. 15. num. 17; S. *Ambros.* Enarrat. in Psalm. 1. num. 51, de Excess. Fratris lib. 2. num. 65, 66; *Rufinum Aquileiens.* in Symbolum num. 41 (opp p. 103); S. *Hieronymum* in Danielem c. 12 (opp. t. 5. p. 725, 726); S. *Augustinum* de Civit. Dei lib. 20. c. 23. num. 2, lib. 22. c. 3; *Theodoretum* Comment. in Danielem c. 12 (opp. t. 2. p. 692-694); S. *Fulgentium* Resp. 9. contr. Arianos (opp. p. 64, 65); etc., etc.

# FRAGMENTA HISTORICA.

## § I. HISTORIA SUSANNÆ.

I°. *Prosopographia*

I. Susannæ :

1°. Secundum conjugium cum Joakim, et corporis animique habitum; *cap.* XIII, *v.* 1, 2.

2°. Secundum familiam et parentes optimos; 3.

3°. Secundum habitationem et conversationem. 4.

II. Duorum seniorum seu judicum :

1°. Secundum officium et animi comparationem; 5.

2°. Secundum consuetudinem agendi quotidianam; 6, 7.

3°. Secundum affectus propensionem, et natam ex Susannæ aspectu concupiscentiam; 8-10.

4°. Secundum reciprocum affectus sui celandi studium; 11-13.

5°. Secundum mutuam tandem sensuum suorum invicem aperiendorum confidentiam, et in facinus consensum. 14.

II°. *Molitio sceleris.*

I. Occasio ad eamdem

1°. Data innocenter ex parte Susannæ, cum duabus puellis ad se lavandam in hortum secedentis; 15.

2°. Captata maligne a duobus senioribus ibidem absconditis; 16.

3°. Promota imprudenter ab ancillis, ad jussa heræ ex horto digressis. 17, 18.

II. Sollicitatio scelesta

1°. Facta a duobus nequam, latebras relinquentibus, et ad adulterium, interposita simul comminatione, allicientibus; 19-21.

2°. Repulsa a Susanna, electionem utrinque funestam ponderante, mori tamen potius quam fœdari eligente. 22, 23.

III. Diffamatio Susannæ

1°. Edita, per clamorem seniorum, clamori Susannæ prævalentium; 24.

2°. Vulgata, per ostii reserationem et famulitii curiosi accursum; 25, 26.

3°. Amplificata, per mendacem seniorum calumniam et famulorum erubescentiam. 27.

III°. *Causa criminalis*

I. Inducta in forum,

1°. Per congregationem populi ad Joakim, et nefarium seniorum consilium; 28.

2°. Per evocationem et adductionem Susannæ, familia sua stipatæ; 29, 30.

3°. Per detectionem Susannæ formosissimæ, a prava seniorum cupiditate imperatam, cum fletu amicorum conjunctam; 31-33.

4°. Per præstitum ab accusatoribus solemne juramentum, Susannæ tamen nec fletu, nec in Deum fiducia vacuum. 34, 35.

II. Actitata a senioribus

1°. Narrantibus, Susannam primum cum puellis hortum ingressam; has vero dein clausis ostiis dimissas; 36.

2°. Mentientibus, adolescentem prius ibidem absconditum mœchatum cum illa, ipsis vero accurrentibus, elapsum; 37-39.

3°. Addentibus contra Susannam, quantumvis negare ausam, juratum testimonium. 40.

III. Definita a populo, senioribus credente, et Susannam mortis ream pronuntiante. 41.

IV. Parata ad executionem:

1°. Susanna quidem suam innocentiam contestante, sed mortem jam expectante; 42, 43.

2°. Deo quidem querelas exaudiente, sed adhuc dissimulante; 44.

3°. Ductu ad supplicii locum jam ordiente. 45.

IV°. *Peristasis judicialis.*

I. Executio primum suspensa,

1°. Daniele juvene divinitus excitato, et mundum se a sanguine innocuo hic effundendo exclamante; 45, 46.

2°. Populo hujus contradictionis rationem postulante; 47.

3°. Illo, ob iniquum ex falso testimonio judicium, quæstionem renovari postulante; 48, 49.

4°. Populo et senioribus etiam reditum festinantibus, et postulatum honorifice suscipientibus. 50.

II. Examen dein institutum a Daniele,

1°. Jubente duos hos accusatores simul ac testes separari ab invicem; 51.

2°. Evocante ad se primum,

1. Eumdemque, præmissa iniquitatis in judiciis alias commissæ exprobratione, sciscitante sub qua arbore patratum sit facinus; 52-54.

2. Ad hujus schinum nominantis responsum, arguente de mendacio, et pœnam mortis cum arboris nomine correspondentem prædicente. 54, 55.

3°. Accersente ad se alterum,

1. Eumdemque, præmissa libidinis alibi permissæ, hic autem rejectæ, exprobratione, similiter interrogante; 56, 57.

2. Ad hujus prinum nominantis responsum, similia pronuntiante. 58, 59.

III. Sententia demum reformata,

1°. Populo Deum innocentum salvatorem laudante, seniores convictos ad talionem damnante, et juxta legem Moysis occidente; 60-62.

2°. Parentibus, marito et cognatis Susannæ, ob hujus innocentiam, Deum collaudantibus; 63.

3°. Daniele hinc et deinceps ab omnibus honorato. 64.

* Mentio subjuncta de morte Astyagis et successione Cyri in regno. 65.

### § II. TRIPLEX DANIELIS VICTORIA.

**I°.** *Victoria de fraudibus sacrificulorum.*

I. Occasio contentionis :

1°. Impensæ ad Beli sustentationem ingentes et quotidianæ; regis in amorem Danielis et in cultum idoli propensio ; *cap.* XIV, *v.* 1-3.

2°. Colloquium regis cum Daniele : illo hunc de causa negati cultus interrogante, et per convivium quotidie consumptum convincere studente; hoc unum Dei viventis cultum sibi probari respondente, et Belum nonnisi idolum ex luto et ære conflatum asserente ; 4-6.

3°. Conditio mortis posita a rege sacrificulis, ni probent impensas consumi a Belo; Danieli autem, si probaverint. 7, 8.

II. Tentamen susceptum

1°. A sacrificulis, numero et familia multis, 9.

1. Sub mortis pœna pollicitis, apposita Belo fercula, occlusis omnibus ostiis, absumptum iri ; 10, 11.

2. Spondentibus sibi victoriam, ob introitum templi secretum. 12.

2°. A rege cibos apponente; a Daniele etiam, cribrato cinere totum templi pavimentum per servos conspergente, ostiaque claudente, et annulo regis obsignante. 13.

III. Fallacia strophæ

1°. Adornata a sacrificulis, sub noctem, per occultum aditum, ingressis et oblata depastis ; 14.

2°. Examinata, sed non perspecta a rege, ex vacuitate mensæ observata argumentum credulitatis suæ capiente ; 15-17.

3°. Detecta a Daniele, ex vestigiis diversæ ætatis ac sexus cineri strato impressis, deceptores ostendente; 18, 19.

4°. Declarata a sacrificulis in vincula conjectis, fatentibus fraudem et aditum indicantibus ; 20.

5°. Punita a rege occisione sacrificulorum, a Daniele eversione idoli et templi. 21.

**II°.** *Victoria de superstitione Babyloniorum.*

I. Draconis cultus

1°. A Babyloniis celebratus ; 22.

2°. A rege Danieli commendatus ; 23.

3°. A Daniele recusatus. 24.

II. Cultus hujus indignitas ,

1°. Ostendi permissa Danieli a rege ; 25.

2°. Demonstrata cum sarcasmo a Daniele, per offam ex pice, adipe et pilis confectam , inditam draconi , et mortis ex diruptione viscerum secutæ procreatricem 26.

**III°.** *Victoria de hominum furore et leonum voracitate.*

I. Furor Babyloniorum

1°. Irritatus, utroque facto præcedente, contra regem et Danielem ; 27.

2°. Progressus ad postulandam, sub additis in regem minis, traditionem Danielis; 28.

3°. Plene effusus per Danlelis, a rege necessitate compulso concessi, dejectionem in lacum leonum. 29, 30.

II. Voracitas leonum, subtractis per sex dies consuetis alimentis, concitata, et tamen abstinens a Daniele. 30, 31.

III. Alimonia Danielis

1°. Parata ab Habacuc, cibis ad messorum refectionem destinatis; 32.

2°. Deferenda illi ab eodem, ex mandato divino; 33.

3°. Delata etiam ab Habacuc, primum excusante stationem sibi ignotam, tum per Angelum capillis apprehenso, et translato Babylonem in leonum lacum; 34, 35.

4°. Oblata ab eodem bajulo, Danielem ad prandium excitante; 36.

5°. Sumpta a Daniele, Deum sui memorem prædicante, Angelo postea Habacuc ad suam stationem restituente. 37, 38.

IV. Incolumitas Danielis post septiduum usurpata oculis a rege,

1°. Dei magnitudinem hinc confitente, et Danielem extrahente; 39, 40.

2°. Auctores intentati in Danielem supplicii in lacum projiciente, et mox devoratos conspiciente; 41.

3°. Deum Danielis omnibus colendum proponente, et tanquam salvatorem ac miraculorum patratorem celebrante. 42.

# PROPHETIA OSEE.

## PRÆNOTIO.

INSCRIPTIO PROPHETIÆ, NOMINATIO COÆVORUM REGUM, INITIUM VATICINATIONIS. *Cap.* I, *v.* 1, 2.

### § I. ACTIO ÆNIGMATICA

I°. ***Proposita signo.***

I. Turpitudo idololatriæ exhibetur sub schemate matrimonii cum fornicaria initi : ubi occurrit

1°. Præceptum prophetæ datum de ducendo scorto in uxorem, et applicatio fit ad scortationem spiritualem synagogæ; 2.

2°. Executio præcepti. 3.

II. Gravitas et successio pœnarum exhibetur sub schemate prolium ex hoc matrimonio natorum : ubi repræsentatur,

1°. Sub schemate filii, *Jezrahel* appellati, extinctio tertiæ stirpis regiæ Israelitarum, et secuta tum perturbatio, tum depopulatio sub Theglatphalassare ; 4, 5.

2°. Sub schemate filiæ, *absque misericordia* nuncupatæ, extinctio regni et translatio populi Israelitici in captivitatem, sub Salmanassare, salvo tamen Judæ regno contra Sennacherib defenso ; 6, 7.

3°. Sub schemate filii, *non populus meus* nominati, excidium regni Judæ et captivitas Babylonica. 8, 9.

III. Reparatio damni per Ecclesiam Christi exhibetur sub figura Israelis, etiam gentiles in Deum credentes complexi : ubi opponitur

1°. Paucitati, multitudo filiorum: 10.

2°. Exhæredationi, adoptio in prolem ; 10 (1).

(1) In hunc locum et in versiculum vigesimum quartum capitis sequentis Cf. Rom. IX, 24, 25 ; I Petri II, 10 ; S. *Irenæum* contr. Hæres. lib. 1. num. 3 (opp. p. 51, edit. Massuet.); *Origen.* Comment. in Epist. ad Rom. lib. 7. num. 18 (opp. t. 4. part. 1a. p. 617. D, 618); S. *Cyprian.* Testim. adv. Judæos lib. 1. c. 19; S. *Ephræm* Comment. in Hoseam c. 1 (opp. Syr. Latin. t. 2. p. 235. C) ; S. *Ambros.* de Spirit. Sancto lib 2. c. 10. num. 101; S. *Joann. Chrysost.* in Epist. ad Rom. Homil. 16. num. 9 (opp t. 9. p. 618. A); *Rufinum Aquileiens.* in Oseam lib. 1. c. 1 et 2 (opp. Append. p. 402, 412, 413); S. *Hieronymum* in Oseam lib. 1. c. 1 et 2 (opp. t. 6. p. 11, 12, 27, 28) ; S. *Augustinum* in Epist. ad Rom. num. 64, de Civit. Dei lib. 18. c. 28 ; S. *Cyrill.*

3°. Divisioni Judæ et Israelis, adunatio sub uno capite Christo; 11.
4°. Tristi fratrum et sororis augurio, lætior promissio. *Cap.* II, *v.* 1.

II°. *Exposita verbo.*

I. Justitia pœnæ ostenditur, proportione indicata
1°. Inter personas delinquentes, scilicet
1. Synagogam, tanquam matrem; 2, 3.
2. Israelitas, tanquam filios. 4.
2°. Inter delictum et pœnam; quia succedet
1. Evagationi ad idola et idololatras velut amasios, interruptio viæ; 5, 6.
2. Procationi alienæ, repulsa data ab amasiis et a Deo; 7.
3. Possessioni bonorum a Deo datæ, sed perperam idolis adscriptæ, ablatio eorumdem et cultus simul publici religionis; 8-12.
4. Diuturnitati idololatriæ, longinquitas pœnæ. 13.

II. Amplificatio misericordiæ exponitur, promissis
1°. Singulari cura Dei tum per se tum per legatos; 14, 15.
2°. Conversione ad Deum et abjectione idololatriæ; 16, 17.
3°. Immunitate ab omnibus malis; 18.
4°. Inito et confirmato matrimoniali fœdere cum Deo; 19, 20.
5°. Benedictione uberiore, maledictionem convertente in bonum. 21-24.

III°. *Repetita signo et verbo.* Ubi describitur,

I. Sub schemate assumptæ rursus in matrimonium adulteræ, benevolentia Dei synagogam in gratiam recipientis. *Cap.* III, *v.* 1, 2.

II. Sub schemate commercii matrimonialis suspensi, synagoga, post Christi adventum,
1°. Libera quidem a crimine idololatriæ; 3.
2°. Orbata tamen prærogativis politicis et ecclesiasticis. 4.

III. Sub schemate reditus ad David, conversio Judæorum ad fidem Christi sub finem mundi. 5 (1).

*Alexandr.* Comment. in Oseam c. 1. § 8 et c. 2. § 31 (opp. t. 3. p. 28. D, 57. B), Glaphyr. in Genesim lib. 4 et 5 (*ibid.* t. 1. p. 129. D, 165); *Theodoretum* Comment. in Oseam c. 2 (opp. t. 2. p. 711. D); S. *Prosperum Aquit.* de Vocat. omnium gentium lib. 2. c. 18 (opp. p. 907); etc., etc.

(1) Cf. *Origen.* de Princip. lib. 4. num. 8 (opp. t. 1. p. 158), in Librum Judicum Homil. 8. num. 4 (opp. t. 2 p. 475. E, F); *Jacob Nisiben.* Serm. 14, de Pascha num. 2 (Galland. t. 5. p. XCVI), Serm. 17. Confut. adv. Judæos, num. 6 (*ibid.* p. CXXIII. D); S. *Ephræm* Comment. in Hoseam c. 3 (opp. Syr. Latin. t. 2. p. 239. D); *Rufinum Aquileiens.* in Oseam lib. 1. c. 3 (opp. Append. p. 414); S. *Hieronymum* in Oseam lib. 1. c. 3 (opp. t. 6. p. 32, 33); S. *Augustinum* de Octo Dulcitii Quæstionibus quæst. 5. num. 3, de Civit. Dei lib. 18. c. 28; *Cyrillum Alexandr.* Comment. in Oseam c. 3. § 34 (opp. t. 3. p. 61. D, 62), Comment. in Zachariam c. 1. § 2 (*ibid.* p. 651. D, E), Comment. in Malachiam c. 1. § 11 (*ibid.* p. 828. B, C), Glaphyr. in Genesim lib. 5 (*ibid.* t. 1. p. 162, 163), Glaphyr. in Levit. (*ibid.* p. 366), de Adorat. in Spiritu lib. 2 et 12 (*ibid.* sect. 2ª. p. 58. E, 59, 427. E, 428), Homil. Paschali 4 (*ibid.* t. 5. part. 2ª. sect. 1ª. p. 41), in Psalm. 47 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 3. part. latin. p 212); etc., etc.

## § II. ACTIO JUDICIALIS

### I°. *De popularibus.*

I. Accusatio

1°. De deficiente veritate, misericordia et scientia; *cap.* IV, *v.* 1.

2°. De commisso maledicto, mendacio, homicidio, furto et adulterio. 2.

II. Comminatio pœnarum, terræ, hominibus et animalibus imminentium. 3.

III. Declaratio inemendabilitatis. 4.

IV. Indictio extremi supplicii, populum, pseudoprophetas et synagogam oppressuri. 5.

### II°. *De sacerdotibus.*

I. Accusatio

1°. De neglecta populi instructione; 6.

2°. De multitudine peccatorum, officii conditionem dehonestantium; 7.

3°. De officii abusu ad scandalum perverso. 8.

II. Indictio pœnæ

1°. Æqualis cum pœna, populo inflicta; 9.

2°. Facientis, ne satient bona acquisita, nec cessent mala commissa. 10.

### III°. *De tota gente.*

I. Accusatio Israelis cœpta

1°. De idololatrica divinatione; 12.

2°. De superstitioso cultu; 13.

3°. De lascivia feminarum, impune ad idololatriam sequente. 14.

II. Interrupta, interposito ad Judam monito,

1°. Ne is loca sacrilega aut ritus profanos frequentet; 15.

2°. Ne sceleribus et pœnis Israelis participet; 16, 17.

3°. Ne communes cum eo cibos, protectores et sacrificia habeat. 18, 19.

III. Restaurata et aucta

1°. Ex scandalo aliis dato; *cap.* V, *v.* 1.

2°. Ex hypocrisi religionis Deum haud latente; 2, 3.

3°. Ex obstinatione in malo. 4.

IV. Indictio pœnarum utrique regno communium : cujusmodi sunt

1°. Confusio depressionis arrogantiam secutura; 5.

2°. Derelictio a Deo incassum quæsito; 6.

3°. Filiorum corruptio et exterminium repentinum. 7.

V. Amplificatio pœnarum,

1°. Per immissionem belli in terram Israel; 8, 9.

2°. Per effusionem iræ in Judam ; 10.

3°. Per destructionem utriusque ; 11, 12.

4°. Per denegationem vel potius impotentiam auxilii humani contra Dei vindictam et derelictionem. 13-15.

IV°. *De gentis pœnitentia.*

I. Expositio pœnitentiæ susceptæ,

1°. Quoad tempus, consilium et incitationem ; *cap.* VI, *v.* 1.

2°. Quoad motiva, desumpta

1. Ex reparatione damni et mali ; 2.

2. Ex proventu bonorum, ex Christi resurrectione nascentium. 3 (1).

II. Deliberatio de merito Israelis et Judæ. 4.

III. Convictio de defectibus pœnitentiæ ab utroque susceptæ : qui sunt

1°. Levitas et inconstantia resipiscentiæ, licet a Deo omni ratione procuratæ ; 4, 5.

2°. Minor misericordiæ ac obedientiæ cura, quam cerimoniarum ; 6.

3°. Violatio fœderis cum Deo initi ;

4°. Vis et insidiæ contra veros Dei cultores exercitæ ; 8, 9.

5°. Fornicatio spiritualis seu idololatria. 10.

IV. Denuntiatio pacis nonnisi post captivitatem reddendæ. 11.

## § III. ACTIO APOLOGETICA.

I°. ***Apologia vindictæ divinæ, deducta ex peccatis in præsens grassantibus.***

I. Introductio. Voluntas Dei salvandi Israelem

1°. Frustratur malitia Israelis ; *cap.* VII, *v.* 1.

2°. Vindicatur a Deo hostili incursu ; 1.

3°. Perperam accusatur severitatis immeritæ. 2.

II. Peccata in præsens grassantia sunt

1°. Studium placendi regibus et principibus reprobis ; 3.

2°. Frequentia et excessus fornicationis tum corporalis tum spiritualis ; 4.

3°. Luxus et petulantia aulicorum ; 5, 6.

4°. Furor seditiosus in occidendis regibus et dejiciendis magistratibus ; 7.

5°. Commixtio omnium, et conformatio morum cum gentilibus. 8.

(1) Cf. *Tertull.* contr. Marcion. lib. 4. c. 43, contr. Judæos c. 13 ; *Origen.* in Exodum Homil. 5. num. 2 (opp. t. 2. p. 144. F); *Novatian.* de Trinit. c. 9 ; S. *Cyprian.* de Orat. Domin. (opp. p. 504. B, C), Testim. adv. Judæos lib. 2. c. 25 ; *Lactant.* Divin. Institut. lib. 4. c. 19, Epitom. Divin. Instit. c. 47 ; S. *Cyrill. Hierosol.* Catech. 14. num. 14 ; S. *Ephræm* Comment. in Hoseam c. 6 (opp. Syr. Latin. t. 2. p. 240. E); S. *Gregor. Nyss.* Testim. adv. Judæos c. 8 (Galland. t. 6. p. 587. B), de Cognit. Dei Fragm. 16 (*ibid.* p. 713. E); *Rufinum Aquileiens.* in Symbolum num. 30 (opp. p. 92); S. *Hieronymum* in Oseam lib. 2. c. 6 (opp. t. 6. p. 61, 62); S. *Augustinum* de Civit. Dei lib. 18. c. 28 ; S. *Cyrillum Alexandr.* Comment. in Oseam c. 6. § 62 (opp. t. 3. p. 93. D, 94), in Joann. lib. 2 (*ibid.* t. 4. p. 187. B); *Theodoretum* Comment. in Oseam c. 6 (opp. t. 2. p. 720); S. *Prosperum Aquit.* de Promiss. et Prædict. Dei part. 3ª. c. 29. num. 30 ; *Zacchæum* Consult. lib. 2. c. 6. (Galland. t. 9. p. 227 B); etc., etc.

III. Plagæ in præsens inflictæ sunt

1°. Internæ quidem,

1. Stupor mentis, plagas has lethales non sentientis; 9.
2. Pertinacia voluntatis, ad Deum non redeuntis; 10.
3. Stultitia consilii, remedium malorum ab homine quærentis. 11.

2°. Externæ autem,

1. Deceptio et proditio facta ab auxiliariis; 12.
2. Vastitas et deprædatio illata ab hostibus; 13.
3. Prosperitas et adversitas frustrata fructu ab Israelitis; 14, 15.
4. Imperii auctoritas a rebellibus, securitas ab insidiatoribus et conspirantibus, fama a subsannantibus læsa. 16.

II°. *Apologia vindictæ divinæ deducta ex delictis olim commissis.*

I. Introductio. Excitatio prophetæ ad denuntianda Israeli mala: quæ

1°. Probantur justa, ob legem ab Israelitis violatam; *cap.* VIII, *v.* 1.
2°. Impugnantur ab his, exceptione fidei suæ opposita; 2.
3°. Confirmantur repetitione culpæ et indicatione pœnæ. 3.

II. Delicta olim commissa edicuntur:

1°. Creatio regum et principum, Deo inconsulto facta; 4.
2°. Cultus vitulorum aureorum cœptus, continuatus, inveteratus. 4-6.

III. Plagæ hinc immissæ recensentur:

1°. Fructificatio vana, vel direpta; 7.
2°. Despectio ignominiosa apud gentes vicinas; 8-10.
3°. Damnum tum ex malis, scilicet aris idololatricis erectis, tum ex bonis, scilicet legibus a Deo datis, sed contemptis, natum; 11, 12.
4°. Aversio Dei a sacrificiis, et conversio ad punienda peccata Israelitarum; 13.
5°. Vastatio utriusque regni decreta. 14.

## § IV. ACTIO PŒNALIS.

I°. *Exasperatio pœnæ per conversionem bonorum in mala.*

I. Conversio bonorum fortunæ: succedet lætitiæ et abundantiæ, ab idololatria captatæ, *cap.* IX, *v.* 1.

1°. Fames et defectus vini; 2.
2°. Exilium spontaneum aut captivitas; 3.
3°. Turbatio cerimoniarum, pollutio sacrificiorum et cessatio festorum; 4, 5.
4°. Interitus gentis et vastitas terræ instans. 6.

II. Conversio bonorum animi et corporis: commutabitur

1°. Sapientia et prophetia Israelis in stultitiam et deceptionem; 7, 8.
2°. Sanctitas singularis in gravissima et turpissima peccata; 9, 10.
3°. Fœcunditas et gloria in sterilitatem et ignominiam. 11-14.

III. Conversio bonorum status: transferetur

1°. Dilectio populo impensa in aversionem Dei et odium; 15.

2°. Multiplicatio gentis in paucitatem hominum ; 16.
3°. Amicitia et conjunctio in abjectionem et dispersionem omnimodam. 17.

II°. *Exasperatio pœnæ patens ex comparatione.*

I. Comparatio culpæ cum pœna.

1°. Culpa præcedens :
1. Abusus prosperitatis in multiplicationem idololatriæ; *cap.* x, *v.* 1.
2. Hypocrisis et discordia ; 2.
3. Contemptus Dei et regis ; 3.
4. Pravitas consiliorum, fœderum et judiciorum. 4.

2°. Pœna correspondens :
1. Destructio idololatriæ, per vitulum abductum, sacerdotem et populum afflictum ; 5, 6.
2. Ablatio regni et regis; 6, 7.
3. Eversio et vastitas sacrorum, ac populi desperatio. 8.

II. Comparatio indulgentiæ cum pœna :

1°. Refertur indulgentia facta Gabaaitis, quorum reliquiæ remanserant in populo et regione, nec nisi post duplicem victoriam subactæ fuerant ; 9.

2°. Statuitur pœna gravior Israelitis, qui, cum præ Gabaaitis pejus, duplici scilicet corporali et spirituali scortatione, peccaverint, primo hostili incursu victi, Deo urgente, omnes sine exceptione deportabuntur. 10.

III. Comparatio operis ad pœnam : hactenus Israel

1°. Vel facilia tantum et proficua opera obibat ; sed nunc una cum Juda, imposito etiam gravi jugo, subibit difficilia et sterilia ; 11.

2°. Vel perversa operatus est ; et hinc scelerum quidem proventum jam auctum referet, et suas spes vanas ac illusas sentiet. 13.

* Insertum fuit monitum ad rite operandum, exposita fructus spe, et vigente adhuc temporis opportunitate. 12.

IV. Comparatio pœnæ cum pœna :

1°. Sicut munitiones dejectæ, et Salmana cum matre ac prolibus a Gedeone occisus ac deletus fuit ; 14.

2°. Sic Israeli propter peccata fiet, et quidem fato celerrimo. 15; *cap.* xi, *v.* 1.

### § V. ACTIO VARIATA AFFECTIBUS.

I°. *Variatio affectuum circa populum universum.*

I. Exprobratio de beneficiorum abusu :

1°. Eductus fuit populus ex Ægypto (1), et ad cultum Dei vocatus; sed aversus et conversus ad idololatriam ; *cap.* xi, *v.* 1, 2.

(1) Cf. *Matth.* II, 15; *Dionys. Alexandr.* contr. Paul. Samosat. (Labb. collect. concil. t. 1. p. 874. A); *Eusebium Cæsar.* Demonstr. Evang. lib. 9 (p. 426); S. *Athanas.* de Incarnat. Verbi Dei num. 38 (opp. t. 1. part. 1ª. p. 60); *Titum Bostrens.* contr. Manich. lib. 3. num. 6 (Galland. t. 5. p. 332. C); S. *Ambrosium* de Joseph

2°. Deductus fuit per desertum, ex amore et pro medela, sed non agnovit; 3.

3°. Cumulatus fuit beneficiis charitatis, libertatis, et commeatus, sed noluit converti. 4, 5.

II. Comminatio suppliciorum beneficiis oppositorum :

1°. Populus non reducetur quidem in Ægyptum, sed tamen in Assyriam migrabit; 5.

2°. Discordiis mutuis magnam partem conficietur; 6.

3°. Frustra Invocato Dei auxilio, deducetur captivus. 7.

III. Mitigatio vindictæ :

1°. Deliberat Deus inter severitatem et misericordiam; 8.

2°. Decernit, non penitus perdere populum; 9.

3°. Promittit beneficia cum conversione sub finem mundi. 10, 11.

II°. *Variatio circa populum Judæ.*

I. Collatio utriusque populi : propheta

1°. Reprehendit Israelis inobedientiam et hypocrisin, laudat fidelitatem Judæ; 12.

2°. Exaggerat continuatam Israelis nequitiam, et ad homines perfugium; *cap.* XII, *v.* 1.

3°. Insinuat Judæ defectum a pristina fidelitate, eique judicium minatur. 2.

II. Adhortatio Judæ ad bonum :

1°. Motivum incitans proponitur in conditione et exemplo Jacobi patriarchæ : qui

1. Jam in utero materno præferebatur fratri; 3.
2. Postea feliciter luctatus cum Angelo, ab eodem benedicebatur; 4.
3. Deinceps Dei memor et cultor perennavit. 5.

2°. Opus præstandum declaratur, scilicet adhæsio ad Deum, misericordiæ et justitiæ custodia, ac spei perpetuitas. 6.

III. Dehortatio ejusdem a malo :

1°. Malum fugiendum est duplex species injustitiæ, a Chananæis usurpata, et ab Israelitis etiam impudenter jactata. 7, 8.

2°. Motiva ad fugam incitantia sunt

1. Promissio divina quietæ et lætissimæ commorationis in patria; 9.
2. Frequentia prophetarum ad hunc finem missorum; 10.
3. Experimentum divinæ protectionis a Jacobo, et prophetici subsidii a populo Judaico captatum. 12, 13.

3°. Motiva a prosecutione mali absterrentia sunt

1. Inanitas auxilii ab idolis sperati, cognita ex Galaaditarum experimento; 11.

c. 8. num. 45; S. *Joann. Chrysost.* contr. Judæos ac Gentiles, num. 3 (opp. t. 1. p. 561. E, 562. A), in Matth. Homil. 8. num. 3 (*ibid.* t. 7. p. 124. B); *Rufinum Aquileiens.* in Oseam, lib. 3. c. 11 (opp. Append. p. 455); S. *Hieronymum* in Oseam, lib. 3. c. 11 (opp. t. 6. p. 123, 124); *Marium. Mercat.* Confut. Symboli Theodor. Mopsuest. num. 2 (Galland. t. 8. p. 627. A, B); S. *Prosperum Aquit.* de Promiss. et Prædict. Dei, part. 3a. c. 8. num. 9; etc., etc.

2. Indignatio Dei contra Israelem concitata, ultio et ignominia eidem impendens. 14.

III°. *Variatio circa populum Israelis.*

I. Peccatum Israelis exponitur

1°. In suo progressu: quem initiavit vitulorum erectio per Jeroboam, promovit Baalis adoptio, amplificavit promiscua idolorum conflatio, et humanorum sacrificiorum immolatio; *cap.* XIII, *v.* 1, 2.

2°. In suo demerito: quod secuta hinc prosperitatis instabilitas et conversio, atque auxilii divini subtractio ostendit; 3, 4.

3°. In sua ingratitudine: quæ ex beneficiorum collatorum oblivione et abusu patet. 5, 6.

II. Vindicta divina additur: prædicendo

1°. Excidium vi ac insidiis, domi forisque, a Deo inferendum; 7, 8.

2°. Auxilium divinum subtrahendum, humanum autem insufficiens ac frustrandum; 9-11.

3°. Conditionem doloribus afflictissimam, natam ex Dei dissimulatione, et populi ad pœnas stupore. 12, 13.

III. Promissio subjicitur salutis et redemptionis futuræ,

1°. Per Christi resurrectionem, et victoriam de morte ac inferno adhuc revelandam; 14.

2°. Per peccati et pœnæ abolitionem. 15.

## § VI. ACTIO FINALIS.

I°. ***Repetitio***

I. Comminationis, qua Samariæ in peccatis persliluræ intentatur excidium. *Cap.* XIV, *v.* 1.

II. Adhortationis ad pœnitentiam: cujus faciendæ

1°. Ratio datur; 2.

2°. Formula confessionis præscribitur. 3, 4.

III. Promissionis beneficiorum, quorum præcipua nominantur:

1°. Remissio peccatorum per charitatem gratuitam concessa; 5.

2°. Status florens et gloriosus additus; 6, 7.

3°. Abundantia Israeli communis et Judæ singularis. 8, 9.

II°. *Conclusio* commendat dictorum considerationem, laudat observationis justitiam, minatur transgressionis ruinam. 10.

# PROPHETIA JOELIS.

## PROLEGOMENON.

I°. *Inscriptio prophetiæ.* Cap. I, v. 1.

I. Exordium.

1°. Excitatio auditorum ad attentionem; 2.
2°. Exaggeratio rei proponendæ; 2.
3°. Commendatio ejusdem in memoria servandæ. 3.

## SECTIO I.

### DE DIE ET JUDICIO DOMINI POPULO JUDÆ IMMINENTE.

I°. *Antecedens seu præsagum symbolum judicii futuri.*

I. Descriptio vastatæ per insecta Judææ,

1°. Referens insecta
1. Secundum speciem quadruplicem; 4.
2. Secundum multitudinem innumerabilem et vim nocendi maximam. 6.

2°. Enarrans mala illata
1. Vineis et ficubus; 7.
2. Agris et oleis; 10.
3. Arboribus omnibus. 12.

3°. Recensens varios damna perpessos: scilicet
1. Ebrios et vini amantes; 5.
2. Hierosolymæ incolas; 8.
3. Sacerdotes; 9.
4. Agricolas et vinitores. 10, 11.

II. Adhortatio sacerdotum

1°. Ad agendam pœnitentiam, ob defectum sacrificiorum et oblationum; 13.
2°. Ad eamdem prædicandam, ob imminens Dei judicium; 14, 15.
3°. Ad considerandam religionis afflictionem hinc apparentem. 16.

III. Exaggeratio sterilitatis et siccitatis: utpote ex qua

1°. Jumenta computrescunt, ob ruinam stabulorum et defectum necessariorum; 17.
2°. Greges concidunt et pereunt ob penuriam alimentorum, 18.
3°. Herbæ et frutices arescunt; 19.
4°. Fontes exsiccantur, et bestiæ sylvestres enecantur siti. 20.

II°. *Judicium ipsum*

I. Expositum ad incutiendum terrorem :

1°. Universim notando judicii

1. Proximam instantiam ; *cap.* II, *v.* 1.

2. Horrorem, universalitatem et excessum ; 2.

3. Comitatum violentum et vastatorem. 3.

2°. Speciatim enumerando executorum

1. Armaturam, impetum et vim nocendi ; 4-6.

2. Irruptionem, et ordinatam et omnia perstringentem ; 7-9.

3. Robur ac multitudinem, omnia confusione ac terrore complentem. 10, 11.

II. Propositum ad excitandam pœnitentiam : pro qua

1°. Requiritur, tanquam proprietas, sincera cordis conversio et dolor ; 12, 13.

2°. Promittitur, tanquam effectus, remissio culpæ et commutatio pœnæ ; 13, 14.

3°. Suadetur, tanquam adjumentum, communis omnium Judæorum exercitatio ; 15, 16.

4°. Præscribitur, tanquam formula deprecationis, oratio a sacerdotibus facienda. 17.

III°. *Consequens, seu secuturæ ad populi conversionem felicitatis promissio.*

I. Promissio generalis de zelo Dei pro terra, et benignitate pro populo Judæ. 18.

II. Promissio specialis, pertinens ad Testamentum Vetus,

1°. De fœcunditate et abundantia fructuum ; 19.

2°. De malorum et hostium propulsatione, exterminatione et ignominia ; 20.

3°. De regni securitate, splendore et magnificentia ; 21.

4°. De felicitate terræ. 22.

III. Promissio specialior, pertinens ad Testamentum Novum,

1°. De doctore justitiæ et opportunitate gratiæ ; 23.

2°. De donorum et virtutum supernaturalium abundantia ; 24-26.

3°. De præsentia Dei et singulari tutela ; 27.

4°. De effusione donorum Spiritus Sancti. 28, 29 (1).

(1) Cf. *Acta Apostol.* II, 16, 21 ; S. *Justin.* Dialog. cum Tryphone num. 87 ; S. *Irenæum* contr. Hæres. lib. 3. c. 12. num. 1 ; *Clement. Alexandr.* Strom. lib. 5 (opp. p. 590. D); *Tertull.* contr. Marcion. lib. 5. c. 4, 8, 17, contr. Judæos c. 13 ; *Origen* de Princip. lib. 2. c. 7. num. 2 (opp. t. 1. p. 92) ; *Novatian.* de Trinit. c. 29 ; *Euseb. Cæsar.* Comment. in Psalm. 64 (Montfauc. nov. collect Patrum t. 1. p. 312. C, D), in Psalm. 144 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 4 p. 99) ; S. *Jacob. Nisib.* Serm. 15, de Ingressu gentium, num. 3 (Galland. t. 5. p. CIV); S. *Hilar. Pictav.* Tract. in Psalm. 64. num. 4 ; S *Athanas.* Epist. 1. ad Serapionem num. 31 (opp. t. 1. part. 2a. p. 544. A), de Incarn. et contr. Arianos num. 9 (*ibid.* p. 701. A), Exposit. in Psalm. 64 (*ibid.* p. 882. C); S. *Phœbad. Aginnens.* de Fide Orthod. c. 8 (Galland. t 5. p. 264. B) ; S. *Cyrill. Hierosol.* Catech. 16. num. 29, Catech. 17. num. 19 ;

## SECTIO II.

### DE DIE ET JUDICIO DOMINI GENTES OLIM EXSPECTANTE.

I°. *Synopsis prævia:*

I. Recensentur signa judicium præcedentia. 30.

II. Indicatur dies judicii. 31.

III. Prædicitur fidelium salus et evasio ex periculis. 32.

II°. *Adjuncta judicii extremi :*

I. Tempus, post plenam superstitum adhuc Israelitarum conversionem, et sub finem sæculi. *Cap.* III, *v.* 1.

II. Locus, vallis Josaphat. 2 (1).

S. *Ephræm* Comment. In Joel. c. 2 (opp. Syr. Latin. t. 2. p. 252. C); *Didym. Alexandr.* de Trinit. lib. 2. c. 2 et 5 ( p. 116, 143 ), de Spiritu Sancto num. 11 ( opp. S. Hieronymi t. 2. p. 118, 119 ) ; S. *Gregorium Nazianz.* Orat. 41 (alias, 44), num. 13; S. *Gregor. Nyss.* Testim adv. Judæos c. 22 ( Galland. t. 6. p. 594. B); S. *Ambros.* de Spirit. Sancto lib. 1. Prolog. num. 18, et c. 7. num. 85, lib. 2. c. 2. num. 22; S. *Epiphan.* Hæres. 74. num. 4 (opp. t. 1. p. 891. D , 892. A); *Theodorum Mopsuest.* in Joel. c. 2 ( Mai. nov. Patrum biblioth. t. 7. p. 84, 85); S. *Joann. Chrysost.* contr. Judæos ac Gentiles num. 5 (opp. t. 1 p. 565. C), in Epist. ad Ephes. Homil. 2. num. 2 (*ibid.* t. 11. p. 11); S. *Macar. Ægypt.* Homil. 50. num. 4 (Galland. t. 7. p. 157) ; *Rufinum Aquileiens.* Comment. In Joel. c. 2 (opp. Append. p. 494); S. *Hieronymum* Comment. in Joel. c. 2 (opp. t. 6. p. 201–205), In Isaiam lib. 11. c. 40 (opp. t. 4. p. 481, 482) ; S. *Augustinum* de Civit. Dei lib. 18. c. 30. num. 3; S. *Cyrillum Alexandr.* Comment. in Joel. c. 2. § 35 (opp. t. 3. p. 226-230), in Joann. lib. 5, 9 ( *ibid.* t. 4. p. 471. D, E, 814. A, B), de Recta in Deum Fide (*ibid.* t. 5. part. 2ª. sect. 3ª. p. 171), de Sancta et Vivifica Trinit. (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 2. p. 24); *Theodoretum* Comment. in Joel. c. 2 (opp. t. 2. p. 758. D, 759); S. *Maximum Taurin.* Serm. 50; S. *Prosperum Aquit.* de Vocat. omnium gentium lib. 1. c. 9 (opp. p. 861); S. *Fulgentium* Epist. 17, ad Petrum Diaconum c. 31. num. 62 (opp. p. 321), contr. Fabianum Arianum, Fragm. 28 (*ibid.* p. 614); etc., etc.

(1) Cf. *Auctorem anonymum* Operis Imperfecti in Matthæum Homil. 10 ( opp. S. Joannis Chrysostomi t. 6 ), et S. *Hieronymum* Comment. In Joelem c. 3 ( opp. t. 6. p. 206-208 ), quem seqnioris ævi interpretes ut plurimum secuti sunt. Hos inter eminent S. *Julianus Toletanus* (Prognostic. lib. 3. c. 2), et *Haymo Halberstatensis* (in Joel. c. 3 ); Huic expositioni favere etiam videtur *Origenes*, Comment. In Epistolam ad Rom. lib. 9. num. 41 ( opp. t. 4. part. 1ª. p. 662. col. 2. B, C ). Reliquorum autem Patrum antiquiorum major pars de hoc textu prorsus tacet; alii, omissa aut rejecta priori interpretatione, versiculum hunc ad cladem inflictam gentibus, Judæos e captivitate Babylonica reduces impugnantibus, referunt. Ita S. *Ephræm* Comment. In Joel. c. 3 (opp. Syr. Latin. t. 2. p. 253. A, B) ; *Rufinus Aquileiens.* Comment. in Joel. c. 3 (opp. Append. p. 499); S. *Joannes Chrysostomus* in Epist. ad Romanos Homil. 31. num. 4 (opp. t. 9. p. 752. A, B ); *Anonymus auctor* Homiliæ in secundum Domini adventum num. 4 (*ibid.* t. 8. p. 147. B ); *Theodorus Mopsuest.* Comment. In Joel. c. 3 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 7. p. 66 ); S. *Cyrillus Alexandrinus* in Joel. c. 3. § 38 (opp. t. 3. p. 232-235 ), et tandem *Theodoretus* Comment. in eumdem locum Joelis (opp. t. 2. p. 761).

III. Rei evocandi, cum accusationis capitibus:

1°. Gentes universæ, quæ oppresserunt Ecclesiam ; 2, 3.

2°. Speciatim Tyrii, Sidonii et vicini Palæstinæ, hoc est, hæretici, schismatici, apostatæ. 4-6.

IV. Actores vices illis reddituri, fideles suscitandi et ut judices collocandi. 7, 8.

V. Præmonitio judicialis, nihil hic valituram aut multitudinem aut fortitudinem aut armaturam. 9-11.

III°. ***Judicium ipsum:***

I. Mortuorum suscitatio et evocatio. 12.

II. Vivorum ad judicem translatio. 13.

III. Judicandorum multitudo ac divisio. 14.

IV. Judicis sententia

1°. Terribilis impiis; 15, 16.

2°. Benigna et grata fidelibus. 16, 17.

IV°. ***Sequela judicii,***

I. Piorum beata et abundans; 18.

II. Impiorum desolata, perdita, et vindex scelerum; 19.

III. Utrorumque æterna. 20, 21.

# PROPHETIA AMOS.

## PROLEGOMENON.

I°. *Inscriptio prophetiæ*, cum nomine, conditione et tempore prophetæ. *Cap.* I, *v.* 1.
II°. *Synopsis prophetiæ* : consilium Dei vastandi regiones florentissimas, ad vindicandam Sionis gloriam. 2.

## PARS I.

### SERMONES PROPHETICI.

I°. *Prophetia extensa ad plures populos.*
I. Ad populos alienigenas : et quidem
1°. Ad Syros Damascenos; quorum
1. Notantur culpæ; 3.
2. Decernuntur pœnæ. 4, 5.
2°. Ad Gazæos et reliquos Philistæos; quorum
1. Notantur culpæ; 6.
2. Decernuntur pœnæ. 7-8.
3°. Ad Tyrios; quorum
1. Notantur culpæ; 9.
2. Decernuntur pœnæ. 10.
II. Ad consanguineos cum Judæis populos : et quidem
1°. Ad Idumæos; quorum
1. Notantur culpæ; 11.
2. Decernuntur pœnæ. 12.
2°. Ad Ammonitas; quorum
1. Notantur culpæ; 13.
2. Decernuntur pœnæ. 14, 15.
3°. Ad Moabitas; quorum
1. Notantur culpæ; *cap.* II, *v.* 1.
2. Decernuntur pœnæ. 2, 3.
III. Ad populum Dei : et quidem
1°. Ad Judæos; quorum
1. Notantur culpæ; 4.
2. Decernuntur pœnæ. 5.
2°. Ad Israelitas; quorum

1. Enumerantur culpæ; 6-8.
2. Objiciuntur beneficia divinitus accepta; 9-12.
3. Prædicuntur pœnæ nulla ratione declinandæ. 13-16.

## II°. *Prophetia pertinens ad populum Israeliticum.*

### I. Sermo primus, continens præparationem, convictionem, et denuntiationem:

1°. Præparatio auditorum ad habendam fidem,
1. Per anteoccupationem, qua declaratur, electionem Israelis in populum Dei non impedire, sed potius urgere vindictam divinam; *cap.* III, *v.* 1, 2.
2. Per multiplicem probationem, qua ostenditur, prophetis etiam minantibus esse credendum:
α. Quia nonnisi a Deo, et conjuncti cum Deo prædicere possunt certo futura; 3.
β. Quia non minantur, nisi ob crimina jam præsentia; 4.
γ. Quia sicut non temere ac fortuito homines incidunt in mala, sic nec vates prænuntiant; 5.
δ. Quia omnium afflictionum auctor est Deus, atque hinc earum prænuntia commovere debent; 6.
ε. Quia futurorum revelatio est auditoribus utilis, et promulgatio prophetis necessaria. 7, 8.
2°. Convictio Israelis de criminibus quæ a gentibus etiam reprobantur. 9, 10.
3°. Denuntiatio judiciorum Dei et pœnarum, quæ sunt
1. Eversio et spoliatio urbium; 11.
2. Translatio populi omnimoda, paucis exceptis; 12.
3. Destructio altarium in Bethel; 13, 14.
4. Subversio palatiorum et domorum nobilium. 15.

### II. Sermo secundus, continens alternam expositionem culpæ et pœnæ:

1°. Expositio prima
1. Culpæ, lasciviam et violentiam in pauperes complectentis; *cap.* IV, *v.* 1.
2. Pœnæ, excidium et exilium inferentis. 2, 3.
2°. Expositio altera
1. Culpæ, idololatriam multiplicem et cultum sacrilegum exercentis; 4, 5.
2. Pœnæ jam illatæ, sed ab obduratis Israelitis frustratæ; cujusmodi erant
α. Penuria annonæ; 6.
β. Defectus imbrium et aquarum; 7, 8.
γ. Depopulatio frugum per insecta; 9.
δ. Clades et vastitas ab hostibus illata. 10, 11.
3°. Pœnæ imposterum repetendæ, nec ulla ratione devitandæ. 12, 13.

### III. Sermo tertius, continens admixtas adhortationi et exprobrationi prædictiones:

1°. Prædictio summaria
1. De ultimo Israelis excidio; *cap.* v, *v.* 1, 2.
2. De paucitate reliquiarum futura. 3.
2°. Adhortatio prior
1. Evocans Israelem ad Deum, rerum omnium Conditorem potentissimum; 4, 6, 8, 9.
2. Avocans ab idololatria. 5, 6.
3°. Exprobratio criminum, qualia erant
1. Violatio justitiæ et contemptus Dei; 7.
2. Aversio a prophetis, meliora consulentibus; 10.
3. Oppressio pauperum et acceptio munerum. 11-13.
4°. Adhortatio posterior ad vitandum malum et faciendum bonum, maxime in administranda justitia. 14, 15.
5°. Prædictio excidii explicatior,
1. Per universalitatem tum hominum tum locorum; 16, 17.
2. Per frustrationem mediorum in vanum adhibitorum; 18-20.
3. Per ultionem divinam sacrificiis haud placabilem; 21-23.
4. Per commensurationem vindictæ cum præsentibus et præteritis delictis; 24-26.
5. Per translationem captivitatis. 27.

III°. *Prophetia spectans ad totam nationem Hebraicam.*

I. Præmonitio, qua optimates regnorum Judæ et Israelis
1°. Proponuntur nimium confidentes et securi; *cap.* vi, *v.* 1.
2°. Comparantur cum vicinis regnis; 2.
3°. Edocentur de destinata et propinquante afflictione. 3.

II. Enumeratio criminum, utrique regnum communium: scilicet
1°. Mollitiei et libidinis; 4.
2°. Excessus in esu, musica, et potu; 5.
3°. Deficientis misericordiæ erga fratres. 6.

III. Denuntiatio afflictionum: quæ erunt
1°. Traditio urbium in manus hostium; 7, 8.
2°. Evacuatio domorum per frequentes et continuatas mortes; 9-11.
3°. Destructio regni Israelis perpetua, Judæ temporaria; 12.
4°. Impossibilis propriis viribus aut resistentia aut reparatio; 13, 14.
5°. Vastitas omni Palestinæ per Assyrios et Babylonios inferenda. 15.

# PARS II.

## VISIONES PROPHETICÆ.

**I°.** *Visiones tres in controversiam adductæ.*

I. Proponuntur a propheta populo : repræsentabat autem earum

1°. Prima, sub imagine famis ex locustis immissis ortæ, vastationem ex Phulis incursione factam, ad prophetæ tamen preces mitigatam ; *cap.* VII, *v.* 1-3.

2°. Secunda, sub imagine ignis magnam regionis partem absumentis, deportationem aliquot tribuum a Theglathphalasar factam, ad easdem tamen preces cohibitam ; 4-6.

3°. Tertia, sub imagine muri a cæmentario non illiti et hinc collabentis, ruinam regni ob subtractam Dei tutelam eversi. 7-9.

II. Impugnantur ab Amasia sacrificulo idoli in Bethel : qui

1°. Prophetam, tanquam rebellem et seditionis auctorem, defert ad regem ; 10, 11.

2°. Eidem discessum ex Israele imperat, et prophetare contra Bethel prohibet. 12, 13.

III. Vindicantur a propheta : qui

1°. Legationem sibi a Deo extraordinarie delatam declarat ; 14, 15.

2°. Prophetiam jam factam repetit ; 16.

3°. Nova malorum familiæ sacrificuli instantium prædictione confirmat. 17.

**II°.** *Visiones duæ nullam contradictionem passæ.*

I. Earum prior, sub uncini pomorum symbolo data, *cap.* VIII, *v.* 1.

1°. Exponitur per instans Israelis excidium extremum et totale ; 2, 3.

2°. Hoc, tanquam debitum violentiæ, injustitiæ et superbiæ commissæ supplicium, statuitur et juramento confirmatur a Deo ; 4-7.

3°. Eidem adjiciuntur alias et prædicuntur

1. Exilium, et in exilio interitus Israelitarum ; 8.
2. Prosperitatis ac lætitiæ conversio in extremam miseriam et tristitiam ; 9, 10.
3. Penuria, non cibi tantum et potus, sed prophetiæ etiam ac solatii divini ; 11, 12.
4. Juventutis corruptio et impietas. 13, 14.

II. Visio posterior

1°. Refert decretum de Israelitarum ruina et clade, nullo modo declinanda, *cap.* IX, *v.* 1.

1. Ob Dei ubique instantis persecutionem ; 2-4.
2. Ob ejusdem summam in omnia potentiam. 5, 6.

2°. Limitat hujus decreti, ne ad omnes pertineat, latitudinem ;

1. Non quidem ex titulo consuetæ erga populum istum beneficientiæ; 7.
2. Sed ex æquitate justitiæ, peccatores et obduratos perdentis, justos vero aut pœnitentes servantis. 8-10.

3°. Promittit futuram per Christum religionis et Ecclesiæ
1. Suscitationem ac restaurationem; 11.
2. Diffusionem in omnem terram; 12.
3. Felicitatem et abundantiam donorum spiritualium in hac et altera vita. 13-15 (1).

(1) *Cf. Act. Apost.* xv, 15–17; *Tertull.* contr. Marcion. lib. 5. c. 15; *Euseb. Cæsariens.* Demonstr. Evang. lib. 2. c. 3. § 26 (p. 54); S. *Hilar. Pictaviens.* Tractat. in Psalm. 51. num. 16; S. *Cyrill. Hierosol.* Catech. 14. num. 24; S. *Ephræm* Comment. in Amos c. 9 (opp. Syr. Latin. 1. 2. p. 267. D, 268); *Didym. Alexandr.* de Trinit. c. 15 (p. 22); S. *Ambros.* de Incarn. Dom. Sacram. c. 10. num. 115; *Theodorum Mopsuest.* Comment. in Amos c. 9 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 7. p. 138, 139); S. *Joann. Chrysost.* in Joann. Homil. 11 (alias, 10), num. 2 (opp. t. 8. p. 65. A, B); *Rufinum Aquileiens.* Comment. in Symbolum num. 31 (opp. p. 94), Comment. in Amos lib. 2. c. 9 (opp. Append. p. 559); S. *Hieronymum* Comment. in Amos lib. 3 c. 9 (opp. t. 6. p. 354–356); S. *Augustinum* de Civit. Dei lib. 18. c. 28; S. *Cyrillum Alexandr.* Comment. in Amos c. 9. § 84 (opp. t. 3 p. 350), in Joann. lib. 4 (*ibid.* 1 4. p. 402. E, 403); *Theodoretum* Comment. in Amos c. 9 (opp. t. 2. p. 789, 790), Græcarum Affect. Serm. 10 (*ibid.* t. 4. p. 639. C, D); S. *Prosperum Aquit.* de Vocat. omnium gentium lib. 2. c. 18 (opp. p. 907); etc., etc.

# PROPHETIA ABDIÆ.

## INSCRIPTIO

CONTINENS DEI LOCUTIONEM ET GENTIUM EXCITATIONEM, VEL A DEO REPETITAM, VEL AB ALIIS ETIAM PROPHETIS USURPATAM. *v.* 1.

ARGUMENTUM SERMONIS DUPLEX.

I°. *Alterum judiciale contra Idumæos.*

I. Denuntiatio malorum : ubi nominantur

1°. Redactio ad sortem aliis gentibus inferiorem ; 2.
2°. Castigatio superbiæ vane confidentis in regione inaccessa ; 3, 4.
3°. Direptio omnium et consummata exspoliatio ; 5, 6.
4°. Conversio fœderatorum in hostes ; 7.
5°. Inopia consilii et timor panicus. 8, 9.

II. Indicatio causæ horum malorum : hæc

1°. Universim statuitur in injuria populo Dei illata ; 10.
2°. Singillatim exponitur data

1. Per societatem cum hostibus Judæos vexantibus initam ; 11.
2. Per contemptum, malevolam lætitiam, et subsannationem Judæorum devictorum ; 12.
3. Per conjunctam operam in expugnandis urbibus et vastandis agris Judæorum ; 13.
4. Per interceptam Judæorum fugam. 14.

III. Comprobatio justitiæ in hoc judicio :

1°. Quia par pari redditur ; 15.
2°. Quia pro iisdem delictis similes pœnas reliquæ gentes referunt. 16.

II°. *Alterum paracleticum ad Hebræos.* Ubi promittuntur

1. Restitutio Hierosolymæ, templi, et possessionum pristinarum. 17.

II. Victoriæ de Idumæis. 18.
III. Recuperatio totius Palæstinæ. 19.
IV. Dilatatio limitum regni. 20.
V. Securitas conservanda a ducibus et a Deo. 21.

# PROPHETIA JONÆ.

## SECTIO I.

### HISTORIA PRIMÆ MISSIONIS AD NINIVITAS.

I°. *Missio Jonæ divina* ad prædicandum Ninivitis. *Cap.* I, *v.* 1, 2.

II°. *Detrectatio Jonæ*, cogitantis navigio fugere in Tharsis, ad declinandam missionem. 3.

III°. *Castigatio inobedientiæ*,

I. Præparata

1°. Per tempestatem extraordinariam et terrificam; 4, 5.

2°. Per evocationem Jonæ ad communes navigantium contra periculum preces; 6.

3°. Per sortes missas, et Jonam reum designantes. 7.

II. Definita

1°. Ex confessione delicti, ad nautarum quæstionem a Jona deposita; 8-10.

2°. Ex proposita et acceptata Jonæ projectione in mare; 11, 12.

3°. Ex aucto naufragii periculo. 13.

III. Executioni data

1°. Cum nautarum protestatione; 14.

2°. Cum tempestatis sedatione; 15.

3°. Cum Dei vindicis agnitione et veneratione. 16.

IV°. *Liberatio ab interitu* :

I. Cœpta interventu piscis, qui Jonam projectum deglutiit, et intra ventrem per triduum servavit. *Cap.* II, *v.* 1.

II. Celebrata cantico : 2. in quo Jonas

1°. Agnoscit se a Deo exauditum; 3.

2°. Profitetur se ex desperatione instantis interitus erectum in spem; 4, 5.

3°. Descripta periculi magnitudine, nihilominus confidit se evasurum; 6-8.

4°. Promittit melius, quam nautæ idololatræ fecerant, acturum gratias Deo. 9-10.

III. Completa, ejecto per piscis vomitum Jona in continentem. 11.

## SECTIO II.

### HISTORIA SECUNDÆ MISSIONIS AD EOSDEM.

I°. *Missio Jonæ altera* ad Ninivitas. *Cap.* III, *v.* 1, 2.

II°. *Acceptatio missionis* et prædicatio Jonæ. 3, 4.

III°. *Effectus missionis*

I. Prosper ex parte Ninivitarum, qui

1°. Agunt pœnitentiam,

1. Populo fide permoto, et saccis induto; 5.

2. Rege exemplum et imperium dante. 6-8.

2°. Concipiunt spem placandi Deum; 9.

3°. Consequuntur misericordiam et pœnæ indulgentiam. 10.

II. Malignus ex parte Jonæ, qui,

1°. Ex falso zelo, irascitur, et cum imprecatione mortis dolet servari Niniven; *cap.* IV, *v.* 1-3.

2°. Ex correptione Dei non mutatur; 4, 5.

3°. Ex hederæ arefactione in impatientiam et querelas prorumpit; 6-8.

4°. Ex argumento inde desumpto convincitur erroris et malo ordinati zeli. 9-11.

# PROPHETIA MICHÆÆ.

## PRÆFATIO

I°. *Exhibens* inscriptionem, et notans tum patriam prophetæ tum tempus muneris prophetici. *Cap.* I, *v.* 1.
II°. *Excitans* attentionem populorum ad audienda divina judicia. 2.
III°. *Denuntians* instantem Dei vindictam. 3, 4.

## PARS I.

PROPHETIA LEGALIS, SISTENS ACTIONES JUDICIALES CONTRA UTRUMQUE REGNUM HEBRÆORUM.

I°. *Actio prima.*
  I. Accusatio culpæ, quæ fuit idololatria Samariæ et Hierosolymæ communis. 5.
  II. Denuntiatio pœnæ, quæ erit
    1°. Devastatio,
      1. Consummata respectu Israelitarum; 6-8.
      2. Inchoata respectu Judæorum; 9.
    2°. Confusio et ignominia,
      1. Ob lætitiam a Philistæis hinc capiendam; 10.
      2. Ob pristinam sortem omnino mutatam; 11, 12.
    3°. Oppressio tum ab hostibus cum ab auxiliariis; 13, 14.
    4°. Expilatio et facultatum et incolarum. 15, 16.
II°. *Actio secunda.*
  I. Accusatio culpæ, aggravatæ
    1°. Ex pravis consiliis et machinationibus; *cap.* II, *v.* 1.
    2°. Ex alienorum appetentia, rapina, et populi oppressione. 2.
  II. Denuntiatio pœnæ,
    1°. Nulla ratione evitandæ; 3.
    2°. Cum irrisione hostium, devastatione terræ, et transportatione captivorum inferendæ. 4, 5.
  III. Confirmatio comminationis, per exceptionis Israeliticæ refutationem:
    1°. Exceptiones Israelitarum, jactantium has comminationes

1. Carituras eventu, tanquam temere pronuntiatas; 6.
2. Repugnaturas potentiæ et bonitati divinæ. 7.

2°. Refutatio exceptionis secundæ, per declarationem, quod Deus sit bonus bonis; 7. tales autem negantur Israelitæ: utpote qui
1. Adversantur Deo, expilant et opprimunt proximum; 8.
2. Perdunt viduas, et pervertunt juventutem. 9.

3°. Refutatio exceptionis primæ,
1. Per repetitionem prædictionis exilium comminantis; 10.
2. Per votum prophetæ, abhorrentiam a munere contestantis, sed rursus adversa prænuntiantis. 11.

IV. Mitigatio pœnæ, per promissionem
1°. Reducendi et multiplicandi reliquias populi; 12.
2°. Inducendi easdem in Ecclesiam et cœlum per Christum, in primo vel secundo adventu. 13.

III°. *Actio tertia*

I. Contra magistratus Israelitarum:
1°. Evocatio optimatum ad judicium; *cap.* III, *v.* 1.
2°. Accusatio culpæ ab iis commissæ
1. Per iniquam imperii administrationem; 2.
2. Per tyrannicam populi oppressionem. 3.
3°. Denuntiatio pœnæ inferendæ a Deo inexorabili et ab illis averso. 4.

II. Contra pseudoprophetas:
1°. Accusatio culpæ commissæ per prædictiones ad quæstum accommodatas; 5.
2°. Denuntiatio pœnæ inferendæ
1. Per impotentiam prophetandi; 6.
2. Per vanitatem prophetiæ et confusionem prophetarum. 7.
* Vindicatio muneris sui prophetici, sibi a Deo cum dotibus collati. 8.

III. Contra Judæos universos:
1°. Accusatio culpæ ab illis commissæ
1. Per judiciorum perversionem; 9.
2. Per dilationem ex rapinis et iniquitate; 10.
3. Per philargyriam, et præsumptionem de divino favore; 11.
2°. Denuntiatio pœnæ Hierosolymam devastaturæ. 12.

# PARS II.

PROPHETIA EVANGELICA, EXHIBENS ECCLESIÆ CHRISTIANÆ PROMISSIONEM.

I°. *Describitur futura hujus Ecclesiæ amplitudo et gloria*, cap. IV, v. 1.

I. Ex affluxu multorum populorum; 2.

II. Ex adversantium refrænatione, credentium autem pace et concordia; 3.

III. Ex securitate ac libertate profitendi Evangelium; 4-6.

IV. Ex perpetuitate regni Christi, ejusque intra Hierosolymam constitutione. 7-8 (1).

II°. *Enumerantur adjuncta præcedentia*: scilicet

I. Judæorum angustia primum et captivitas Babylonica; sed subsequens postmodum liberatio. 9, 10.

II. Hostium adversa primum molitio; sed reddita per vices postmodum clades. 11-13.

III. Obsessio Hierosolymæ ultima et eversio. *Cap.* V, *v.* 1.

III°. *Adjuncta comitantia* : scilicet

I. Natalis locus et dignitas regia Christi tanquam auctoris. 2 (2).

(1) Cf. S. *Justin*. Dialog. cum Tryphone num. 109; S. *Cyprian*. Testim. adv. Judæos lib. 1. c. 10; *Euseb. Cæsar*. Demonstr. Evang. lib. 2. c. 3. § 27 (p. 55), lib. 6. c. 13 (p. 274), lib. 7 (p. 344), lib. 8 (p. 405 et seqq.); S. *Jacob. Nisib*. Serm. 15. de Ingressu Gentium num. 1 (Galland. t. 5. p. CII); S. *Ephræm* in Michæam c. 4 (opp. Syr. Latin. t. 2. p. 277. B); S. *Gregor. Nyss*. Testim. adv. Judæos c. 16 (Galland. t. 6. p. 590. D); S. *Joann. Chrysost*. In Psalm. 47. num. 1 (opp. t. 5. p. 198. D); S. *Hieronymum* in Michæam lib. 1. c. 4 (opp. t. 6. p. 474 et seqq.); S. *Augustinum* de Civit. Dei lib. 18. c. 30. num. 1; S. *Cyrillum Alexandr*. Comment. in Michæam c. 4. § 37-40 (opp. t. 3. p. 424-429); *Theodoretum* Comment. in Michæam c. 4 (opp. t. 2. p. 819-822); *Zacchæum* Consult. lib. 2. c. 7 (Galland. t. 9 p. 227. C); etc., etc.

(2) Cf. *Matth*. II, 6; *Joann*. VII, 41, 42; S. *Justin*. Apol. 1a. num. 34, et Dialog. cum Tryphone num. 78; *Tertull*. contr. Judæos c. 13; *Origen*. de Princip. lib. 4. num. 5 (opp. t. 1. p. 160), in Levitic. Homil. 8. num. 4 (opp. t. 2. p. 230. E); S. *Cyprian*. Testim. adv. Judæos lib. 2. c. 12; *Euseb. Cæsar*. Demonstr. Evang. lib 2. c. 4. § 51 (p. 81), lib. 3. § 2 (p. 97), lib. 6. c. 13 (p. 174, 175), lib. 7 (p. 340 et seqq.); S. *Athanas*. Serm. maj. de Fide num. 31 (opp. t. 3. p. 12, 13); *Titum Bostrens*. contr. Manich. lib. 3. num. 6 (Galland. t. 5. p. 332. C); S. *Cyrill. Hierosol*. Catech. 11. num. 20, Catech. 12. num. 20; S. *Ephræm* Comment. in Michæam c. 5 (opp. Syr. Latin. t. 2. p. 278. F, 279); S. *Gregor. Nyss*. Testim. adv. Judæos c. 2 (Galland t. 6. p. 581. D), de Cognit. Dei, Fragm. 13 (*ibid*. p. 712. B);

II. Tempus tolerati adhuc Judaismi usque ad confirmatum et propagatum Ecclesiæ regnum. 3, 4.

III. Securitas regni, et victoria hostium per Christum et Apostolos procurata. 5, 6.

IV°. *Adjuncta subsequentia* : scilicet

I. Prædicatorum Evangelicorum vis benefica simul ac insuperabilis, victrixque hostium. 7-9.

II. Obstaculorum conversionem impedientium submotio. 10-11.

III. Magiæ et idololatriæ eversio. 12, 13.

IV. Infidelium Evangelio resistentium ultio, sub finem infligenda. 14.

S. *Ambrosium* de Jacob et vita Beata lib. 2. c. 7. num. 32, Præfat. in Psalm. 35. num. 4, Epist. 70. num. 9 et seqq.; *Theodorum Mopsuest.* Comment. in Michæam c. 5 ( Mai. nov. Patrum biblioth. t. 7. p. 191 ); S. *Joann. Chrysost.* contr. Judæos ac Gentiles num. 3 (opp. t. 1. p. 561. B, C), in Psalm. 44. num. 8 (*ibid.* t. 5. p. 173. D ), in Matth. Homil. 7. num. 2 (*ibid.* t. 7. p. 104. C, 105, 106); S. *Hieronymum* Comment. in Michæam lib. 2. c. 5 (opp. t. 6. p. 488, 489 ); S. *Augustinum* de Civit. Dei lib. 18. c. 30. num. 1; S. *Cyrillum Alexandr.* Comment. in Michæam c. 5. § 46 (opp. t. 3. p. 434–436), in Joann. lib. 2 et 5 (*ibid.* t. 4. p. 132. C, 447. C ), Thesaur. Assert. 35 (*ibid.* t. 5 part. 1ª. p. 365. D, E ), de Sancta Trinit. Dial. 2 (*ibid.* p. 444), de Incarn. Unigeniti (*ibid.* p. 711. B ), de Recta in Deum Fide (*ibid.* part. 2ª. sect. 3ª. p. 39. B ); *Theodoretum* Comment. in Michæam c. 5 (opp. t. 2. p. 823-825. B), Dialog. 1. Immutabilis (*ibid.* t. 4. p. 11. C, D, 12. A), post Incarn. Unicum esse Filium num. 3 ( Galland. t. 9. p. 414. A); *Evagrium* Alterc. cum Simone Judæo (*ibid.* p. 252. B ); etc., etc.

# PARS III.

## PROPHETIA MIXTA EX LEGALI CONTENTIONE ET EVANGELICA CONSOLATIONE.

I°. *Introductio*

I. Dei, excitantis prophetam ad disceptationem cum sua gente. *Cap.* VI, *v.* 1.

II. Prophetæ, adhortantis populum ad judicia Dei audienda. 2.

II°. *Contentio legalis*, suscepta

I. Per institutionem objurgatoriam : qua

1°. Convincit populum

1. Ingratitudinis, pro beneficiis olim sub exitum ex Ægypto collatis; 3, 4.

2. Oblivionis documentorum, de Dei judiciis datorum. 5.

2°. Detegit hypocrises ejusdem, in sacrificiis

1. Tam licitis, 6.

2. Quam illicitis. 7.

3° Edocet eumdem necessarias veræ justitiæ partes ac conditiones. 8.

II. Per actionem judicialem : in qua fit

1°. Evocatio ad audiendam Dei vocem; 9.

2°. Accusatio criminum, speciatim

1. Iniquæ alienorum possessionis; 10.

2. Injustitiæ in pondere et mensura; 11.

3. Rapinæ et fraudulentiæ. 12.

3°. Denuntiatio pœnarum, partim præsentium, 13. partim instantium: scilicet

1. Interitus hominum; 14.

2. Spoliationis bonorum; 15.

3. Excidii conjuncti cum ignominia.

III. Per querelas mali præsagas :

1°. Recitantur querelæ

1. De paucitate bonorum; *cap.* VII, *v.* 1.

2. De multitudine improborum; 2.

3. De perversitate principum, judicum et doctorum, in omnes noxia. 3, 4

2°. Fiunt præsagia malorum imminentium,

1. Ex devastatione hostium; 4.

2. Ex proditione amicissimorum. 5.

3. Ex dissidio conjunctissimorum et domesticorum. 6.

III°. *Consolatio evangelica*, insinuata

I. Per prosopopœiam Israelis

1°. Ad Deum confugientis, et Salvatorem expectantis; 7.

2°. Misericordiam Dei et sortis reparationem sperantis ; 8.
3°. Castigationi divinæ se submittentis; 9.
4°. Hostium, sibi ac Deo insultantium, vindictam prænuntiantis. 10.

II. Per cœptum sermonem prophetæ,

1°. Ecclesiæ restaurationem et libertatem spondentis; 11.
2°. Gentium undique ad illam concurrentium copiam describentis; 12.
3°. Israelis tamen captivitatem, his eventibus præambulam, denuntiantis; 13.
4°. Captivo populo tutelam a Deo gratiosam exoptantis. 14.

III. Per interpositum responsum Dei,

1°. Postulatum liberaliter addicentis ; 14.
2°. Pristini tutelæ miracula offerentis. 15.

IV. Per continuatum sermonem prophetæ,

1°. Confusionem hostium, ex miraculorum promissorum conspectu futuram, prædicentis; 16, 17.
2°. Doxologiam concinnantis, qua
  1. Placatio Dei et misericordia futura extollitur; 18.
  2. Redemptio peccatis concedenda exaggeratur; 19.
  3. Fidelitas Dei in promissis implendis commendatur. 20.

# PROPHETIA NAHUM.

## INSCRIPTIO.

PROPHETIÆ CONTRA NINIVEN. *Cap.* I, *v.* 1.

I°. *Indicia instantis Assyriæ castigationis*, data

I. Per generalem Dei cum hostibus suis agendi rationem : Deus enim

1°. Ex suo attributo est zelotes et vindex malorum ; 2.
2°. Diu dissimulans pœnam non remittit, sed inopinato sumit ; 3.
3°. Vindictam exequitur potentissime et ineluctabiliter ; 4-6.
4°. Sibi supplices eruit, obstinatos perdit. 7, 8.

II. Ob specialem Assyriorum sub Sennacherib casum : ubi excitatur Judæa ad spem in Deum,

1°. Ob tribulationem finiendam, non augendam ; 9.
2°. Ob Assyriorum Judæam exhaurientium consumptionem ; 10.
3°. Ob Rabsacis blasphemi expulsionem ; 11.
4°. Ob instantem hostibus copiosis castigationem, Judææ autem afflictæ liberationem a plagis ; 12, 13.
5°. Ob eripiendam Sennacherib famam, spem et vitam ; 14.
6°. Ob nuntiandam liberationem, faciendam religioni libertatem, negandum Assyriis reditum. 15.

II°. *Ruina Ninives et regni Assyriorum.* Hic notantur

I. Aggressio Ninives per Chaldæos : quorum describitur

1°. Adventus ad obsidionem faciendam,
   1. Conjunctus cum devastatione provinciæ ; *cap.* II, *v.* 1.
   2. Destinatus ad ulciscendam tyrannidem, ab Assyriis contra Judæos et Israelitas exercitam. 2.
2°. Apparatus armorum et militum ; 3.
3°. Exercitus numero, ferocia et celeritate timendus. 4.

II. Expugnatio et occupatio ejusdem urbis,

1°. Per assultum, ascensum murorum et machinas structas ; 5.
2°. Per portarum diruptionem et templi eversionem ; 6.
3°. Per præsidiariorum captivitatem, et urbium dependentium deditionem ; 7.
4°. Per civium fugam et dispersionem. 8.

III. Excidium occupatæ urbis,

1°. Per direptionem facultatum ; 9.

2°. Per eversionem munimentorum et defectionem civium omnimodam præ metu. 10.

IV. Extinctio regni Assyriorum,

1°. Per destructam metropolim ac sedem potentiæ et opulentiæ; 11, 12.

2°. Per sublatos principes cum insignibus imperii Assyriorum. 13.

III°. *Descriptio hujus ruinæ amplificata,*

I. Per assignatas causas et effectus.

1°. Causa prima, frequentatæ in Ninive cædes, fraudes, deprædationes; *cap.* III, *v.* 1.

2°. Effectus primus, bellum et obsidio contra urbem suscepta, cum obsessorum strage et ruina; 2, 3.

3°. Causa secunda, idololatria et magia, etiam ex urbe ad vicinas gentes propagata; 4.

4°. Effectus secundus, eversio urbis et regni, conjuncta

1. Cum turpitudine et ignominia; 5.

2. Cum abominatione et contumelia; 6.

3. Cum irrisione et solatii carentia. 7.

II. Per exemplum similis ruinæ, quæ

1°. Præcedet in Alexandria (1); urbe tam ex se quam ex auxiliariis potentissima, et nihilominus capienda; 8-10.

2°. Sequetur ad imitationem in Ninive. 11.

III. Per enumerationem et hypotyposin

1°. Dejectorum munimentorum, et arcium; 12.

2° Effeminatorum virorum, et diductarum latissime portarum; 13.

3°. Frustrati laboris in reparatione munitionum; 14.

4°. Vastatæ igne et ferro urbis, et sublatarum divitiarum; 15, 16.

5°. Dilapsorum militum, enectorum principum et dispersorum civium; 17, 18.

6°. Vicinorum stupentium de magnitudine cladis. 19.

(1) Ab Hieronymo hæc urbs nomine vocatur, quod non nisi multo post tempore accepit. Nomen ejus Hebraicum est No-Amon, græce Αμμων. Cf. Hieronym. Comment. in hunc locum, et P. Widenhofer S. J. *S. script. Dogmatice et Polemice explicat.* t. 2. p. 932.

# PROPHETIA HABACUC.

## INSCRIPTIO

EXHIBENS QUALITATEM ET AUCTOREM PROPHETIÆ. *Cap.* 1, *v.* 1.

## PARS I.

PROSAICA, CONTINENS DIALOGOS PROPHETAM INTER ET DEUM.

I°. *Dialogus primus.*

I. Sermo prophetæ querulus de Judæis : quorum

1°. Emendationem frustra precibus suis sollicitatam dolet; 2.

2°. Scelera et contumaciam auctam horret; 3.

3°. Conculcationem legis, perversionem judiciorum, et oppressionem debiliorum detestatur. 4.

II. Sententia Dei judicis, denuntiantis Judæorum punitionem : hæc

1°. Universim indicatur proxime instans, et ad stuporem severitate gravissima; 5.

2°. Speciatim exponitur præstanda per expeditionem Chaldæorum, quorum describitur

1. Indoles sæva, rapax, trux, et pro libidine agens; 6, 7.

2. Vis et potentia equitatu prævalens, et projecta ad prædas et comprehensiones; 8, 9.

3. Successus victoriosus de gentium principibus et munitionibus, sed haud diu duraturus. 10, 11.

II°. *Dialogus secundus.*

I. Sermo prophetæ querulus de Chaldæorum iniquitate impunita : ubi propheta

1°. Supponit et agnoscit, tanquam certa,

1. Gentem Judaicam non exstinguendam; 12.

2. Chaldæos in vindices a Deo electos; 12.

3. Iniquitatem nullius a Deo probari posse. 13.

2°. His suppositis, queritur quod

1. Deus non plectat scelera Chaldæorum; 13.

2. Utatur his sceleratioribus ad plectendos Judæos minus sceleratos; 13.

3. Perire faciat Judæos promiscue, ac fere omnes. 14.

3°. In Chaldæorum felici potentia considerat et exponit triplicem malitiam :

1. Quod in hominum oppressorum plagis exultent ; 15.
2. Quod victorias suis viribus adscribant ; 16.
3. Quod sæviendi libidinem extendant contra omnes. 17.

4°. Attentus et constans expectat ad hanc quæstionem a Deo responsum. *Cap.* II, *v.* 1.

II. Responsum Dei satisfaciens querelis prophetæ :

1°. Et quidem pro Judæis, Deus

1. Vult prophetiam servari luculentam ; 2.
2. Promittit certam, quamvis seram, salutem per Messiam ; 3.
3. Denuntiat illam, non incredulis, sed fidelibus profuturam. 4.

2°. Contra Chaldæos autem, quibus prædicit excidium regni per pœnas vitiis correspondentes : nam

1. Ambitionem et insatiabilem eminendi cupiditatem excipiet vituperium et irrisio ; 5, 6.
2. Violentam aliorum direptionem, spoliatio propria et reciproca ; 7, 8.
3. Avaritiam et per nefas ditescendi cupiditatem, direptio et distractio propriorum ; 9-14.
4. Inebriationem aliorum et perfidiam, pœna talionis ; 15-17.
5. Idololatriam, experimentum impotentiæ idolorum et potentiæ Dei. 18-20.

# PARS II.

**METRICA, CONTINENS MYSTERIA CHRISTI, JUDICIUM EXTREMUM ET AFFECTUS PROPHETÆ.**

—

## INSCRIPTIO.

ORATIO PRO IGNORANTIIS. *Cap.* III. *v.* 1.

I°. *Synopsis mysteriorum Christi.*

I. Mysteria Christi viventis :

1°. Incarnatio et nativitas, facta

1. In plenitudine temporis ; 2.

2. In comitatu misericordiæ ; 2.

3. In parte australi Judææ. 3.

2°. Doctrina et miracula. 3.

II. Mysteria Christi morientis :

1°. Passio et crucifixio ; 4.

2°. Victoria de morte et inferno. 5.

III. Mysteria Christi redivivi :

1°. Missio Apostolorum in universum orbem ; 6.

2°. Conversio gentium ; 6.

3°. Conturbatio hostium Evangelii. 7.

II°. *Spectaculum judicii extremi.*

I. Præcedentia judicium : adventante judice fiet

1°. Fulminum et maris commotio ; 8.

2°. Vindictæ ac tutelæ promissæ præparatio, et classium divisio ; 9.

3°. Summorum et infimorum furor ac desperatio, diabolorum accusatio, et angelorum attestatio. 10.

II. Concomitantia judicium :

1°. Sol et luna fulgure suo ac fulmine erunt symbola severitatis divinæ ; 11.

2°. Terræmotus et impiorum consternatio ; 12.

3°. Interventus Christi pro salute electorum. 13.

III. Consequentia judicium :

1°. Reproborum perditio extrema per judicis sententiam,

1. Percusso satana eorum capite, et disjecta omni machinatione adversa ; 13.

2. Dissipata eorumdem potestate, vi noxia, et lætitia crudeli. 14.

2°. Electorum potentissima liberatio ex omni calamitate et afflictione. 15.

III°. *Affectus prophetæ varius,*

I. Ortus ex consideratione judicii :

1°. Timor et tremor ; 16.

2°. Votum mortis, malis quantumvis plenæ. 16. Hujus voti

1. Finis quidem est, ut opportune congregetur cum electis, et mala judicii evadat ; 16.

2. Causa autem, quia tunc ob impiorum persecutionem multi, alias etiam pientissimi, deficient et spirituali ubertate carebunt. 17.

## II. Ortus ex memoria :

1°. Delectatio et gaudium in Deo ob salutem ; 18.

2°. Spes et fiducia in Dei auxilio ; 19.

3°. Prægustus certæ victoriæ ac lætitiæ. 19 (1).

(1) Cf. S. *Irenæum* contr. Hæres. lib. 3. c. 16. num. 7, c. 20. num. 4 et lib. 4. c. 33. num. 11 ; *Clement. Alexandr.* Fragm. 3. num. 2 (Galland. t. 2. p. 154) ; *Tertull.* contr. Marcion. lib. 4. c. 22, 39 ; *Origen.* in Exodum Homil. 6. num. 2 (opp. t. 2. p. 147. A), in Matth. Comment. num. 27 (opp. t. 3. p. 847. A) ; *Novatian.* de Trinit. c. 12 ; *Dionys. Alexandr.* contr. Paul. Samosat. (Labb. collect. Concil. t. 1. p. 878. E, 879. A) ; S. *Cyprian.* lib. ad Demetrian. (opp. p. 521. D, 522. A), Testimon. adv. Judæos lib. 2. c. 21 ; *Euseb. Cæsar.* Demonstr. Evang. lib. 4. § 16 (p. 188), lib. 6. c. 15 (p. 278 et seqq.), Comment. in Psalm. 45 (Montf. nov. collect. Patrum t. 1. p. 198. D) ; *Julium Firmicum Matern.* de Errore Profan. Relig. num. 22 (Galland. t. 5. p. 32, 33) ; S. *Cyrill. Hierosol.* Catech. 12. num. 20 ; S. *Gregor. Nyss.* in Cantic. cantic. Homil. 3 (opp. t. 1. p. 505. C) ; S. *Ambros.* de Nabuthe c. 15. num. 64, Enarrat. in Psalm. 40. num. 26, Exposit. in Psalm. 118. Serm. 4. num. 28, Expos. Evang. sec. Luc. lib. 6. num. 7 ; *Auctor.* Oper. Imperf. in Matth. Homil. 37 (opp. S. Joann. Chrysost. t. 6) ; S. *Hieronymum* Comment. in Habacuc lib. 2. c. 3 (opp. t. 6. p. 631 et seqq.), Epist. 53. num. 8 (opp. t. 1. p. 278) ; S. *Augustinum* de Civit. Dei lib. 18. c. 32, Serm. 137 in Append. num. 2 ; *Cyrill. Alexandr.* Comment. in Michæam c. 7. § 72 (opp. t. 3. p. 472. C), Comment. in Habacuc c. 3 (*ibid.* p. 347–377), Comment. in Zachariam c. 9. § 60 (*ibid.* p. 740. E), c. 10. § 68 (*ibid.* p. 747 D, E), in Isaiam lib. 5 (*ibid.* t. 2. p. 739), in Psalm. 50 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 3. part. lat. p. 222) ; S. *Petrum Chrysologum* Serm. 66 et 170 ; *Theodoretum* Comment. in Habacuc c. 3 (opp. t. 2. p. 856-862), Comment. in Cant. cantic. lib. 2 (*ibid.* t. 1. p. 1038. C, D), Interpret. in Psalm. 45 (*ibid.* p. 574. D) ; S. *Prosperum Aquit.* de Promiss. ac Prædict. Dei part. 1ª. c. 25. num. 35, part. 2ª. c. 5. num. 8 ; *Theodotum Ancyr.* Serm. in Deiparam num. 10 et 12 (Galland. t. 9. p. 465. B, 466. A, B) ; etc., etc.

# PROPHETIA SOPHONIÆ.

## PRÆFATIO

**EXHIBENS NOMEN ET FAMILIAM PROPHETÆ, AC TEMPUS PROPHETIÆ.**
*Cap.* I, *v.* 1.

## PARS I.

**EMENDATORIA.**

I°. *Comminatio* proponens
 I. Generale decretum de exstirpandis improbis. 2, 3.
 II. Speciale decretum circa Judam et incolas Hierosolymæ : 4.
  1°. Designando commissa scelera pœnas provocantia, nempe
   1. Idololatriam; 4, 5.
   2. Aversionem a Deo ejusque neglectum; 6.
   3. Contemptum legum divinarum et consuetudinum patriarum; 8.
   4. Profanationem templi per superstitionem, injustitiam aut defraudationem. 9.
  2°. Denuntiando propinquitatem vindictæ; 7.
  3°. Describendo stationes et loca vindictæ exercendæ; 10-13.
  4°. Exaggerando asperitatem suppliciorum; 14-16.
  5°. Notando extremum hominum et facultatum excidium. 17, 18.
II°. *Excitatio Judæorum,*
 I. Per adhortationem
  1°. Improborum ad pœnitentiam et prævenienda mala; *cap.* II, *v.* 1, 2.
  2°. Proborum ad virtutum exercitationem et obtinendam conservationem. 3.
 II. Per promissionem obventuri solatii,
  1°. Ex vicinorum hostium destructione, et horum provinciarum per Judæorum reliquias occupatione; 4-10.
  2°. Ex subsequa Dei manifestatione; 11.
  3°. Ex deletione remotiorum hostium, scilicet
   1. Æthiopum, 12.
   2. Assyriorum. 13-15.
III°. *Actio judicialis* : in qua occurrit
 I. Evocatio Hierosolymæ conjuncta cum minis. *Cap.* III, *v.* 1.

II. Accusatio criminum grassantium, nominatim
1°. Institutionis neglectæ, et aversionis a Deo in populo; 2.
2°. Violentiæ in principibus, et rapinæ in judicibus; 3.
3°. Infidelitatis in prophetis, et irreligionis in sacerdotibus. 4.
III. Exaggeratio contumaciæ Judæorum, non emendatæ
1°. Per manifestam Dei improbationem; 5.
2°. Per luculentum vindictæ de gentibus sumptæ exemplum; 6.
3°. Per longanimem Dei admonitionem et exspectationem. 7.
IV. Sententia decretoria pœnæ infligendæ.

# PARS II.

## PARACLETICA.

I°. *Promittit* Deus per prophetam

- I. Eamdem fidei professionem, et obsequii erga Deum conjunctionem omnium futuram. *Cap.* III, *v.* 9.
- II. Ecclesiam ex gentilibus et Judæorum reliquiis congregandam. 10.

II°. *Exhibet* beneficia Ecclesiæ præstanda,

- I. Per peccatorum remissionem, et vitiorum, maxime superbiæ et vanæ jactantiæ, extirpationem. 11.
- II. Per securitatem et impeccantiam humilibus concedendam. 12, 13.
- III. Per directionem Apostolis concreditam. 13.

III°. *Excitat* fideles ad lætitiam et animi tranquillitatem. 14, 16. Cujus mutationis causæ assignantur

- I. Sublatæ pœnæ, fugati hostes, et Dei protectio; 15.
- II. Assistentia, et complacentia Dei de sua Ecclesia; 17.
- III. Exterminium hominum nugacium et apostatarum; 18.
- IV. Cædes persecutorum, et reparatio lapsorum; 19.
- V. Celebritas et gloria in totum terrarum orbem diffundenda. 20 (1).

(1) Cf. *Origen.* contr. Celsum lib. 8. num. 72 (opp. t. 1. p. 795, 796), in librum Jesu Nave Homil. 16. num. 3 (opp. t. 2. p. 436. D, E); *Euseb. Cæsariens.* Demonstr. Evang. lib. 2. c. 2. § 16 (p. 50), Comment. in Psalm. 71 (Montfauc. nov. collect. PP. Græcorum t. 1. p. 410. A); S. *Jacob. Nisib.* Serm. 15. de Ingressu Gentium num. 1 (Galland. t. 5. p. CII); S. *Cyrill. Hierosol.* Catech. 14. num. 6; S. *Joann. Chrysost.* contr. Judæos ac Gentiles num. 6 et 17 (opp. t. 1. p. 566. E, 582. B); S. *Hieronymum* in Sophoniam c. 3 (opp. t. 6. p. 724), in Isaiam lib. 17. c. 60 (*ibid.* t. 4. p. 720); S. *Augustinum* de Civit. Dei lib. 18. c. 33. num. 2; S. *Cyrillum Alexandrin.* Comment. in Sophoniam c. 3. § 37-39 (opp. t. 3. p. 614. B, 615. C, 616. D, 617), Glaphyr. in Genesim lib. 2 et 5 (*ibid.* t. 1. p. 33. E, 34, 166. D), Homil. Pasch. 9 (*ibid.* t. 5. part. 2a. sect. 1a. p. 109. E), in Psalm. 39 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 3. p. 182); *Theodoretum* Comment. in Sophoniam c. 3 (opp. t. 2. p. 872-874), Græcarum Affect. Serm. 10 (*ibid.* t. 4. p. 640. B); S. *Fulgentium* ad Monimum lib. 2. c. 5 (opp. p. 31), contr. Fabianum Arianum Fragm. 34 (*ibid.* p. 639, 640); etc., etc.

# PROPHETIA AGGÆI.

## SERMO I.

### EXPROBRATORIUS.

I°. *Mandatum prophetandi* datur Aggæo, notatis tempore et illis ad quos prophetia ferenda. *Cap.* I, *v.* 1.

II°. *Prophetia proposita* urget resumptionem fabricæ templi,

I. Refutando excusationem omissi operis sacri, ob molitionem profani operis interea susceptam. 2–4.

II. Indicando sterilitatem a Deo immissam, tanquam pœnam socordiæ in ædificando templo. 5, 6.

III. Diserte jubendo maturandum opus. 7, 8.

IV. Minitando easdem pœnas et ampliores, nisi mandato satisfiat. 9, 11.

III°. *Effectus secuti :*

I. Reverentia ad jussionem, timor ad minas. 12.

II. Fiducia concepta in Dei auxilio. 13.

III. Aggressio operis imperati. 14.

* Notatur tempus suscepti consilii et operis. *Cap.* II, *v.* 1.

## SERMO II.

### PROMISSORIUS.

I°. *Mandatum prophetandi* datur eidem ad eosdem, notato rursus tempore. 2, 3.

II°. *Prophetia proposita* languorem, ex tenuiore templi conditione ortum, eximit, 4.

I. Promittendo potens Dei auxilium. 5, 6.

II. Prædicendo commutationem rerum et adventum Messiæ. 7, 8.

III. Declarando ex hoc, non autem ex splendore materiali, majorem templi gloriam futuram. 9, 10 (1).

(1) Cf *Euseb. Cæsar.* Theophan. Fragm. 7 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 4. p. 128); S. *Ephræm* Comment. in II Regnorum (opp. Syr. Latin. t. 1. p. 467. F); *Didym. Alexandr.* de Trinit. lib. 2. c. 11 (p. 244); S. *Hieronym.* in Aggæum c. 2 (opp. t. 6.

## SERMO III.

### CORRECTORIUS.

I°. *Mandatum prophetandi* ad sacerdotes datur Aggæo, notato tempore. 11.

II°. *Prophetia proposita* urget continuationem operis, cum plenaria ad Deum subjectione,

I. Ostendendo bonum ex omni parte debere esse perfectum,

1°. Per quæstiones legales propositas; 12-14.

2°. Per responsa ad morales actiones applicata. 15.

II. Revocando in memoriam pœnas priores, ob unam fabricæ intermissionem illatas. 16-18.

III. Promittendo benedictionem temporalem, ob vigentem populi in fabrica continuata obedientiam. 19, 20.

## SERMO IV.

### CONSOLATORIUS.

I°. *Mandatum prophetandi* ad Zorobabelem datur Aggæo, eodem die, mense et anno. 21.

II°. *Prophetia proposita*

I. Repetit instantem rerum mutationem. 22.

II. Prænuntiat monarchiarum excidium, et gentium inimicarum destructionem. 23.

III. Promittit singulorum distinctionem, tutelam et præcellentiam Zorobabeli inchoative, posteris continuative, Christo finitive. 24.

p. 756-758), Epist. 53. num. 8 (*ibid.* t. 1. p. 278); S. *Augustinum* de Civit. Dei lib. 18. c. 35. num. 1, c. 45. num. 1, c. 48; S. *Cyrillum Alexandr.* Comment. in Aggæum c. 2. § 13, 14 (opp. t. 3. p. 640-648), Comment. in Zachariam c. 4. § 26 (*ibid.* p. 689. C, 690); etc., etc.

# PROPHETIA ZACHARIÆ.

## CLASSIS PRIMA SERMONUM.

### SERMO I.

**PARÆNETICUS.**

I°. *Præfatio* prophetiæ more consueto. *Cap.* I, *v.* 1.
II° *Argumentum :*
I. Rememoratio iræ divinæ contra Judæos olim exercitæ. 2.
II. Adhortatio ad pœnitentiam, cum promissione gratiæ. 3.
III. Dehortatio a pravo patrum non resipiscentium exemplo. 4-6.

### SERMO II.

**EMBLEMATICUS.**

I°. *Emblemata referentia statum Judaicæ gentis et urbis futurum*, cum transitu ad Ecclesiam Christi.
I. Emblematis primi notatur
1°. Introductio et tempus; 7.
2°. Exhibitio, repræsentans equitem insidentem equo rufo, stantem inter myrtos, cum equis variorum colorum sequentibus; 8.
3°. Sensus intercedente colloquio postulatus; 9-12.
4°. Expositio data, emblema pertinere
1. Generatim ad solatium; 13.
2. Speciatim ad declarandum
α. Zelum Dei pro populo Judaico; 14.
β. Indignationem Dei contra hostes Judæorum; 15.
γ. Voluntatem reducendi populum, ædificandi templum et urbem, amplificandi rempublicam. 16, 17.
II. Emblematis secundi
1°. Exhibitio, repræsentans virum in urbe dimetienda occupatum; *cap.* II, *v.* 1, 2.
2°. Sensus oblatus; 3.
3°. Expositio data
1. De immensa urbis amplitudine; 4.

2. De suscepta ejusdem a Deo tutela. 5.

* Adhortatio inserta ad Judæos tum dispersos, tum Babylone adhuc morantes de reditu in Jerusalem. 6, 7.

** Adjectio motivorum, desumptorum

1°. Ex protectione Judæorum futura; 8.
2°. Ex punitione hostium et subjectione; 9.
3°. Ex Dei adventu et cohabitatione; 10.
4°. Ex gentium et Judæorum in unum populum Dei conjunctione; 11, 12 (1).
5°. Ex quiete toti terræ donanda.

II°. *Emblemata spectantia ad Jesum pontificem et Zorobabelem ducem*, cum transitu ad Christum.

I. Emblematis primi

1°. Exhibitio, repræsentans Jesum, coram Angelo stantem; *cap.* III, *v.* 1.
 1. Frustra accusatum a Satana; 2.
 2. Sordidatum vestimento; 3.
 3. Angeli jussu vestitum melius, et ornatum cidari. 4, 5.

2°. Adjuncta :
 1. Admonitio data Jesu ad fidelitatem in officio, cum promissis adjectis; 6, 7.
 2. Indicatio de Jesu in figuram assumpto; 8.
 3. Prænuntiatio
  α. Adventuri Christi; 8.
  β. Ecclesiæ per Christum fundandæ, et salutis, 9.
  γ. Tranquillitatis et pacis secuturæ. 10 (2).

(1) Cf. S. *Justin*. Dialog. cum Tryphone num. 115, 119; *Euseb. Cæsariens*. Demonstr. Evang. lib. 2. c. 2. § 18 (p. 51), lib. 4. c. 25 (p. 251, 252), lib. 6. c. 17 (p. 283), lib. 8 (p. 407), Comment. in Psalm. 71 (Montfauc. nov. collect. Patrum Græcorum t. 1. p. 405), in Psalm. 77 (*ibid*. p. 463), in Psalm. 116 (*ibid*. p. 714); S. *Jacob. Nisib*. Serm. 15, de ingressu gentium num. 1 (Galland. t. 5. p. CII); S. *Athanas*. Expos. in Psalm. 77 (opp. t. 1. part. 2ª. p. 907. A), Expos. in Psalm. 84 (*ibid*. p. 915); S. *Cyrill. Hierosol*. Catech. 12. num. 8; S. *Gregor. Nyss*. Testim. adv. Judæos c. 2 (Galland. t. 6. p. 581. B); *Rufinum Aquileiens*. Comment. in Symbolum num. 20 (opp. p. 83); S. *Hieronymum* Comment. in Zachariam lib. 1. c. 2 (opp. t. 6. p. 798), in Isaiam lib. 17. c. 60 (*ibid*. t. 4. p. 720); S. *Cyrillum Alexandr*. Comment. in Zachariam c. 2. § 13 (opp. t. 3. p. 670, 671), in Joann. lib. 10 (*ibid*. t. 4. p. 829. A), Homil. Pasch. 5 (*ibid*. t. 5. part. 2ª. sect. 1ª. p. 42), Comment. in Lucam c. 7 Mai. nov. Patrum biblioth. t. 2. p. 210, 211); *Theodoretum* Comment. in Zachariam c. 2 (opp. t. 2. p. 892, 893), Græcarum Affectionum Serm. 10 (*ibid*. t. 4. p. 640. C); S. *Prosperum Aquit*. de Promiss. et Prædict. Dei part. 1ª. c. 26 num. 37, part. 3ª. c. 18. num. 19; etc., etc.

(2) Cf. *Luc*. I, 78; S. *Cyprian*. Testim. adv. Judæos lib. 2. c. 16; *Lactant*. Divin. Instit. lib. 4. c. 14; *Euseb. Cæsariens*. Demonstr. Evangel. lib. 4. § 17 (p. 197); S. *Jacob. Nisiben*. Serm. 1. de Fide, num. 8 (Galland. t. 5. p. VI); *Jul. Firmicum Matern*. de Errore Prof. Relig. num. 21 (*ibid*. p. 32. B); S. *Ephræm* Comment. in Zachariam c. 3 (opp. Syr. Latin t. 2. p. 285. E, 286), Serm. adv. Judæos (*ibid*. t. 3. p. 219. D); *Didym. Alexandr*. de Trinit. lib. 2. c. 14 (p. 269 et seqq); S. *Gregor. Nyssen*. Testim. adv. Judæos c. 2 (Galland. t. 6. p. 581. B, C), in Baptism. Christi

**II.** Emblematis secundi

1°. Exhibitio, repræsentans candelabrum cum lampade, septem lucernas cum totidem infusoriis, et ad latera duas ollas; *cap.* IV, *v.* 1-3.

2°. Sensus postulatus; 4, 5.

3°. Applicatio primæ partis ad Zorobabelem, qui, Dei non humana virtute, superatis difficultatibus, fabricam templi perficiet, cum omnium gaudio et singulari Dei providentia; 6-10.

4°. Expositio partis secundæ seu ollarum ad Jesum et Zorobabelem refertur. 11-14.

**III°.** ***Emblemata exhibentia interitum reipublicæ Judaicæ et monarchiarum,*** cum transitu ad regnum Christi.

**I.** Emblematis primi

1°. Exhibitio, repræsentans volumen longum et latum volitans; *cap.* V, *v.* 1, 2.

2°. Expositio data de vindicta contra fures et perjuros exercenda. 3, 4.

**II.** Emblematis secundi

1°. Exhibitio prior, repræsentans amphoram, plumbi pondus, et mulierem in amphora; 5-7.

2° Expositio significans mulierem esse impietatem, compressam in amphora et occlusam plumbo. 8.

3°. Exhibitio ulterior, repræsentans duas mulieres alatas ac transferentes amphoram; 9.

4°. Expositio data de impietate populi, duratura diu in confusione. 10, 11.

**III.** Emblematis tertii

1°. Exhibitio, repræsentans quatuor quadrigas per equorum colores distinctas; *cap.* VI, *v.* 1-3.

2°. Expositio data de monarchiis adhibendis ad explendam Dei ultionem. 4-8.

* Adjectio

1. De facienda corona ex donis exulum in Babylone, et imponenda Jesu pontifici; 9-11.
2. De futuro Christi adventu, condenda ab illo Ecclesia, sacerdotali illius ac regia potestate; 12, 13.
3. De custodienda hac corona, tanquam futurorum signo, et constituenda ex gentibus Ecclesia. 14, 15 (1).

(opp. t. 3. p. 377. B); S. *Ambrosium* de Fide lib. 5. c. 8. num. 108, Epist. 46. num. 11; S. *Hieronymum* in Zachariam lib. 1. c. 3 (opp. t. 6. p. 804, 805); S. *Augustinum* contr. Faustum Manichæum lib. 12. c. 36; S. *Cyrillum Alexandr.* Comment. in Zachariam c. 3. § 20 (opp. t. 3. p. 676-678), Comment. in Isaiam lib. 5 (*ibid.* t. 2. p. 767); *Theodoretum* Comment. in Zachariam c. 3 (opp. t. 2. p. 895. B, C); *Zacchæum* Consult. lib. 2 c. 6 (Galland. t. 9. p. 227. C); etc., etc.

(1) Cf. *Luc.* 1, 78; S. *Justin.* Dial. cum Tryphone num. 106, 121; *Origen.* in Levitic. Homil. 13. num. 2 (opp. t. 2. p. 254), in Librum Judicum Homil. 8.

## SERMO III.

### DIDACTICUS.

I°. *Notatio temporis*. Cap. VII, v. 1.

II°. *Occasio sermonis* ex quæstione sacerdotibus proposita, circa jejunium in captivitate observatum, an etiamnum sit continuandum. 2, 3.

III°. *Sermo a Deo prophetæ commissus* : 4. quo fit

I. Responsum

1°. Vituperans observationem jejunii præteritam, ex eo

1. Quod ex mero suo arbitrio jejunium elegissent; 5, 6.

2. Quod antecessorum more illud cum observatione Legis non conjunxissent. 7.

2°. Exponens, quid Deus præprimis cupiat : 8. scilicet

1. Exercitium justitiæ ac misericordiæ; 9.

2. Abstinentiam ab injuria erga proximum. 10.

3°. Enarrans

1. Tum antiquorum contumacem Legis neglectum, 11, 12.

2. Tum inflictas illis inde pœnas gravissimas. 13, 14.

II. Promissio absoluta Hierosolymæ spirituali, post litteralis castigationem, facta, *cap.* VIII, *v.* 1, 2.

1°. De assistentia Dei perpetua, et veritatis ac sanctitatis dono; 3.

2°. De fidelium sapientia, innocentia et tranquillitate infallibiliter futuris; 4-6.

3°. De amplitudine Ecclesiæ et perfecto Dei fœdere. 7, 8.

III. Promissio hypothetica Hierosolymæ litterali facta, cum exhortatione ad continuandum fabricæ opus : 9.

1°. Promissa conversio

1. Præcedentis sterilitatis, afflictionis et violentiæ in pacem, quietem et abundantiam fructuum ; 10-12.

2. Maledictionis et ignominiæ pristinæ in benedictionem et gloriam ; 13.

3. Vindictæ et immissarum olim a Deo pœnarum in beneficia. 14, 15.

2°. Hypothesis pro his promissis obtinendis postulat

1. Sinceritatem in actionibus, justitiam in judiciis; 16.

num. 1 (*ibid.* p. 474), Comment. in Matth. t. 16. num. 8 (opp. t. 3. p. 712. B); S. *Ephræm* Comment. in Zachariam c. 6 (opp. Syr. Latin. t. 2. p. 294. D, 295); S. *Ambros.* Expos. in Psalm. 118, Serm. 12. num. 23; S. *Hieronymum* in Zachariam lib. 1. c. 3. lib. 2. c. 6 (opp. t. 6. p. 804, 829, 830); *Paulinum Mediolan.* de Benedict. Patriarch. c. 2. num. 8 (Galland. t. 9. p. 35. D); S. *Cyrill. Alexandr.* Comment. in Zachariam c. 6. § 33 (opp. t. 3. p. 704-708), in Joann. lib. 5 (*ibid.* t. 4. p. 514. D); *Cassiodorum* in Psalm. 1 (opp. t. 2. p. 10); etc., etc.

2. Exclusionem pravarum machinationum et perjuriorum. 17.

IV. Promissio mixta,

1°. Hypothetica synagogæ facta de conversione jejuniorum in gaudium; 18, 19.

2°. Absoluta Ecclesiæ facta

1. De multitudine fidelium; 20.
2. De mutua populorum ad Dei cultum excitatione; 21.
3. De plurimarum gentium ad veram fidem et Ecclesiam accessu. 22, 23.

## CLASSIS SECUNDA SERMONUM.

## SERMO I.

### PROPHETICUS.

DE DIVINO CIRCA RELIGIONEM CONSILIO.

I°. *Consilium divinum circa religionem Christi,*

I. Quoad gentes Palæstinæ vicinas :

1°. Præfatio notans mixtam Dei cum clementia severitatem erga omnes. *Cap.* IX, *v.* 1.

2°. Consilium Dei quoad Syros, Tyrios et Sidonios castigandos, olim tamen ad Deum adducendos; 2-4.

3°. Idem respectu Philistæorum; 5-7.

4°. Secutura ex horum conversione securitas religionis. 8.

II. Quoad Hebræos Palæstinæ incolas: quibus lætandi materia proponitur,

1°. Ex adventu Christi salutis et clementiæ pleno; 9.

2°. Ex ejusdem regno pacifico et amplissimo; 10.

3°. Ex liberatione mortuis vivisque accedente; 11, 12.

4°. Ex gentilium per Apostolos adductione; 13, 14.

5°. Ex Ecclesiæ

1. Divina protectione et victoria; 15.
2. Salute et amplificatione; 16.
3. Abundantia. 17 (1).

(1) Cf. *Matth.* XXI, 4, 5; *Joann.* XII, 14-16; S. *Justin.* Apol. 1a. num. 35, Dialog. cum Tryphone num. 53; *Clement. Alexandr.* Pædagog. lib. 1. c. 5 (opp. p. 86); *Tertull.* contr. Marcion. lib. 4 c. 39; *Origen.* in Numeros Homil. 13. num. 8 (opp. t. 2. p. 321), in Librum Jesu Nave Homil. 15. num. 3 (*ibid.* p. 432); S. *Cyprian.* Testim. adv. Judæos lib. 2. c. 29; *Adamant.* de Recta in Deum Fide sect. 1° (Origen. opp. t. 1. p. 818. F, 819. A); *Euseb. Cæsar.* Demonstr. Evang. lib. 2. c. 3. § 28 (p. 55), lib. 8 (p. 407 et seqq.), lib. 9 (p. 455 et seqq.), Comment. in Psalm. 88 (Montfauc. nov. collect. Patrum Græcorum t. 1. p. 570); S. *Hilar. Pictav.* Tract. in Psalm. 64. num. 2; *Titum. Bostrens.* Serm. in Ramos Palmar. num. 6 (Galland. t. 5 p. 355); S. *Cyrill. Hierosol.* Catech. 12. num. 10; S. *Ephræm* Comment. in Zachar. c. 9 (opp. Syr.

III. Quoad gentes per Apostolos instruendas : quas monet
- 1°. De postulanda a Deo vera doctrina ; *cap.* x, *v.* 1.
- 2°. De vanitate idololatriæ ; 2.
- 3°. De pseudoprophetarum et magistrorum punitione ; 3.
- 4°. De apostolorum potentia et felicitate. 4, 5.

IV. Quoad Hebræos per orbem dispersos : quorum promittitur
- 1°. Conversio cum amolitione impedimentorum ; 6, 7.
- 2°. Collectio in hunc finem cum multitudine ; 8.
- 3°. Deductio ad beatitudinem per miracula, prioribus liberationem ex Ægypto comitantibus similia. 9-12.

V. Quoad Judæos christianam fidem respuentes : quibus proponitur materia lamentandi
- 1°. Ob urbium Judææ subjugationem et Hierosolymæ excisionem ; *cap.* xi, *v.* 1, 2.
- 2°. Ob principum et præsidum perditionem ; 3.
- 3°. Ob Dei punitionem ; 4.
- 4°. Ob mutuam summorum et infimorum cædem. 5-7.

II°. *Concilium divinum circa religionem Dei.*

I. Religio Dei vera duplex, alia sub lege naturæ, alia sub lege Moysis. 7.

II. Consilium Dei quoad primam. Hæc
- 1°. Haud diu stabilis sub Sem, Cham et Japhet, post divisas occasione Babelis gentes, variata variatum etiam Dei animum experta est : 8.
- 2°. Suis fatis et passionibus relicta, 9.
- 3°. A Deo demum, sublato fœdere, abjecta fuit. 10.

III. Consilium Dei quoad secundam. Hæc
- 1°. Experta primum singularem Dei erga se prædilectionem, 11.
- 2°. Comperta deinceps pro beneficiis ingrata, 12.
- 3°. Merita fuit similem a Deo abjectionem. 13 (1), 14.

Latin. t. 2. p. 298. C, 299 ), Serm. adv. Judæos (*ibid.* t. 3. p. 219, A, 222. A, 223. B, 224. E) ; S. *Gregor. Nyssen.* Testim. adv. Judæos c. 2 ( Galland. t. 6. p. 581 ) ; *Theodorum Mopsuest.* Comment. in Zachariam c. 9 ( Mai. nov. Patrum biblioth. t. 7. p. 331-335 ) ; S. *Joann. Chrysost.* contr. Judæos et Gentiles num. 4 ( opp. t. 1. p. 562. E ), in Matth. Homil. 66 ( alias, 67 ), num. 4 (*ibid.* t. 7. p. 655. B ) ; S. *Hieronymum* in Zachariam lib. 2. c. 9 ( opp. t. 6. p. 862-865 ) ; S. *Augustinum* de Civit. Dei lib. 18. c. 35. num. 2 ; S. *Cyrill. Alexandr.* Comment. in Zachariam c. 9. § 57 ( opp. t. 8. p. 785-787 ), in Joannem lib. 12 ( *ibid.* t. 4. p. 1056. A, B ), Comment. in Lucam c. 19 ( Mai. nov. Patrum biblioth. t. 2. p. 389 ) ; S. *Leonem M.* Serm. 15. in Append. c. 2 ; *Theodoretum* Comment. in Zachariam c. 9 ( opp. t. 2. p. 910-912 ), Quæst. in Numeros, q. 3 et 36 (*ibid.* t. 1. p. 142. B, 159. A ) ; S. *Maximum Taurin.* de Capit. Evang. ( opp. p. 763 ) ; S. *Prosperum Aquitan.* de Promiss. et Prædict. Dei part. 3ª. c. 16. num. 17 ; etc., etc.

(1) Cf. *Matth.* xxvii, 9 ; *Tertull.* contr. Marcion. lib. 4. c. 40 ; *Origen.* Comment. in Matth. num. 117 ( opp. t. 3. p. 916) ; *Euseb. Cæsariens.* Demonstr. Evang. lib. 10 ( p. 478 et seqq. ) ; S. *Cyrill. Hierosol.* Catech. 13. num. 10 ; S. *Ephræm* Com-

IV. Religio Dei falsa, præsertim antichristiana,

1°. Sub schemate pastoris improbi proposita; 15.

2°. Tanquam alieni negligens et sui solum studiosa descripta; 16.

3°. Violentiis et astutiis suis incassum confisa, utroque tandem medio spoliata, desinit cum ignominia. 17.

## SERMO II.

### PROPHETICUS.

#### DE PRÆROGATIVIS ECCLESIÆ CHRISTI.

I°. *Præfatio*, notans prophetiæ severitatem contra incredulos, et certitudinem ex Dei potentia. *Cap.* XII, *v.* 1.

II° *Provida Dei cura*, qua Christi Ecclesia

I. Munitur vi inaccessa et immobili; 2, 3.

II. Defenditur contra hostium assultus; 4.

III. Instruitur Apostolis et prædicatoribus invictis ac victoribus; 5, 6.

IV. Amplificatur particularium Ecclesiarum accessionibus. 7.

III°. *Gratiarum abundantia*, Ecclesiæ Christi collata,

I. Per Dei tutelam, lapsorum pœnitentiam, fidelium virtutem, hostium compressionem; 8, 9.

II. Per effusionem spiritus gratiarum, precum et lacrymarum super Judæos, Christi crucifixores, sed conversos. 10 (1). Eorum dolor prædicitur

ment. in hunc locum (opp. Syr. Latin. tom. 2. p. 301-304); S. *Gregor. Nyssen.* Testim. adv. Judæos c. 6 (Galland. t. 6. p. 586. C); S. *Epiphan.* Hæres. 38. num. 7; S. *Joann. Chrysost.* in Matth. Homil. 85 (alias, 86), num. 3 (opp. t. 7. p. 807. E, 808. A); S. *Hieronymum* in Zachariam lib. 3. c. 11 (opp. t. 6. p. 890-892), de Optimo Genere interpretandi Epist. 57. ad Pammachium, num. 7 (*ibid.* t. I. p. 310); S. *Cyrill. Alexandr.* Comment. in Zachariam c. 11. § 82 (opp. t. 3. p. 766, 767), Glaphyr. in Numeros (*ibid.* t. 1. p. 403. E, 404); *Theodoretum* Comment. in Zachariam c. 11 (opp. t. 2. p. 918. C, 919 A.); *Zacchæum* Consult. lib. 2. c. 6 (Galland. t. 9. p. 226. E, 227. A); S. *Proclum Constantinop.* Orat. in Sanct. quintam Feriam. orat. 10. num. 2 (Galland. t. 9. p. 655. E, 656. A); etc., etc.

(1) Cf. *Joann.* XIX. 37. S. *Justin. Apolog.* 1ª. num. 52, et Dial. cum Tryphone num. 118, 121; S. *Irenæum* contr. Hæres. lib. 4. c. 33. num. 11; *Tertull.* contr. Marcion. lib. 3. c. 7, contr. Judæos c. 14; *Origen.* Comment. in Matth. num. 48 (opp. t. 3. p. 866); S. *Cyprian.* Testim. adv. Judæos lib. 2. c. 20; *Lactant.* Divin. Instit. lib. 4. c. 18, Epitom. Divin. Instit. c. 46; *Eusebium Cæsar.* Demonstr. Evang. lib. 8 (p. 408. B); S. *Hilar. Pictav.* Tractat. in Psalm. 58. num. 11, Tract. in Psalm. 138. num. 12; S. *Cyrill. Hierosol.* Catech. 13. num. 41, Catech. 15. num. 20; S. *Ephræm* Comment. in Zachar. c. 12 (opp. Syr. Latin. t. 2. p. 305. F, 306); *Didym. Alexandr.* De Trinit. lib. 3. c. 6 (p. 355, 356); S. *Joann.*

1°. Intensione maximus; 11.
2°. Proprietate principibus, scribis, sacerdotibus et pharisæis debitus; 12, 13.
3°. Universitate omnibus communis. 14.

III. Per patulam omnibus Ecclesiæ doctrinam, et parata fidelibus sacramenta. *Cap.* XIII, *v.* 1.

IV°. *Immunitas ab impedimentis procurata.* Eorum

I. Primum est superstitio; sed sublatum
1°. Per abolitam idololatriam, divinationem et magiam; 2.
2°. Per vindictam de pseudoprophetis sumptam; 3.
3°. Per confessionem ipsorum pseudoprophetarum. 4, 5.

II. Secundum, scandalum crucis Christi,
1°. A Judæis olim objectum et propositum; 6.
2°. Exposita a Deo Patre causa, sublatum. 7 (1).

III. Tertium, pravorum commixtio et consortium; sublatum
1°. Per Judæorum et gentilium a Christianis sejunctionem; 8.
2°. Per Ecclesiæ ab hæreticis et schismaticis purgationem. 9.

*Chrysost.* de Cruce et Latrone Homil. 1 et 2. num. 4 (opp. t. 2. p. 408. C, D, 418. E), Homil. in illud: Pater si possibile est, etc. num. 1 (*ibid.* t. 3. p. 17. C), in Matth. Homit. 76 (alias, 77), num. 3 (*ibid.* t. 7. p. 730. B, C); S. *Hieronymum* in Zachariam lib. 3. c. 12 (opp. t. 6. p. 903), de Optimo Genere interpretandi epist. 57. ad Pammachium, num. 7 (*ibid.* t. 1. p. 311); S. *Augustinum* Enarr. in Psalm. 109. num. 12, Serm. 127 (alias, de Verbis Domini 64), num. 10, de Civit. Dei lib. 20. c. 30. num. 3; S. *Cyrillum Alexandr.* Comment. in Zachariam c. 12. § 93, 94 (opp. t. 3. p. 782-784); *Theodoretum* Comment. in Zachariam c. 12 (opp. t. 2. p. 923. A, B), Comment. in Malach. c. 3 (*ibid.* p. 941. B), Dial. 2. Inconfusus (*ibid.* t. 4. p. 83. B); *Marium Mercat.* contr. Nestorii blasphemias (Galland. t. 8. p. 656. A); S. *Maximum Taurin.* Homil. 79 (opp. p. 258); S. *Prosperum Aquit.* de Promiss. et Prædict. Dei part. 3a. c. 25. num. 26; *Zacchæum* Consult. lib. 2. c. 6 (Galland t. 9. p. 226. D); *Evagrium* Alterc. cum Simone Judæo (*ibid.* p. 253. C, D); *Cassiodorum* in Psalm. 81 (opp. t. 2. p. 267); etc., etc.

(1) Cf. *Matth.* XXVI, 31; *Marc.* XIV, 27; S. *Barnab.* Epist. c. 5; S. *Justin.* Dialog. cum Tryphone num. 53; *Origen.* in Exodum Homit. 11. num. 2 (opp. t. 2. p. 169. D, E); S. *Dionys. Alexandr.* Epist. contr. Paul. Samosat. (Labb. collect. concil. t. 1. p. 862. A, B); *Euseb. Cæsar.* Comment. in Psalm. 48 (Montfauc. nov. collect. Patrum t. 1. p. 383. D, 384); S. *Jacob. Nisib.* Serm. 16. Quod Christus sit Filius Dei num. 8 (Galland. t. 5. p. CXI); S. *Ephræm* Comment. in Zachar. (opp. Syr. Latin. t. 2. p. 307, 308); S. *Cæsarium* Dialog. 3. Interr. 168 (Galland. t. 6. p. 126. E, 127. A); S. *Gregor. Nyss.* Testim. adv. Judæos. c. 7 (*ibid.* p. 586. D, 587. A); S. *Ambrosium* Exposit. in Psalm. 118, Serm. 2. num. 15; S. *Joann. Chrysost.* in Matth. Homit. 82 (alias, 83), num. 2 (opp. t. 7. p. 784. C); S. *Hieronymum* in Zachariam c. 13 (opp. t. 6. p. 810, 811), in Matthæum lib. 4. c. 26 (*ibid.* t. 7. p. 207); de Optimo Genere interpretandi epist. 57. ad Pammachium, num. 7 (*ibid.* t. 1. p. 311); S. *Cyrillum Alexandr.* Comment. in Zachariam c. 13. § 100 (opp. t. 3. p. 791-793), Comment. in Michæam c. 2 § 29 (*ibid.* p. 415); Comment. in Joann. lib 12 (*ibid.* t. 4. p. 1106. 1107), Comment. in Lucam c. 5 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 2. p. 173); *Theodoretum* Comment. in Zachariam c. 13 (opp. t. 2. p. 925. C, D); S. *Maximum Taurin.* Homit. 52; S. *Proclum Constantinop.* in Dominicam Passionem Orat. 11. num. 3 (Galland. t. 9. p. 658. D); etc. etc.

IV. Quartum, Synagoga superstes; sublatum

1°. Per Hierosolymæ excidium, et reipublicæ Judaicæ dissolutionem; *cap.* XIV, *v.* 1, 2.

2°. Per Ecclesiæ ex gentilibus erectionem; 3, 4.

3°. Per extremam Judæorum obdurationem et cæcitatem. 5-7.

V°. *Gloria conciliata*

I. Ex amplissimo Ecclesiæ statu : qui provenit

1°. A divulgato per orbem universum Evangelio; 8.

2°. Ab uno Christi in omnes imperio; 9.

3°. A dilatato regni gremio; 10.

4°. A securitate et immunitate ab interitu. 11.

II. Ex superiore præ omnibus eminentia : quam prodit et testatur

1°. Adversantium tam gentium quam Judæorum profligatio, ruina ac desperatio; 12-15.

2°. Ruinæ superstitum annua commemoratio; 16.

3°. Honorem hunc detrectantium pœna et afflictio. 17-19.

III. Ex sanctitatis celebritate, quam sacrificiorum magnitudo et offerentium multitudo manifestat. 20, 21 (1).

(1) Cf. *Origen.* Fragm. in Matth. c. 27 (Galland. t. 14. append. p. 82. B); *Tertull.* contr. Marcion. lib. 4. c. 39, contr. Judæos c. 9; *Euseb. Cæsariens.* Demonstr. Evang. lib. 8 (p. 409); S. *Jacob. Nisib.* Serm. 1. de Fide num. 8 (Galland. t. 5. p. VII), Serm. XVI. Quod Christus sit Filius Dei, num. 8 (*ibid.* p. CXI. D); S. *Cyrill. Hierosol.* Catech. 13. num. 24; S. *Ephræm* Comment. in Zachar. c. 14 (opp. t. 2. p. 309. E, 310), in SS. Apostolos (opp. Græcor. t. 3. p. 469. D); *Didym. Alexandr.* de Trinit. lib. 2. c. 14 (p. 272); S. *Gregor. Nyssen.* Testim. adv. Judæos c. 2 et 7 (Galland. t. 6. p. 581. B, 586. D); S. *Ambros.* de Spirit. Sancto lib. 2. c. 11. num. 119; *Rufinum Aquileiens.* Comment. in Symbolum num. 24 (opp. p. 87); S. *Hieronymum* in Zachariam lib. 3. c. 14 (opp. t. 6. p. 914 et seqq.); S. *Cyrillum Alexandr.* Comment. in Zachariam c. 14. § 105-107 (opp. t. 3. p. 799-806), in Joann. lib. 4 (*ibid.* t. 4. p. 402); *Theodoretum* Comment. in Zachariam c. 14 (opp. t. 2. p. 926 et seqq.); *Faustum Rhegiens.* de Gratia Dei lib. 1. c. 15; etc. etc.

# PROPHETIA MALACHIÆ.

## PARS I.

### EXPOSTULATORIA.

I°. *Expostulatio Malachiæ directa universim ad Judæos ob ingratitudinem* : cap. 1, v. 1.

I. Exponit amorem Dei præferentem Judæos Idumæis,

1°. Conspicuum jam in prædilectione Jacobi præ Esau; 2.

2°. Conspiciendum adhuc in vastatione Idumæorum continuanda, sorte autem Judæorum restituenda. 3-5.

II. Reprehendit honorem patri et timorem domino Deo non redditum. 6.

II°. *Expostulatio ejusdem directa ad sacerdotes ob profanationem sacrorum*. Hic

I. In sacrificiis

1°. Reprehenditur pollutio panis et altaris ; 7.

2°. Vituperatur victimarum illegalis conditio ; 8.

3°. Inculcatur emendatio et deprecatio. 9.

II. In ministeriis sacris

1°. Exponitur Levitarum cupiditas mercenaria, cum eorum reprobatione futura ; 10.

2°. Annuntiatur institutio novi sacrificii in eucharistia futura ; 11 (1).

(1) Cf. S. *Justin* Dialog. cum Tryphone num. 41, 117; S. *Irenæum* contr. Hæres. lib. 4. c. 17. num. 5; *Tertull.* contr. Marcion. lib. 3. c. 22, lib. 4. c. 1, contr. Judæos c. 5; S. *Cyprian.* Testim. adv. Judæos lib. 1. c. 16; *Lactant.* Divin. Institut. lib. 4. c. 11, Epitom. Divin. Instit. c. 48; *Eusebium* Demonstr. Evangel. lib. 1. c. 6 et 10 (p. 19, 39. D, 40), Comment. in Psalm. 28 (Montf. nov. collect. Patrum t. 1. p. 108), in Psalm. 95 (*ibid.* p. 636); S. *Zenon. Veron.* lib. 1. tract. 15. num. 4; S. *Cyrill. Hierosol.* Catech. 18. num. 25; S. *Gregor. Nyss.* Testim. adv. Judæos c. 16 (Galland. t. 6. p. 591. C, D, 592. A); S. *Joann. Chrysost.* contr. Judæos Homil 5. num. 12 (opp. t. 1. p. 647, 648), contr. Judæos ac Gentiles num. 7 et 17 (*ibid.* p. 567. A, 582. A, B), in Psalm. 112. num. 1 et 2 (*ibid.* t. 5. p. 288. E, 289. A); S. *Hieronymum* in Malachiam c. 1 (opp. t. 6. p. 952, 953), in Isaiam lib. 16. c. 59 (*ibid.* t. 4. p. 712), Epist. 53. num. 8 (*ibid.* t. 1. p. 278, 279); S. *Augustinum* in Psalm. 107. num. 13, de Civit. Dei lib. 18. c. 35. num. 3; S. *Cyrillum Alexandr.* Comment. in Sophoniam c. 3. § 39 (opp. t. 3. p. 617. C), Comment. in Aggæum c. 2. § 14 (*ibid* p. 642. D), Comment. in Malachiam c. 1.

3°. Exprobratur tum sacrificantium tum offerentium
1. Contemptus altaris et ignis sacri; 12.
2. Indignitas legalis victimarum; 13.
3. Impletio votorum manca et plena defectibus. 14.

III. In neglectu honoris divini; *cap.* II, *v.* 1, 2. ob quem Deus comminatur
1°. Egestatem et maledictionem; 2.
2°. Mercedem ministerii cessuram in damnum. 3.

IV. In neglectu pacti divini cum Levi initi. 4. Equidem hoc pactum
1°. Observatum fuit a Levi ejusque filiis successoribus,
1. Cum timore reverentiali; 5.
2. Cum veritate oris, bonitate actionis et efficacia exempli, 6.
3. Cum instructione ac interpretatione legis; 7.
2°. Sed violatur a præsentibus neglectu legis, pravitate scandali, acceptione personarum; 8, 9.
3°. Vindicabitur demum contemptu et ignominia levitarum. 10.

III°. *Expostulatio directa ad populum, ob matrimonia cum alienigenis, repudiata uxore hebræa.*

I. Hoc peccatum objicitur; 11.

II. Exaggeratur
1°. Ob vindictam Dei intentatam et mœrorem repudiatarum; 12, 13.
2°. Ob violatam legem matrimonialem, a Deo in paradiso constitutam; 14, 15.
3°. Ob pœnam certo immittendam. 16.

III. Exprobratur maledica accusatio justitiæ divinæ. 17.

§ 12 (*ibid.* p. 829), de Adorat. in Spiritu lib. 2 et 17 (*ibid.* t. 1. sect. 2ª. p. 57, 606. A); *Theodoretum* Comment. in Malach. c. 1 (opp. t. 2. p. 934. D, 935), Græcar. Affect. serm. 10 (*ibid.* t. 4. p. 641. A), Interpret. in Psalm. 95 (*ibid.* t. 1. p. 783); S. *Prosperum Aquit.* de Promiss. et Prædict. Dei part. 1ª. c. 21. num. 29; etc. etc.

# PARS II.

## PROPHETICA.

I°. *Prophetia de primo Christi adventu* : qua prænuntiatur

- I. Præcursor Joannes; *cap.* III, *v.* 1.
- II. Christus prædicationem inchoans ; 1.
- III. Muneris ab eo suscipiendi
  - 1°. Ratio incomprehensibilis ; 2.
  - 2°. Opus levitis purgandis impensum ; 3.
  - 3°. Eventus prosper. 4 (1).

II°. *Interpolatio per correctiones adjectas.*

- I. In earum prima
  - 1°. Intentatur variis vitiis apud Judæos grassantibus judicium ; 5.
  - 2°. Proponitur servandus justitiæ tenor, licet Deus adhuc indulgentior fuerit ; 6.
  - 3°. Fit adhortatio ad conversionem. 7.
- II. In secunda
  - 1°. Exprobratur defraudatio decimarum et primitiarum, jam pœnis castigata ; 8, 9.
  - 2°. Commendatur emendatio, additis promissis abundantiæ et felicitatis. 10-12.

(1) Cf. *Matth.* XI, 10 ; *Marc.* I, 2 ; *Luc*, VII, 27 ; S. *Clement.* Roman. I ad Cor. c. 23 ; *Tertull.* contr. Judæos. c. 9 ; *Origen.* in Lucam Homil. 5 (opp. t. 3. p. 944. B, C), in Joann. t. 2. num. 15 (opp. t. 4. part. 1ª. p. 83, 84), *ibid.* t. 6. num. 17 (p. 133) ; *Eusebium Cæsar.* Demonstr. Evang. lib. 5. c. 28 (p. 253), lib. 9 (p. 430) ; S. *Zenon. Veronens.* lib. 2. Tract. 7. num 3 ; S. *Athanas.* Exposit. in Psalm. 49 (opp. t. t. part. 1ª. p. 863. C) ; S. *Cyrill. Hierosol.* Catech. 12. num. 8, Catech. 15. num. 2 ; S. *Ephræm* in Malach. cap. 3. (opp. Syr. Latin. t. 2. p. 314) ; *Didym. Alexandr.* de Trinit. lib. 1. c. 15 (p. 36) ; S. *Gregor. Nyssen.* Testim. adv. Judæos. c. 2 (Galland. t. 6. p. 581) ; *Theodorum Mopsuest.* Comment. in Malachiam c. 3 (Mai. nov. Patrum. biblioth. t. 7. p. 380-382) ; S. *Joann. Chrysost.* in Matth. Homil. 37 (alias, 38), num. 2 (opp. t. 7. p. 415. E, 416. A), Homil. 19 (alias 20), num. 9 (*ibid.* p. 258. B), contr. Judæos ac Gentiles num. 8 (*ibid.* t. 1. p. 568. B) ; *Rufinum Aquileiens.* Comment. in Symbolum num. 34 (opp. p. 95, 96) ; S. *Hieronymum* in Malachiam c. 3 (opp. t. 6. p. 969-974) ; S. *Augustinum* de Civit. Dei lib. 18. c. 35. num. 3, lib. 20. c. 25 et 26. num. 3 ; S. *Cyrillum Alexandr.* Comment. in Zachariam c. 11. § 82 (opp. t. 3. p. 767. B), Comment. in Malachiam c. 3 § 32-35 (*ibid.* p. 849-854), in Joann. lib. 5. (*ibid.* t. 4. p. 509), de Adorat. in Spiritu, lib. 2 et 16 (*ibid.* t. 1. sect. 2ª. p. 59. E, 60, 557), Comment. in Lucam c. 12 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 2. p. 307), in Psalm. 49 (*ibid.* t. 3. part. lat. p. 216) ; *Theodoretum* Comment. in Malach. c. 3 (opp. t. 2. p. 940-942. A) ; *Zacchæum* Consult. lib. 2. c. 12 (Galland. t. 9. p. 232. D) ; etc. etc.

III. In tertia

1°. Reprehenduntur dicteria improborum, æquitatem divinæ providentiæ calumniantium; 13-15.

2°. Notantur proborum his contradicentium colloquia; 16.

3°. Promittitur his singularis Dei favor, et experimentum justissimæ providentiæ. 17, 18.

III°. *Prophetia de secundo Christi adventu.*

I. Describitur sors futura

1°. Impiorum tristissima et extirpatoria; *cap.* IV, *v.* 1.

2°. Proborum lætissima et victrix. 2, 3.

II. Interponitur adhortatio ad legem Moysis observandam a Judæis tum temporis viventibus. 4.

III. Prædicitur Eliæ

1°. Prævius ad hunc judicii diem adventus; 5.

2°. Opus prospere successurum. 6 (1).

(1) Cf. *Luc* I, 17; S. *Theophil. Antioch.* lib. 2, ad Antolycum num. 38; S. *Irenæum* contr. Hæres. lib. 4. c. 4. num. 3; S. *Hippolyt.* de Christo et Antichristo num. 46 et 61 (Galland. t. 2. p. 432, 433, 439); *Origen.* in Judices Homil. 1. num. 1 (opp. t. 2. p. 459. D, E), in Matth. Comment. t. 13. num. 2 (opp. t. 3. p. 572. A); S. *Cyprian.* lib. ad Demetrian. (opp. p. 523. A), de Bono Patient. (*ibid.* p. 592. B), Testim. adv. Judæos lib. 2. c. 28; S. *Victorin. Petavion.* Schol. in Apocal. c. 7 (Galland. t. 4. p. 57, 58); *Celsum* Præfat. in Altercat. Jasonis num. 6 (Galland. t. 4. p. 438); *Euseb. Cæsar.* Demonstr. Evang. lib. 5. c. 29 (p. 254); S. *Zenon. Veronens.* lib. 2. Tractat. 15. num. 2; S. *Ephræm* Comment. in Malach. c. 4; *Didym. Alexandr.* de Trinit. lib. 1. c. 28 (p. 86, 87); S. *Gregor. Nyss.* Testim. adv. Judæos, c. 17 (Galland. t. 6. p. 593. A); *Theodorum Mopsuest.* Comment. in Malachiam c. 4 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 7. p. 389); S. *Joann. Chrysost.* de Prophet. Obscur. num. 5, 6 (opp. t. 6. p. 189. C, D), in Matth. Homil. 57 (alias, 58), num. 1 (*ibid.* t. 7. p. 578); *Tichonium* de Septem Regulis, reg. 7 (Galland. t. 8. p. 125); S. *Hieronymum* in Malachiam c. 4 (opp. t. 6. p. 983-995); S. *Augustinum* de Civit. Dei lib. 20. c. 27, 29; S. *Cyrillum Alexandr.* Comment. in Malachiam c. 4. § 44, 45 (opp. t. 3. p. 866, 868), in Joann. lib. 1, 4, 5 (*ibid.* t. 4. p. 67. A, 386. E, 387, 514. D), Glaphyr. in Genesim lib. 5 (*ibid.* t. 1. p. 162); *Theodoretum* Comment. in Danielem c. 12 (opp. t. 2. p. 692. B), Comment. in Malach. c. 4 (*ibid.* p. 944-946), Quæst. in Numeros, q. 3 et 36 (*ibid.* t. 1. p. 142. B, 159. A); S. *Maximum Taurin.* Serm. 4 (opp. p. 404); *Zacchæum* Consult. lib. 2. c. 13 (Galland. t. 9. p. 283. C); etc., etc.

O. A. M. D. G.

# INDEX ANALYTICUS.

## I.

## HISTORIA POPULI A DEO ELECTI

UNIVERSALIS ET CONTINUA.

## LIBER GENESIS.

PRIMORDIA POPULI A DEO ELECTI.

### PARS I.

PRIMÆVUM GENUS POPULI A DEO ELECTI.



### PARS II.

PATRIARCHÆ POPULI A DEO ELECTI.

#### SECTIO I.

HISTORIA ABRAHÆ.



#### SECTIO II.

HISTORIA ISAACI.

### SECTIO III.

HISTORIA JACOBI.



### SECTIO IV.

HISTORIA JOSEPHI SOLA.



### SECTIO V.

HISTORIA JOSEPHI ET JACOBI CONJUNCTA.



## LIBER EXODI.

IMPERII FORMA PRO POPULO A DEO ELECTO CONSTITUTA.

### PARS I.

DESTINATIO POPULI A DEO ELECTI IN GENTEM A RELIQUIS DISCRETAM.

### SECTIO I.

PRÆPARATIO AD DISCRETIONEM.



### SECTIO II.

LEGATIO MOYSIS PRO LIBERATIONE HEBRÆORUM.



### SECTIO III.

SEPARATIO FACTA PER TRANSMIGRATIONEM LIBERAM HEBRÆORUM AD LOCUM PRÆSTITUTUM.

## PARS II.

### COMPOSITIO POPULI A DEO ELECTI IN REMPUBLICAM THEOCRATICAM.

#### SECTIO I.

COMPOSITIO REIPUBLICÆ THEOCRATICÆ PER FŒDERIS PACTIONEM.



#### SECTIO II.

ORDINATIO REIPUBLICÆ THEOCRATICÆ PER DATAS SANCTUARII ET SACERDOTII IDEAS.



#### SECTIO III.

STABILITAS REIPUBLICÆ THEOCRATICÆ, VARIO MOTU RECIPROCANS,



#### SECTIO IV.

INTEGRITAS REIPUBLICÆ THEOCRATICÆ PER ORDINATORUM EXECUTIONEM ADDITA.



## LIBER LEVITICI.

### AMPLIFICATA LEGUM SANCTIO PRO CONSTITUTA REPUBLICA.

#### SECTIO I.

LEGES DE SACRIFICIIS.

## SECTIO II.

### LEGES, HISTORIA, ET EVENTUS CIRCA SACERDOTES.



## SECTIO III.

### LEGES AD PURITATEM ET IMPURITATEM LEGALEM PERTINENTES.



## SECTIO IV.

### LEGES SANCTITATEM CÆREMONIALEM ET MORALEM CONCERNENTES.



## SECTIO V.

### LEGES RELIGIONIS ADJUNCTA ORDINANTES.



# LIBER NUMERORUM.

### EXPEDITIO POPULI A DEO ELECTI AD POSSESSIONEM CHANANITIDIS ADEUNDAM.

## PARS I.

### INSTRUCTIO PRÆVIA AD EXPEDITIONEM.

## SECTIO I.

### ORDINATIO COPIARUM AD EXPEDITIONEM SUSCIPIENDAM.

## SECTIO II.

APPARATUS AD INGRESSUM EXPEDITIONIS.



# PARS II.

ITINERARIUM EXPEDITIONIS ET ITINERANTIUM FACTA.

## SECTIO I.

ITER A SINAI IN DESERTUM PHARAN.



## SECTIO II.

RES FACTÆ ET CONSTITUTÆ AB ADVENTU IN DESERTUM PHARAN USQUE AD APPULSUM IN DESERTUM SIN.



## SECTIO III.

PEREGRINATIONIS EXTREMA ET OCCUPATIONIS INITIA.



# PARS III.

EXPEDITIONIS JAM FACTÆ ET ADHUC INSTANTIS PERISTASES.

## SECTIO I.

VARIUS SUCCESSUS MOLITIONUM HOSTILIUM ADVERSUS ISRAELITAS.

## SECTIO II.

PRÆSCRIPTA DIVINA AD POSSESSIONEM CHANANITIDIS LEGITIME CAPESSENDAM SPECTANTIA.



## SECTIO III.

POSSESSIONIS INITIA TUTO AC RITE ORDINATA.



# LIBER DEUTERONOMII.

RESPUBLICA THEOCRATICA POPULI A DEO ELECTI STABILITA ET AD POSTEROS PROPAGATA.

## PARS I.

INSTITUTIO HISTORICO-PARÆNETICA.



## PARS II.

REPETITIO LEGUM DIVINARUM OBSERVATIONIBUS AMPLIFICATA.



## PARS III.

FŒDUS POPULI CUM DEO RENOVATUM.

## PARS IV.

MOYSIS POSTREMA.



# LIBER JOSUE.

POPULUS A DEO ELECTUS POSSESSIONEM TERRÆ PROMISSÆ CONSECUTUS.

## SECTIO I.

IRRUPTIO IN TERRAM CHANAAN.



## SECTIO II.

DEBELLATIO TERRÆ CHANAAN.



## SECTIO III.

DIVISIO TERRÆ CHANAAN.



## SECTIO IV.

POSSESSIO TERRÆ CHANAAN QUIETA,

# LIBER JUDICUM.

## VARIANTIA POPULI A DEO ELECTI FATA SUB JUDICIBUS.

### SECTIO I.

PRÆCOGNITA AD HANC HISTORIAM.



### SECTIO II.

HISTORIA IPSA FATORUM ALTERNANTIUM.



### SECTIO III.

PARALIPOMENA ISRAELITARUM RELIGIONEM ET MORES CORRUPTOS EXHIBENTIA.



# LIBER PRIMUS REGUM.

## FINIS JUDICIARIÆ ET INITIA REGIÆ POTESTATIS.

## PARS I.

EPOCHA POSTREMORUM JUDICUM.

### SECTIO I.

ACTA SUB JUDICE HELI.



### SECTIO II.

ACTA SUB JUDICE SAMUELE.

## PARS II.

### AUSPICIA REGIÆ POTESTATIS APUD ISRAELITAS.

### SECTIO I.

#### SAULIS PRIMI ISRAELITARUM REGIS INITIA.



### SECTIO II.

#### DAVIDIS SECUNDI ISRAELITARUM REGIS PRODROMA.



### SECTIO III.

#### COÆVA UTRIUSQUE PRIMI REGIS FATA.



# LIBER SECUNDUS REGUM,

### CUM DIMIDIO TERTII, ET ADJECTIS PARALIPOMENON PRÆCIPUIS.

### HISTORIA POPULI A DEO ELECTI SUB REGIBUS TOTI ISRAELI IMPERANTIBUS.

## PARS I.

### REGNUM DAVIDIS.

### SECTIO I.

#### REGNUM DAVIDIS IN HEBRON

### SECTIO II.

DAVIDIS REGNUM IN JERUSALEM ANTE ABSALONIS REBELLIONEM.



### SECTIO III.

DAVIDIS REGNUM IN JERUSALEM SUB ABSALONIS REBELLIONEM.



### SECTIO IV.

DAVIDIS REGNUM IN JERUSALEM POST ABSALONIS REBELLIONEM.



## PARS II.

SALOMONIS REGNUM.

### SECTIO I.

DAVIDIS ULTIMA, SALOMONIS INITIA.



### SECTIO II.

DECORA REGNI SALOMONIS.



### SECTIO III.

DEDECORA REGNI SALOMONIS.

# LIBRI TERTII

DIMIDIUM ALTERUM, CUM QUARTO REGUM INTEGRO, INSERTIS PARALIPOMENON SUPPLEMENTIS.

## HISTORIA POPULI A DEO ELECTI SCHISMATE IN DUO REGNA DISTRACTI.

### SECTIO I.

SCHISMATIS AUCTORES ET PRIMI PROPAGATORES.



### SECTIO II.

SYNCHRONI CUM ELIA ACHAB REGIS ISRAEL DELICTA ET PŒNÆ.



### SECTIO III.

COÆVA TUM REGUM TUM PROPHETARUM CUM ACHAB POSTERITATE HISTORIA.



### SECTIO IV.

PROLATA UTRIUSQUE REGNI HISTORIA USQUE AD ISRAELITICI INTERITUM.

SECTIO V.

RELIQUA REGUM JUDÆ USQUE AD EXCIDIUM HUJUS ETIAM REGNI.



## LIBER PRIMUS ESDRÆ.

POPULUS A DEO ELECTUS, SOLUTA CAPTIVITATE BABYLONICA, IN PATRIAM ET AD SACRA REDUX.

SECTIO I.

COLONIA REDUCUM PRIMA VARIUM SUCCESSUM EXPERTA.



SECTIO II.

COLONIA ALTERA FACILIUS SCOPUM CONSECUTA.



## LIBER SECUNDUS ESDRÆ.

RES POPULI A DEO ELECTI, POST REDITUM IN PATRIAM, QUOAD POLITICA ET SACRA AMPLIUS RESTAURATÆ.

SECTIO I.

URBIS HIEROSOLYMÆ RESTAURATIO.

### SECTIO II.

CULTUS ANTIQUI REPARATIO.



### SECTIO III.

COMPLEMENTA RESTAURATIONIS.



## LIBRI DUO MACHABÆORUM.

HISTORIA POPULI A DEO ELECTI POST HIEROSOLYMAM RESTAURATAM ET TEMPLUM SECUNDUM ERECTUM.



### PARS I.

HISTORIA A TEMPORIBUS ALEXANDRI MAGNI USQUE AD BELLA MACHABÆORUM.

### SECTIO I.

STATUS JUDÆORUM VARIUS SUB ALEXANDRI MAGNI SUCCESSORIBUS.



### SECTIO II.

STATUS JUDÆORUM PERVERSUS SUB PRIMORDIA ANTIOCHI EPIPHANIS.



### SECTIO III.

STATUS JUDÆORUM AFFLICTUS POST ÆGYPTIACAS ANTIOCHI EXPEDITIONES.

## PARS II.

DE MACHABÆIS EORUMQUE BELLIS.

### SECTIO I.

DE MATHATHIA DUCE MACHABÆORUM.



### SECTIO II.

GESTA JUDÆ MACHABÆI COÆVA REGNO ANTIOCHI EPIPHANIS.



### SECTIO III.

GESTA JUDÆ COÆVA REGNO ANTIOCHI EUPATORIS.



### SECTIO IV.

GESTA JUDÆ COÆVA REGNO DEMETRII SOTERIS.



### SECTIO V.

DE JONATHA JUDÆ SUCCESSORE.



### SECTIO VI.

DE SIMONE ALTERO JUDÆ SUCCESSORE.

## II.

# HISTORIA POPULI A DEO ELECTI

PARTICULARIS ET DISCRETA.

## LIBER RUTH.

PARALIPOMENON HISTORICUM.



## LIBER TOBIÆ.

UTRIUSQUE TOBIÆ VITA, ET IMAGO PII CONJUGII.



## LIBER JUDITH.

PATRIA PER HEROICUM FEMINÆ FACINUS LIBERATA.



## LIBER ESTHER

AD FORMAM TRAGŒDIÆ SACRÆ DISPOSITUS ET RESOLUTUS.

## LIBER JOB

### HISTORICA NARRATIONE, AMICORUM DISPUTATIONE ET QUÆSTIONIS DECISIONE CIRCUMSCRIPTUS.

# III

# HISTORIA POPULI A DEO ELECTI

PROPHETICA ET FUTURA.

—

## PROPHETIA ISAIÆ.

### PARS I.

PERIODUS PROPHETIÆ PRIOR.

#### SECTIO I.



#### SECTIO II.

VATICINIA SUB OZIÆ REGNUM EDITA.



#### SECTIO III.



### PARS II.

PERIODUS PROPHETIÆ ALTERA.

#### SECTIO I.

VATICINIORUM SUB REGE ACHAZ CLASSIS PRIMA PERTINENS AD REGNUM JUDA.



#### SECTIO II.

VATICINIORUM SUB REGE ACHAZ CLASSIS SECUNDA PERTINENS TUM AD HOSTES ET VICINOS JUDÆORUM, TUM AD HIEROSOLYMAM.

SECTIO III.

VATICINIORUM SUB REGE ACHAZ CLASSIS TERTIA PERTINENS AD MUNDUM UNIVERSUM, POPULUM DEI, ET GENTES RELIQUAS.



## PARS III.

INTERJECTIO HISTORICA.



## PARS IV.

PERIODUS PROPHETIÆ POSTERIOR.

SECTIO I.

VATICINIORUM SUB REGE EZECHIA CLASSIS PRIMA PERTINENS AD CHRISTUM ET CYRUM EJUSDEM TYPUM.



SECTIO II.

VATICINIORUM SUB REGE EZECHIA CLASSIS ALTERA PERTINENS AD CHRISTI EVANGELIUM ET PASSIONEM.



SECTIO III.

VATICINIORUM SUB REGE EZECHIA CLASSIS POSTREMA PERTINENS AD ECCLESIÆ CHRISTIANÆ CONSTITUTIONEM.



## PROPHETIA JEREMIÆ.

## PARS I.

### SERMONES PROPHETICI AD POPULUM JUDAICUM.

#### SECTIO I.

TRIAS SERMONUM.



#### SECTIO II.

PENTAS SERMONUM.



## PARS II.

### SERMONES PROPHETICO-HISTORICI AD POPULUM JUDAICUM.

#### SECTIO I.

HEPTAS SERMONUM.



#### SECTIO II.

OCTAS SERMONUM.



## PARS III.

### NARRATIO HISTORICA DE FATIS JEREMIÆ, HIEROSOLYMÆ, ET RELIQUIARUM POPULI.

#### SECTIO I.



#### SECTIO II.

SECTIO III.



PARS IV.

SERMONES PROPHETICI DE EXTERIS GENTIBUS.

SECTIO I.



SECTIO II.



## LAMENTATIONES JEREMIÆ.

SECTIO I.



SECTIO II.



## PROPHETIA BARUCH.

SECTIO I.



SECTIO II.



## PROPHETIA EZECHIELIS.

PARS I.

APPARATUS PROPHETICUS.

SECTIO I.



SECTIO II.

## PARS II.

### MINISTERIUM PROPHETICUM CONTRA POPULUM JUDAICUM.

### SECTIO I.

VISIONES ET PROPHETIÆ ANNO POST INSTITUTIONEM PROPHETICAM.



### SECTIO II.

PROPHETIÆ ANNO POST INSTITUTIONEM PROPHETICAM ALTERO.



### SECTIO III.



## PARS III.

### MINISTERIUM PROPHETICUM ADVERSUS GENTES.

### SECTIO I.



### SECTIO II.

ORACULA ADVERSUS GENTES ALIENIGENAS.



## PARS IV.

### MINISTERIUM PROPHETICUM AD UTRORUMQUE SOLATIUM.

### SECTIO I.

DE JUDÆORUM REDUCTIONE ET GENTIUM VOCATIONE.

SECTIO II.

DE ECCLESIÆ TUM JUDAICÆ REPARATIONE, TUM CHRISTIANÆ INSTITUTIONE.



## PROPHETIA DANIELIS.

### PARS HISTORICA.

SECTIO I.

HISTORIA DANIELIS SUB REGE NABUCHODONOSORE.



SECTIO II.

HISTORIA DANIELIS SUB REGIBUS BALTHASARE ET DARIO MEDO.



### PARS PROPHETICA.

SECTIO I.

PROPHETIÆ DANIELI REVELATÆ SUB REGIBUS BALTHASARE ET DARIO MEDO.



SECTIO II.



### FRAGMENTA HISTORICA.

## PROPHETIA OSEE.

### PRÆNOTIO.

INSCRIPTIO PROPHETIÆ, NOMINATIO COÆVORUM REGUM, INITIUM VATICINATIONIS.



## PROPHETIA JOELIS.

### PROLEGOMENON.

### SECTIO I.



### SECTIO II.



## PROPHETIA AMOS.

### PROLEGOMENON.

### PARS I.



### PARS II.



## PROPHETIA ABDIÆ.

### INSCRIPTIO.

## PROPHETIA JONÆ.

### SECTIO I.



### SECTIO II.



## PROPHETIÆ MICHÆÆ.



### PARS I.



### PARS II.



### PARS III.



## PROPHETIA NAHUM.

### INSCRIPTIO.



## PROPHETIA HABACUC.



### PARS I.



### PARS II.



## PROPHETIA SOPHONIÆ.

## PROPHETIA AGGÆI.



## PROPHETIA ZACHARIÆ.



## PROPHETIA MALACHIÆ.

# INDEX BIBLICUS.

*Uniuscujusque libri capita et versus in hoc indice non recensentur, nisi ordo, quo in Bibliis sibi invicem succedunt, ab ordine analyticæ expositionis discrepet.*

# ADDENDA ET EMENDANDA.

I

## ADDENDA.

Pag. 10. lin. 6. § 1. Genealogia Abrahæ ex Noe stirpe deducta.

Pag. 39. not. 1. Testimoniis SS. Patrum in hac nota citatis adde sequentia : S. *Hilar. Pictav.* Tract. in Psalm. 59. num. 10 (opp. t. 1), Tract. 1. num. 3 (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 1. p. 478); *Euseb. Cæsariens.* Comment. in Lucam (*ibid.* t. 4. p. 160), Comment. in Psalm. 70 (Montfauc. nov. collect. Patrum Græcor. t. 1. p. 396. C); S. *Ephræm* Serm. adv. Judæos (opp. Syr. Latin. t. 3. p. 218. E); S. *Ambros.* de Joseph. c. 3. num. 13; S. *Epiphan.* Hæres. 29. num. 3; *Rufin. Aquileiens.* Comment. in Symbolum, num. 27; S. *Hieronym.* in Isaiam lib. 17. c. 63, et lib. 18. c. 66 (opp. t. 4. p. 746, 806), in Oseam lib. 1. c. 3 (*ibid.* t. 6. p. 33); S. *Augustin.* Serm. 93. num. 2 (Mai nov. Patrum. biblioth. t. 1. p. 179); S. *Cyrill. Alexandr.* Comm. in Oseam (opp. t. 3. p. 22), in Zachariam (*ibid.* p. 763. D); *Theodoret.* Comm. in Jeremiam c. 33 (opp. t. 2. p. 234), Dialog. 1. Immutabilis (*ibid.* t. 4. p. 10. D, 16. B, 17), Hæretic. Fabul. lib. 5. c. 14 (*ibid.* p. 283); S. *Leo* Serm. 33 (alias, 32), c. 2 et Serm. 34 (alias, 33), c. 2; S. *Prosper Aquitan.* de Promiss. et Prædict. Dei, part. 2ª. c. 40. num. 92.

Pag. 97. not. 1. *Euseb. Cæsariens.* supplem. QQ. Evangelic. (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 4. p. 281); S. *Ephræm* Serm. 1. in Natal. Dom. (opp. Syr. Latin. t. 2. p. 296); *Rufin. Aquileiens.* Comment. in Symbolum num. 22; S. *Amphiloch. Iconiens.* Orat. in Christi Natal. num. 3 (Galland. t. 6. p. 465); S. *Prosper. Aquit.* de Promiss. et Prædict. Dei part. 2ª. c. 12. num. 23.

Pag. 111. not. 1. S. *Hilar. Pictav.* Tract. 1. num. 3. (Mai. nov. Patrum biblioth. t. 1. p. 478, 479); S. *Cyrill. Alexandr.* in Joann. lib. 5, 6, 9 (opp. t. 4. p. 509, 510, 623, 715); S. *Leo* serm. 59 (alias, 57), c. 6.

Pag. 434. not. 1. *Theodoret.* in Ps. 59 (opp. t. 1. p. 627. B).

Pag. 454. not. 1. S. *Hieronym.* Comment. in Oseam lib. 1. c. 1 (opp. t. 6. p. 12); S. *Procl. Constantinop.* Orat. in Laud. Dei Genitr. Mariæ, num. 17 (Galland. t. 9. p. 645. B); S. *Cyrill. Alexandr.* in Sophoniam c. 3. § 42 (opp. t. 3. p. 621. A).

Pag. 499. not. 1. S. *Leo M.* Serm. 32 (alias, 33), c. 3, Serm. 34 (alias, 33), c. 2.

---

## II

## EMENDANDA.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Pag. 9, | lin. 28, | legitur I°. *Dilatata;* | legatur IV°. *Dilatata.* |
| — 21, | — 1, | — § III; | — § II. |
| — 181, | — 14, | — Filiorum Davidis flagitia Patris, reconciliatio; | — Filiorum Davidis flagitia, patris reconciliatio. |
| — 193, | — 15, | — 32, 43; | — 42, 43. |
| — 226, | — 12, | — 4, 7; | — 4-7. |
| — 264, | — 12, | — 66-68; | — 66, 68. |
| — 284, | — 2, | — 52; | — 53. |
| — 314, | — 4, ant. fin., | — *v.* 1, 2; | — *v.* 1, 2; *cap.* II, *v.* 21, 22. |
| — 316, | — 4, ant. fin., | — *Cap.* XV, *v.* 4, 5; | — *Cap.* XV, *v.* 4, 5; *cap.* V, *v.* 1, 2. |
| — 317, | — 13, | — V. Variatio Amanis; | — II°. *Variatio Amanis.* |
| — *Ibid*, | — 8, ant. fin., | — 7, 8; | — 7-9. |
| — 361, | — 2, | — PERTINENS AD HOSTES ET VICINOS JUDÆORUM. | — PERTINENS TUM AD HOSTES ET... TUM AD HIEROSOLYMAM. |

FINIS TOMI PRIMI.

1-1-2

Le Mans. — Impr. de Julien, Lanier et Ce